7 ceteror' q' circa **bram cum suis**
celu' semp' sese. eueniunt. **De eode'**
meminit berosus dicens. p' diluuiu' x'
genatione fuit apud chaldeos. uir iuste
lestib' reb' expertus. Inde transgrediens
abram tetendit tabernaculu' int' bethel
7 hay. 7 edificauit i' altare dno i'bi'
7 p'rexit abram uadens ult' p'grediens
ad meridie'. q' inde ient. Dicitur. Moy'
est breuitatis. ul' q' notu'. Habitauit aute'
in damasco. vnde 7 h' e' usq; nunc inci
uitate damascena hec' memoria. 7 uic'
dicitur. qui habeo dr' Nicolao abram
vn' mepolini' damasceni. abraham
regnauit i damasceno ueniens. aduena
cu' exercitu de t'ra q' s' babilonem d'r
h'itu' chaldeo'. **De descensu abrahe**

in egyptum

Facta e' autem fames magna in t'ra 7 descen-
dit abraham i egyptu' timensq;
libidine egyptiaco' ne cu' p' spem
mulieris occideret. Sorore' sua' dix-
eam ee. 7 sublata e' mulier ualde pul-
cra i domu' pharaonis. abra' bn' usi s'
egyptii p'pt eam. Deus' desideriu' re-
gis impediuit ne tangeret ea' egritu-
dine 7 timsbu cu'. Cumq; p' salute
regis sacrificeret sacerdotes p'ita dei
h' accidisse significauerunt q' uxorem pe-
giu' iniuria' i'ferre uoluiss'. Vocauitq;
pharao abram 7 dixit ei. Cur non
indicasti q' uxor tua eet'. Ecce uxor

Sed in illa etate genuit
abram

tus accipe eam et uade. Et precepit rex uiris ut deducerent eum. Erat autem diues ualde in auro et argento. Instruxit et Egyptios in numeris arismeticam. Sane et que de astrologia sunt Egyptiis tradidit, ante eis ignota, a quibus post peruenerunt ad Grecos. Reuersusque est Abram usque ad locum ubi fixerat tabernaculum inter Bethel et Hay. Prius, quia terra cum Loth, dum pastores eorum inter se litigarent pro pascuis, oportuit recessit Loth. Et eleuans oculos Loth uidit regionem Iordanis que irrigua erat, et moratus est in oppidis Sodomorum. Abram uero descendit ad uallem Mambre iuxta Ebron et habitauit ibi, fecitque ibi altare Domino. Ebron ciuitas est que Cariatharbe dicitur, id est ciuitas iiii. Cariath enim ciuitas, arbe iiii, id est in qua sepulti sunt Adam maximus, Abraham, Ysaac et Iacob cum uxoribus suis. Mambre uero, Anel et Eskol fratres erant, et confederati sunt Abre. A primogenito eorum uallis cognominata est in qua habitabat autem Abram. In ea est quercus ubi terebinthus cuius radices apparent adhuc, quam pro nomine Iosephus uocat dirreos. Habitauit autem Abram circa ilicem que uocatur ogigi, id est permisit ei Deus quod omnem terram ... circumstantem per iiii partes orbis daret ei et semini eius.

Carbonilla (?) Iosephus usque ad tempore Theodosii imperatoris durauit, et illa hec fuisse perhibetur que in mediciniis ... sed non ... que fecit ... ei non in amore

De uictoria Abrahe et occursu Melchisedech. xliiii.

Factum est autem in illo tempore ut Amraphel rex Sennaar id est Babylonis et cetera. Iam tantum processerat libido dominandi quod quique ciuitates regulos habebant, quorum plurimi aliis maioribus regibus seruiebant. Siquidem omnes subditi erant Mon arche Assyriorum. Sane v ciuitates Sodomorum, Sodoma, Gomorra, Adama, Seboys, Bala que et Segor, v reges habebant. Has subiugauerat sibi Codolaomor rex Elamitarum, et tributarias sibi fecerat xii annis, seruierant ei ... bus. xiii. noluerunt sibi dare. Porro xiiii. anno Codolaomor assumens sibi tres reges, Babylonis et Ponti et gentium, collecto exercitu conuenerunt in ualle siluestri in qua erant putei bituminis, quam postea Dominus subuersam transtulit in mare mortuum. Et ceteri adiacentes locis depopulati sunt. Et egressi sunt v reges ut pugnarent aduersus iiii, quorum uicti sunt et ceciderunt plurimi, et qui remanserant fugerunt ad montes. Tulerunt autem uictores omnem substantiam eorum et captiuos abduxerunt, insuper et Loth et substantiam eius. Et ecce unus qui euaserat nuntiauit Abram Hebreo, uel transfluuiali, quia de trans Eufraten uenerat. Qui numerauit expeditos uernaculos suos ccc. xviii. et tres fratres Mambre, Anel et Escol, et persecutus est eos usque Dan, quod erat de fontibus Iordanis, et a Beo oppido Dan dictus est, quod nunc Phaneas dicitur. Alter fons Ior dicitur, quibus confederatis Iordanis dicitur. Et irruit super eos nocte diuisis sociis inter eos, turmas dormientes trucidauit, uigilantes ... pugnare non ualentes effugerunt. Et persecutus est eos usque Hoba, que est ad leuam Damasci, et reduxit Loth, mulieres quoque et populum et omnem substantiam eorum. Occurrit autem ei rex Sodomorum ad locum qui dicitur uallis regia, turris Solime ciuitatis uel Salem, que postea Ierusalem dicta est. At uero Melchisedech rex Salem obtulit ei panem et uinum. Multi autem Grecorum et Iudeorum tradunt. Benedixit ei ... et benedixit Deum qui Abrahe inimicos subdiderit in manus eius. Erat enim sacerdos Dei altissimi. Cui Abram decimas dedit ex omnibus spoliis, et tunc primum decime leguntur date, primitie uero ab Abel. Et ait ad eum rex Sodomorum: Da michi animas, cetera tolle tibi. Et noluit Abram et minimum quid tollere, exceptis que comederunt iuuenes et partibus uirorum suorum qui uenerant cum eo. Hunc Melchisedech dicunt Hebrei fuisse Sem filium Noe, et uixisse usque ad Ysaac, et omnes primogenitos a Noe usque ad Aaron

Expone Iosephus ... excepto que pro hac ... exhibens ... munera optima simul exhibuit ... ex epistolis Ierusalem ... crudelissimum est ... Iosephus in fine libri sui dixit iustum potentem fuisse sanctissimum Chananeorum qui lingua patria iustus rex appellatus est, primus Deo sacerdotium exhibuit et primum

sacerdotes fuisse, qui decimis et oblationibus populo benedicebant et habebant primogenita, de quibus post explicabitur.

Hic edificavit urbem quam Salem dixit, quam Solimam vocaverunt. Chananeis postea expulsis primus Iudeorum in eo loco ibi regnavit.

Ab hac victoria estimant iubileum dictum fuisse propter remissionem captivorum. Iobel enim remissio vel dictum. Inde iubileus remissivus vel incipiens. Observatur autem institutum quinquagesimum, quia tunc erat Loth in Sodomis decem annorum vel tunc erat quinquagesimus annus ex quo loquutus est Deus Abrahe in Ur vel ex quo egressus erat de Charan. Vel Abraham peritus astrorum in quibusdam eciam quosdam et Chaldeos magice artis inventorem instruxit. Notandum enim quod in anno pleni decursus quo fit revolutio vel depressio planetarum semper usque ad l annos ad tempus redeunt, et quia modo sic in astris voluit imitari interius.

.xv. Hiis transactis factus est sermo Domini ad Abram: Protector tuus sum et merces tua magna nimis. Et dixit Abram: Quid dabis mihi? Ego vadam absque liberis, et Damasci filius Eliezer procuratoris mei erit heres meus, quasi dicat: Cum in de promissione tua desit heres. Obiit Damasco autem urbem Damascum condidisse et denominatam, et ibi eum regnasse. Et dixit Dominus ad eum: Non erit hic heres tuus, sed qui egredietur de utero tuo. Credidit Abram Deo et reputatum est ei in iusticiam. Et quia in spatium promittebat, quesivit Abram signum unde sciret quod hic sit, non ex diffidentia sed spatio et modo querendo, et hinc mariae noluerunt modo Iudei signa querere. Et ait Deus: Sume mihi vaccam triennem et capram et arietem trimum, turturem et columbam, quasi dicat: Inmolabis mihi hec, et ostendam tibi signum. Qui tollens hec animalia divisit per medium preter aves et alterutrum posuit. Aves autem non divisit, et dum expectat a Deo preceptum demum immolandi, descenderunt volucres super cadavera et abigebat eas Abram. Cumque occubuisset, sopor irruit super Abram et horror magnus, qui fuit pro signo, et dictum est ad eum: Scito prenoscens quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, et subicient eos servituti et affligent quadringentis annis. Tu autem ibis in pace ad patres tuos, generatione autem quarta revertentur huc, quasi dicat: Ne credas te in regnaturum in terra hac, et semen tuum post te. Non enim nisi in quarto post quadringentos annos implebitur promissio mea. Sic ergo intelligendum quod tot annis fuerint in Egypto, sed quod hic nunc illa afflictione completur, ut in Ysidoro; ab illo tempore computant, quo istud Abrahe promissum est. Augustinus ab Ysaac nato computat, quod dictum est semen tuum, et ab anno nativitatis Ysaac usque ad annum egressionis de Egypto numerantur quadringenti v anni. Sed septuaginta ibi ut cetera v legit littera sic: Semen tuum peregrinum erit quadringentis annis, scilicet in terra Chanaam sive in Egypto peregrinum fuit, donec fuit hereditate ex promissione Dei. Illas autem in medio posuit: Subicient eos et affligent in textu ad quadringentos annos.

Filios autem deinde in quarta generatione eos redituros per tribum sacerdotalem intelligendum est: Levi enim genuit Chaath, qui genuit Amram, qui genuit Aaron, qui genuit Eleazar, qui cum Aaron egressus est. Nec dicat aliquis generationes personas vel successiones, ut tot sint generationes quociens legitur genuit, quia illa linea habet v generationes per regiam tribum: Iudas enim genuit Phares, qui genuit Esrom, qui genuit Aram, qui genuit Aminadab, qui Naason. Qui cum patre egressus est. Et facta est caligo et apparuit ignis quasi clibanus transiens inter divisiones illas et consumens eas. Ecce signum et terminos terre diffinivit eis dicens: A rivo torrente fluminis Egypti usque ad Eufraten, et populos eius nominavit.

De fuga Agar et ortu Ysmahel. xvi.

Igitur Sarai non habebat liberos et dixit Abre: Ingredere ad ancillam meam Agar, si forte ex illa suscipiam filios. Et ingressus est ad eam. Que cum concepisset despexit dominam suam et Abram dissimulabat. Et ait Sarai: Inique agis contra me. Iudicet Deus inter me et te. Cui Abram: Ecce

ancilla in manu tua, utere ea ut libet. Affligen-
te autem eam Sarai, illa iniit fugam volens re-
dire in patriam suam, quia egyptia erat. Et invenit
eam angelus domini sedentem iuxta ignotam soli-
tudinem iuxta puteum qui est in via in deserto Sur,
qui dixit ad eam: Unde venis et quo vadis? Et illa: A
facie domine mee Sarai fugio ego. Cui an-
gelus: Revertere ad dominam tuam et humiliare sub ma-
nu eius. Et rursum: Concepisti et paries filium et vocabis
nomen eius Ysmahel. Hic primo legitur nomen
positum a deo antequam pareretur. Manus eius contra omnes
et manus omnium contra eum, et e regione fratrum suorum
figet tentoria. Quod tamen de ipso non legitur, sed de
filiis eius creditur. Tamen de gente ipsius hoc proprium,
quia Sarraceni vagi sedibus incertis, ceteras genti-
bus proximi sunt ex latere invadunt, unde et ipsi impug-
nantur et ab omnibus impugnantur. Hoc autem pre-
cipue futurum erat secundum Methodium, quando iiii
principes de gente Ysmahel, quatuor scilicet filios ut noc-
vocat, forte per ironiam tamquam ebriosos, Oreb
et Zeb et Zebee et Salmana, egressi sunt
de solitudine contra filios Israel, qui victi per Ge-
deon reversi sunt in solitudines de quibus prodie-
rant. Rabbi legitur in Genesi: Hic erit fe-
rus homo. Hebreus habet phara, quod sonat
onager. Et hoc iuxta Methodium dicitur, quia onager
et capree ad deserto omnem bestiam sicut
dicitur in Iob, et in mansuetorum numerus
civitatis abeis. Dicitur enim de filiis Ysma-
hel: Exient quasi ut occupent a dolis semel
et obtineant orbem terre per viii ebdoma-
das annorum, et vocabitur iter eorum via angu-
stie, quia pro iniquitate illorum Ysmahel vocatur
quasi onager. Insanis locis interficient
sacerdotes, ibique cum mulieribus dormient,
ad sepulcra sanctorum religabunt iumenta,
et hoc propter quod antequam annorum que tunc erunt, de
quibus dicitur: In novissimis diebus erunt ho-
mines se se amantes et cetera. Et tunc implebitur
quod dicitur per Ezechielem: Fili hominis, voca
bestias agri et excitare illas dicens:
Congregamini et venite ad sacrificium
magnum quod immolo vobis. Manducate car-
nes fortium et bibite sanguinem excelsorum.
Cumque loqueretur dominus cum Agar per visum
in turbine, et ipsa vidit posteriora dei et

ait: Vidi posteriora videntis me. Et appellavit
puteum viventis et videntis, quia vidit eam deus
et ipsi reddidit vitam. Legitur in actis dem-
sitienti ostendit puteum. quod Abraham filium ali-
ii. Ad hunc puteum Agar um habuit de Agar
ostendit inter Cades quem dicunt et Elvoth (?) ab-
et Barath. Que cum et se dixerunt origine
redisset, peperit filium et vocavit eum Ysmahelem.
Abram autem erat lxxxvi annorum cum natus
est Ysmahel. De pacto circumcisionis et mu-
tatione nominum Abrahe et Sare. xvii

Postquam vero decennium
annorum esse cepit, apparuit ei dominus
dicens: Multiplicabo semen tuum et tu cu-
stodies pactum meum. Hoc est: Circumcidetur
ex vobis et cetera. Sed antequam pactum exponat,
nomen ei mutat. Dicebatur enim Abram, ex
alba et ram, quasi abram, id est pater excelsus,
et additur a litera, et dicitur Abraham,
quod sonat pater multarum. Et secundum auditorem canonu
hebrei tamen dicunt quod de nomine suo tetragramma-
ton he litteram addidit deus Abrahe, que tantum so-
nat a, potentia non eorum scribe a, quod
sonat e, et quasi e. Abraham autem sic additur est
cum fame et quod tempore circumcisionis mu-
tatum est ei nomen a deo. Circumcidetur
vero deponit nomina, volens in ea quasi
quasi quodam caractere populum suum discer-
nere ab aliis. Inducit circumcisionem sic:
Circumcidetur ex vobis omne masculinum et
circumcidetis carnem preputii vestri. Cuius
eius vero. Infans octo dierum circumcidetur ... scribebat enim tribus
dierum circumcidetur tam vernaculus litteris suis, scilicet Ioth
quam emptitius. Abraham Ioth
Cum vero circumcisus non addita est apud he-
fuerit, peribit de populo suo ... ese quem primum.
anima illa. Quo cultello fieret a quo aliquot an-
norum preceptum, quare autem fieret lapi-
deo cultello, post dicemus. Rursum servus primo
dicitur conservando, postea vero hostes
quos victos admittunt servant, servos dice-
bant. Verna vero autem vernaculus quem nutrit
domus. Emptitius quem iniusta persona ad-
quirit. Originarius autem servus glebe, id est
colonus. Dixitque dominus ad Abraham:
Non ultra vocabis uxorem tuam Sarai sed
Saram. Quam dicunt mutatorum nominis fere sic

fecimus, quia cum prius posuo (?) est, scriberetur nisi punctum
vel per iteratione, per additionem scilicet sin, id est princeps meus,
quasi unius gentis tantum, Sara princeps absolute
quasi omnium gentium fuit. Et attende quod quidam dicunt quod apud nos subtracta
littera, id est sin, et ulla addita sit, apud Hebreos
vero addita, quia scribitur per he, quam quidam Sarai habent
et sonat lepra. Et tradunt quod putant eam primo
lepram vocatam. Et ait dominus: Ex illa dabo tibi filium
et vocabis nomen eius
Ysaac. Cecidit Abra-
ham in faciem et risit pre
gaudio dicens: Applau-
dendo putasne centenario
nascetur filius,
et Sara nonagenaria
pariet? Et ait dominus: Sa-
ra pariet tibi filium et vocabis
nomen eius Ysaac,
quia in risu patris. Ecce
ante nativitatem predictum nomen. Ad
hoc de duobus legitur hoc
in veteri testamento, de
Samsone et de Josya,
in novo de duobus, de
Ihesu et Johanne et in
ysmahele. Ysmahel
promisit ei dominus. Et
cum finem esset sermo domini, circumcidit se Abra-
ham et Ysmahelem et omnem familiam suam
sexus masculini. Abraham erat tunc xc-
ix annorum et Ysmahel xiii tantum.

Notandum quod de Samsone non
satis patet in iudicium quod pre
nuntiatum sit nomen Samso-
nis. Item inveniuntur
aliorum nomina pronotata
vel prenuntiata, sicut in pro-
pheta: Ecce meo Cyro, et
hic fuit predictum multis
temporibus ante tempo-
ra sua; similiter de quodam
gentili Tucite in Iudea
a gaza sol longe an-
nominato per Balaam qui
predixit ... ante
pomorphite et he-
tice dominus quod dixit
decem predictum hic accipi-
cum ... prius pre
cedunt esse ... pedes
vero intereo.

De tribus angelis susceptis ab Abra-
ham. xviii.

Apparuit
dominus Abrahe in convalle Mambre.
Cumque elevasset oculos, vidit tres
viros et occurrens unum eorum adoravit.
Dicit Josephus tres angelos in specie humana
missos, ut unus nuntiaret Abrahe de filio suo,
duo subverterent Sodomam. Eusebius vero ait
primo omnium hunc esse apud Abraham cum in figura
humana apparuisset, ubi dei voce sone-
gratiam pollicetur, et sic apparuit ei filius, quem adora-
vit. Sed quia nusquam legitur patrem apparuisse vel subiecta
creatura in substantia creata, dicimus quod duo an-
geli apparuerunt in designationem duorum pre-
conum, Moysi et Helye, et alter promissum puerum

adventurum. Alii dicunt tres quos vocavit
Abraham ut diverterent ad eum et paululum co-
medendo confortarentur. Qui assenserunt. Fe-
stinans Abraham precepit Sare ut de tribus
satis similae faceret panes subcinericios. Ipse
tulit vitulum de armento optimum tulitque buti-
rum et lac et vitulum assatum, et sequitur: et po-
suit coram eis. Verisimile est quod sub hominis (?) speciem
dicit quod comedebant putaverunt (?) pro angelos dei esse
comprobavit. Dicebo quem supersunt (?) ut dicatur
quod masticando consumerent, sic aqua a calore
ignis. Abraham autem stabat iuxta eos. Sara
stabat post ostium tabernaculi. Et dixit angelus:
Revertens veniam ad te tempore isto, id est eodem die,
revoluto anno, et habebit Sara filium. Quo
audito Sara risit. Erant enim ambo senes
et desierant Sare fieri muliebria, id est menstrua,
quibus deficientibus deficit vis pariendi. Si aliter
iuvenis esset non erat tempus concipiendi, et nunc
nec plenum sit. Sed ambo prouecte etatis erant,
adhuc ipsa sterilis erat. Risit ergo quasi dubitans
dicens: Postquam consenui et dominus meus vetulus est, vo-
luptati operam dabo? Dixitque dominus ad
Abraham: Quare risit Sara? Numquid deo quic-
quam est difficile? Negavit Sara se risisse
pre timore, ecce quam interrogatione quasi respondit di-
vinitatem potuit quod corda novit. De duobus
angelis descendentibus Sodomam.

Cum surrexissent de convivio illi tres
viri, direxerunt oculos contra Sodomam
et Abraham gradiebatur simul. Et
dominus dixit: Non potero celare Abrahe que
gesturus sum. Et ait ad illum: Clamor Sodo-
morum multiplicatus est, et peccatum eorum clamore cul-
pa est et celebrate, et quia publica et adulteria
fiebant. Peccatum illorum fuit sterilitas vite. Habun-
dancia panis, prout quam usque ad ignominiabi-
lem libidinem proruperunt. Et addidit: De-
scendam et videbo utrum clamorem qui venit
ad me opere compleverint. Qui omnia novit
hic more nobis loquitur, quasi diceret: Mala homi-
num ante cerdotum (?) probens. Inde est quod iudex
ante omnia noticia puniverit nos per visitationem
est. Nemo te condempnaverit mulier, et ego te non
condempnabo. Abraham memor Loth fra-
tris sui, appropinquans ad dominum ait: Numquid
perdes iustum cum impio? Non est hoc tuum

Princeps

al. Johannes bap.

qui iudicas terram omnem. Si fuerint .l. iusti in urbi-
ne, parcam toti loco propter eos. Et ait dominus: Dimit-
tam omni populo propter eos. Hinc abraham si-
paulatim descendens ait: Si fuerint .v. minus
quam .l. quid si .xxx. quid si .xx. quid si .x. Et ait
dominus: Non delebo propter .x. Abiit dominus, id est non ap-
paruit, postquam cessavit loqui ei, et ille reversus est in locum
suum. Veneruntque illi duo angeli qui fuerunt
cum domino, vel alii, post hoc sodomam vespere
sedente loth in foribus civitatis ex frequen-
te alicuius hospitis adventu. Qui occur-
rens eis adoravit petens ut diverterent in
domum suam, quos renuentes compulit intrare
in oppido. Ingressique illi fecit convivium
coxitque azima et comederunt. Homines vero
civitatis a puero usque ad senem vallaverunt
domum loth et dixerunt: Educ viros huc
ut cognoscamus eos. Qui ait: Habeo duas
filias que nondum cognoverunt virum. Abutimini
eis ut libet, tantum his viris non mali faciatis. Qui
ingressi sunt sub umbra culminis mei. Hoc non
fraudulenter erat, abominationem vitans hospites suos
defendere. Quod autem dixit perturbacio animi fuit
non consilii. Consilium sane est ut faciat quis
levius ne ipse committat gravius. Nullo autem
modo debet quis facere mortale ne alius committat
peius. At illi noluerunt et vim faciebant
vehementissime loth. Et ecce angeli in-
troduxerunt loth et clauserunt ostium. Illos qui
percusserunt cecitate, non privatione visus sed au-
risia, quam latine invidentiam dicere possumus,
qua fiat non videri non id [illegible]. Si quando opus est
percussi sunt quod quere- | cecitas aurasia est qua homines odo-
bant. Heliseus [illegible] | rant apertos et non videt quod
[illegible] et | magis [illegible]
discipuli domini e- | bus fit aliud quam homines
untes Emmaus | res habent in manu aliquam
forte hoc modo | et non videt [illegible] et [illegible]
quamquam eum in manu tenemus. Et dixe-
runt angeli ad loth: Omnes tuos educ de
urbe hac. Delebimus enim locum istum. Et
ingressus loth ad generos suos dixit: Surgi-
te et egredimini, quia delebit dominus civitatem
istam. Nos enim credendum erat. Hic hic quod
dixit alias filias a preter virginibus loth ha-
buisse habentes viros qui cum viris submerse
sunt. Sed generos vocat futuros generos

unde hebrei vitas habent. Egressusque loth ad spon-
sos suos qui noluerunt egredi, consuetudine pari-
lusorem loth esse dicentes. **De subversione sodomorum**

Mane dissimu-
lante loth, cecitate apprehensi cum
uxore sua et filiabus suis statuerunt
angeli extra civitatem dicentes: Ne respicias
retro sed in monte salvum te fac. Qui ex per-
turbacione non discrete plene domino ait: Non
possum in monte salvari, ne apprehendat me
malum et moriar. Forte senex et modicum fri-
gora et laborem perhorrebat. Sed est hec civi-
tas prope ad quam fugere sufficio ut salver in
ea. Et ait dominus: Non subvertam urbem pro qua lo-
cutus es. Et ideo quod dixit parva vocata est no-
men urbis segor, id est parva. Tradunt hebrei hanc
urbem primo dictam balam, et post saliam et ipsa-
-uclam contremente quia trino terremotu absorb-
ta sit post subversionem aliarum civitatum.
Quamdiu ei fuit loth in ea pepercit ei domi-
nus, ut dicit Josephus. Loth timens consuetum terremotum
egressus mansit in monte. Egresso itaque loth
de sodomis pluit dominus super civitates illas sul-
phur et ignem. Pluit dominus a semetipso aug-
mentata a se ente in celo iudicans ab imparte
pluit dicit, vel ut terra metum arceret sine
spe iterum generandi, et ita sulphur puniunt istos
quod per mores peccabant diluvio. Vel non illi in suum
credebant tamen inde peccabant. Et vivos de-
voravit et parvulos pro peccatis parentum. In quo pro-
visum est ne diu viverent sequentes exempla
patrum, et si aliquid boni vel non esse qui gloriosi
nobis prodesset, non parum non esse quam rex esse non potest.
Et respiciens retro uxor loth versa est in statuam
salis, quam Josephus dicit se vidisse, et adhuc manet.
Versa est regio in lacum salis, scilicet quod di-
citur mare mortuum, quia nec pisces in eo vivunt ne-
que aves ut talis | Lacus iudee dividens ju-
naue non patitur nisi | deam et arabiam in medio illa
bitumen nascitur. Sic | que olim fuit illa solum
inveni aliquando de te in | et [illegible] ingens lacus
[illegible] explicit. Lu- | annis fuerunt filii israel
cerna accensa [illegible] | Dicit Josephus quod primus
exstincta mergitur. Cum | est lacuna et [illegible]
tres locus [illegible] | meum iactata refert
[illegible] vivens | vespasianus quosdam
-cio lacus alphan | dam vinctos per regionem

ut alphatides dr. Dr Cinamibus iussit altum
q. pomis natis in arboribus spia et omnis tamquam
cum positis usque ad ma in spe fumi repulsi
turitate colorem seruant desuper fluitabant.
dis maiis si iacias fauillas intus inuenies. Con
uertit. Josephus. fabula de sodomitice fide hec
Dicitur uallis salinarum. forte fit in sal ut lapi
des sal. etc inueniuntur. **De incestu loth**

Loth autem egressus de segor mansit in
monte in spelunca et due filie eius cum eo.
Videntes autem filie loth consumaco
ne mundi factam per igne. et suspicate sunt
tale ad finem quale in diebus noe se ad reparan
dum genus humanum reseruatas esse solitares cum
patre. Josephus. filium uterum et patris mestiam
et uigore uino mollentes. singule singulis ig
nes singulis noctibus susceperunt. Ab ignorante
te concepti et repeccaverunt. Hoc in desuper
apunguntur hebrei. qui incedit. quasi rerum
non patientem quod patrem nesciebat. ut dicitur ne
scisse filiam fuisse uxorem suam fuisse putans
Dicitur quod imposuit in deflocatione filie concepturam
Abhominari ipse diceret se filium uirginis
peperit quidem maior filia filium et uocauit eum
moab patrem moab. Et minor peperit filium
et uocauit eum amon. patrem amonitarum.
Moab expresse hoc nomine mater aperte publica
uit incestum patris. Amon filius populi mei. hec
aliquantulum texit. Quidam filias quidam de populo mo
dicit Josephus. filias posse excusari quod crediderunt
genus humanum defecisse et pietas fe
cit ut quod in pietate incestum excusauit sed
hoc patrem non excusat. Sed in siccitate eius excusat in
cestum. Propterea ut autem strabus loth inex
cusabilem. primo quia angelo credidit se posse
saluari in segor. Secundo quia inebriatus est et fuit
peccatorum causa. Tertio multiplicio habebit
peccati. **De** Sepultura loth distat
peregrinacione abrahe apud abymelech. xx.

Profectus
ergo abraham de conualle mambre
in terram australem et peregrinatus est
ingeraris inter cades et sur fluxerunt aque
contradictionis et sue loco solores. hic saram
simulauit sororem. simulauit priorem. Misit
autem abymalech rex gerare et tulit eam
magis ut forme illius miranda notatque

nonagenariam adhuc amarit apud patrem ad
sed in egritudine cecidit rex dicit uolutate negocia
tangeret uxorem. Josephus. Infine tamen huius capitu
li alia pena notatur. hoc est quod dominus concluserat
omnem uuluam domus abymelech propter saram ne quis
fructum infunderet in domo eius intrans conciperet. Pe
dices autem de spelunca propria ad audiendum ad no
hoc est propter uxorem peregrinum. Et precepit ei ut
redderet uiro uxorem. quia propheta erat et ille
oraret pro eo et uiuet. Statim surgens uoca
uit seruos suos et uocauit et abraham et
dixit ei. Quid fecisti nobis. Quid uidisti ut hoc
faceres. Et autem abraham. Cogitaui ne
timor dei in hoc loco esset et interficerent
me propter uxorem. Alias autem et uere soror mea est. que
filia patris mei et non matris mee. quia nep
tis mea id est cognata ex parte patris ut fratris
mei et non ex parte sororis. Unde alia translatio
habet. Soror mea est a patre meo et non a matre.
Sicut enim dicebatur cognatos fratres. sic et
cognatas sorores. fratrem enim aram patrem
suum uocauit quia senior eo fuerat secundum usum
loquendi. quo maiores natu patres uocant
minores filios et quia digniores et maiores officio
solent esse propinquiores uiros quam mulie
res. propinquam suam puniti digniori nomine
uocauit sororem quam potius quam neptem ut sinit
ut eam filiam patris esse. Id tamen mentitur. sic
iudei cum finxisset se longius ire presertim cum
domino ut benedicerent hoc dixisse. et ita uela
tor fuit uborum domini. ut helyseus celauit se
non cognoscentibus. Quidam tamen tradunt thare
mortua matre abrahe et mortuo aram
duxisse uxorem filii et genuisse saram.
unde et hiedum filia thare secundum carnem et secundum filia
aram secundum suscitacionem seminis quia soli masculi
lis reliquerat. Orauit autem abraham pro eo
et sanatus est. et uxor et ancille pepererunt
et dedit abymelech abrahe munera et
terram ad habitandum ad operam suam. Sare
autem dixit. Ecce dedi fratri tuo pro te mille
argenteos. hoc erit tibi in uelamen oculorum
coram omnibus qui tecum sunt. id est in memoriam
uerecundie quia in mundacio deprehensa es
¶ Vel secundum expandeo. propter id est. Quia pretio
merito te deprehensam. uel elegas ut ui
sio. Hoc erit tibi uelamen. id est pro inuitacione funeris

hec dicta s. pusset mei et non puss' mei i. cum meis audi fi. ul pus mei

· q. d. antes et membrana sunt et mutus es cum me
decepisti. Habet etiam in experimentis
· quia magnis expensis solet inveniri iudicis
nisi ad pestilentiam eius ut regium faciem eam. De
ortu ysaac et deiectione agar cum filio. xxi

Visitavit dominus saram. concepitque et
peperit filium et circumcidit eum abraham
viii. die. Et inde post totidem
dies iudei filios circumciderunt. Arabes vero
post xiii annos. quia eo tempore ysmahel gen
tis illius auctor circumcisus fuit. Et vocavit eum
ysaac i. risum. quia risum fecerat dominus parenti
bus i. gaudium inopinatum. Crevit puer et tan
dem ablactatus est. Et fecit pater grande con
vivium in die illa. quia ea die accessit filius primo
ad mensam patris. Cumque simul luderent ysma
hel et ysaac. maior ledebat minorem. et in
tellexit mater illudo persequendo. quia s. pre
mortuo vellet dominari maior minori. Ut tradunt
hebrei. Cogebat eum adorare lutea
simulacra quae fecerat. Quod cum displicuisset
matri. dixit ad abraham. Eice ancillam
et filium eius. Durum hoc accepit abraham
et dissimulabat. Sed dixit ei dominus. Audi
vocem sare. Qui tollens panem et utrem
aque imposuit scapulis agar. et tradidit
ei puerum. Cumque consumpta esset aqua in de
serto et puer deficeret siti. abiecit
mater puerum sub arbore et sedit procul
quantum arcus iacit. pater ne videret filium mo
rientem. et flevit. Et exaudivit deus vo
cem pueri. i. fletum matris pro puero et dixit
angelus ad matrem. Surge tolle puerum et a
peruit oculos eius deus et vidit puteum. Et de
dit puero bibere. et implens utrem abiit. Cre
vitque puer et moratus est in solitudine pha
ran. et factus est iuvenis sagittarius. et accepit
ei mater uxorem de terra egypti. de qua nati
sunt xii filii. principes tribuum suarum quorum
appellatione et oppida et pagi et tribus
celebrantur. Nabayoth primogenitus
a quo provincia arabie. quae ab eufrate usque
ad mare rubrum. nabathea dicitur. Ce
dar secundus. a quo cedar quae in deserto. Du
ma tertius a quo duma regio. Theman
iiii. a quo theman. quae ad austrum. Ce
dma ultimus. a quo cedma quae ad orientem

Eo tempore. De puteo iuramenti
videns abymelech abraham multi
plicatum timuit eum et venit ad eum cum
phicol principe exercitus sui et ait. Iura mihi per deum
ne noceas mihi et posteris meis. sed sicut feci tibi
misericordiam sic facias. Et dixit eos abraham de
puteo quem de agar ostenderat quem foderat abraham
ante agar eiectam. sed abymelech abstulerat illum
abrahe et fecerat eum in solitudine peregrinis ad a
quandum quia longe a mansione erat in solitudine pasce
bant. et restituit ei abymelech puteum. sed
in testimonium quod ipse foderat puteum et ablatum
restituerit ei abymelech. dedit regi vii agnas
et dixit puteum bersabee i. puteum vii. Sa
bee enim hebraice vii sonat. Et ibidem percusse
runt ambo fedus. Unde bersabee dictum est.
Et puteus i. puteus iuramenti. Sabee enim hebra
ice iuramentum dicitur. Iosephus tamen interpretatur bersabee
sed puteum a puteo sic dicitur regio tota
bersabee. Plantavitque abraham circa
puteum nemus et fuit colonus multis diebus in phili
steorum. Dicit enim stephanus in actibus apostolorum quod non
accepit in hereditate ne spatium pedis. De im
molatione arietis pro ysaac. xxii

Post hec dum habitaret in bersabee et vixis
set iosephus xxv annorum erat dixit
dominus illi. Tolle filium tuum unigenitum
quem diligis ysaac et vade in terram visionis et
offeres eum mihi in holocaustum super unum montium
quem monstravero tibi. Terram visionis dixit illam
partem iudee quae in montanis est et ipsa a longe
et de ea longe videri potest. quam abyssum vallis visionis
dicit. Insinuatur autem iudee modum montium
erat eminentior ceteris montibus mons moria quem mon
stravit deus abrahe ad immolandum filium. In quo
tradunt hebrei post templum fuisse et altare fuis
se in quo loco et abraham altare fecit et david an
gelum vidit reponere gladium in area ornam
iebusei. unde dicunt propitiatorium. Erat mos tunc
dum ... modum ... omnes gen
tes ... et dominus praecepit iudeis ne immolarent
sed in omni loco nisi in loco quem ostendit ei deus. Ab
braham est de nocte consurgens nemini quod facturus
esset indicans. stravit asinum suum. ducens
secum duos iuvenes et filium. et iter ...
dierum. et tertio die elevatis oculis vidit
locum procul. hinc probant illi errasse qui

dixerunt eum nunc uenisse iuxta bethel et hay. locus ille non distat a monte moria plus unius diei. Et cum accepisset ligna et ignem relictis inferius iuuenibus cum asino ascendit solus cum filio. Cui filius. Ecce inquit ignis et ligna ubi est uictima? Cui pater. Deus prouidebit sibi uictimam. et statuit aram et lignis depositis ignem adhibuit. Refert autem Iosephus uerba patris ad filium dicentis. quod ex uoluntate dei ingressus fuerat mundum mirabiliter. ita ex uoluntate dei necesse erat ei egredi mirabiliter. quod deus eum dignum iudicasset non egritudine non bello non aliqua passione humana uitam finire. sed cum orationibus et sacrificiis animam ipsius ad se uocare et quod suscitaret eum ob implendas promissiones. et sic ysaac libens accessit ad aram et mortem. ad hoc dicunt indubitanter abraham mactare filium uolebat laudans in constantia offerendi et in fide suscitandi filii. Arrepto autem gladio ut immolaret filium clamauit ad eum angelus.

Ne extendas manum super puerum. nunc cognoui quod timeas deum. Non quod sanguine pueri delectabatur dominus. sed ut sciret quod abraham deum timuit.

Et uidit abraham post tergum arietem inter uepres herentem cornibus. quem obtulit pro filio. hebreus habet in uirgultis sabee herentem cornibus. et est sabee genus uirgulti. hic errauit eusebius dicens sabech. hic exceptum est ad carpendas frondes. Dicit etiam arietem sabee id est remissionis ereptum. Et de eo rabanus non noluit credi eum sed aliunde ab angelo allatum. et uocauit nomen loci dominus uidet. et hinc usque hodie dicitur in monte dominus uidebit. quasi in excelso ualde. In monte dominus uidebit. quasi sic respexit ysaac in monte sicut uideat mihi ac alium. Die autem liberationis ysaac dicunt hebrei primum diem septembris.

Unde ex eo solempnizant et clangunt cornibus in memoriam arietis. Et iurauit dominus per semetipsum de semine multiplicando ex ysaac et terra danda semini eius. Alia autem die rediit abraham et pueri sui in bersabee. Nunciatum est ei quod melcha genuisset nachor filio suo filios octo. primogenitum hus. de cuius stirpe iob descendit. sicut septuaginta dicunt. uir erat in terra hus nomine iob. et buz fratrem eius. ex quo genere balaam. quod hebrei dicunt in iob eliu buzites. Errant autem qui dicunt iob de genere esau. quod in fine libri est. quod de sermone syro translatus est. et quod ipse quintus ab esau in thebd

nouerunt. De seruis uero suis suscepit nachor filios. De morte Sare.

Rediit abraham ad conualle mambre et mortua est sara cum esset centum xxvii annorum et sepulta est in ebron in spelunca duplici. quam emit abraham quadringentis siclis argenti ab ephron supplicantibus pro eis ethei id est filiis Ceth. Erat autem spelunca duplex id est tripertita non naturali sed artificiali. Et secundum duas speluncas hanc emit in sepulturam generi suo. In superiori sepeliebantur uiri in inferiori mulieres. Cum adam et eua iam ibi essent sepulti. erat non precauit abraham emendo ut ille uenderet. sic et hodie qui emeret agrum ut faceret cimiterium. forte quia ibi sepulti erant theoplausti. Hoc etiam de ephron respondendum. et id nomen eius mutatum pro ephron ephram.

Edificata est cariatharbe id est ciuitas iiii patriarcharum. ade. abraham. ysaac et iacob.

De legatione Elyezer in mesopotamiam. xxiiii.

Erat autem abraham senex et dixit ad elyezer procuratorem domus sue. Pone manum tuam sub femore meo et iura michi per deum celi et terre quod non accipies filio meo ysaac uxorem de filiabus cananeorum inter quos habito. sed ibis ad cognationem meam. et inde accipies ei uxorem. Si tamen exire noluerit aliqua. sed te non tenebis iuramento.

Iurauitque seruus ponens manum sub femore eius. Tradunt hebrei quod in sanctificatione eius id est in circumcisione iurauit. sed quod dicitur sub femore. et dominus eum iurasse per semine abrahe id est in christo. qui ex eo nasciturus erat. Unde et dixit. Iura michi per deum celi et terre. Ideo autem sub femore manum poni uoluit. innuit carnem christi se omnibus futuram. Tulit ergo elyezer x camelos et abiit ex omnibus bonis domini sui portans secum. Ante quorum ex nouitate adhuc ibat. peruenitque mesopotamiam ad tharam urbem nachor. in loco qui tempore ysaac uel ioseph. qui in penne in mesopotamia lucis profunditas restat. est deserto insalubribus lacubus. Fecit autem camelos accumbere iuxta puteum extra urbem. quia impotos noluit introducere. Cum autem egredientur uespere mulieres ad hauriendum

quam aquam. Oravit dominum Eliezer ut in illas incideret uxor domini sui, si aliqua gentis illi domino suo debebatur, et cognosceret istud signo, ut aliis negantibus aquam sponsae, ipsa praeberet. Et ecce Rebecca Bathuelis filia descendebat et implevit hydriam suam. Aliis quidem abeuntibus, se praegnans (?) aquam praebuit, et adiecit quod et camelis eius aquam hauriret. Et hausta aqua effundens in canalibus potum dedit camelis. Ille autem tacite intuebatur eam, ut si idonea esset domino suo. Quaesivit ab ea cuius filia esset, et si esset locus in domo patris ad manendum. Accepto vero quod esset filia Bathuel filii Nachor et Melche, soror Laban, protulit inaures aureas et armillas et dedit ei. Cucurrit puella in domum matris nuntians quae audierat. Egressusque Laban introduxit virum in hospitium, et destravit camelos, deditque paleas et fenum, et lavit pedes hospitis, et apposuit ei panem. Noluit autem Eliezer comedere donec loqueretur sermones per quos venerat.

Cumque ei dixisset se esse servum Abrahae [illegible] et condixisset (?) Abraham in vinculis (?), exposuit eis petitionem Abrahae et signum quod ipse fecerat in oratione sua ad puteum a domino exauditum.

Responderuntque Laban et Bathuel: A domino egressus est sermo et oratio tua. Non possumus extra placitum eius quicquam loqui tibi. Ecce Rebecca coram te, tolle eam, et sit uxor domini tui. Sed nos, quod Iosephus dicit, Bathuelem iam defunctum fuisse et virginem in custodia matris et fratris esse, et de morte patris dixisse puellam convenienti ad puteum cuius esset filia. Et quia Moyses hic usque videtur voluisse eam vel eo vixisse patrem cum Scriptura (?) dixerit: Cucurrit puella ad domum matris, forte nomine patris vocatur hic maritus (?) matris, qui mandatum patris de filia tradenda, quod ei reliquerat recedens, non exposuit. Potuit etiam fieri ut eam tradendam genero suo delegasset. Audiens hoc puer Abrahae adoravit dominum, qui direxerat iter suum, et protulit vasa aurea et argentea et vestes dans Rebeccae, matri quoque eius et fratri munera dedit. Surgens autem mane puer petiit dimitti, praetendens moram quam fecerat in via et domini senectutem. Cumque rogassent saltem ut decem dies maneret apud eos, noluit. Et dixerunt: Vocemus puellam et quaeramus eius voluntatem. Quae sciscitantibus si vellet ire, ait: Vadam. Et hinc sensus mulieris legitur requisitus, et eadem [illegible] ut regnaret, et dimiserunt eam

Eo tempore

De adventu Rebeccae ad Ysaac.

Ysaac habitabat in Gerara, et forte deambulabat per viam quae ducit ad puteum viventis et videntis. Egressus enim erat ad meditandum in agro, forte de morte sua. Alia littera habet: ad exercitandum, forte laborans manibus vel approbans opus ad reducendum agros. Rebecca vero viso Ysaac et cognito quod vir eius esset, descendit de camelo, et tollens theristrum vel pallium album operuit et composuit se. Est autem theristrum genus Arabici vestimenti muliebris. Ysaac vero introduxit eam in tabernaculum matris suae, et in tantum dilexit eam ut dolorem quem ex morte matris acceperat temperaret.

De morte Abrahae post susceptam sobolem de Cethura. XXV.

Abraham aliam duxit uxorem nomine Cethuram. Aiunt Hebraei eandem esse Cethuram nomine appellatam, quae interpretatur copulata. Dicunt hanc fuisse Agar quae de concubina mortua Sara transiit in uxorem, de non copulata in copulatam, ne senex novis nuptiis lascivisse arguatur. Iosephus autem dicit quod antequam misisset pro uxore filii duxerat eam, et hae genuit ei liberos. Dicunt quidam iuvenes non de sene peperit. Et separavit eos Abraham dum viveret ab Ysaac donans eis, et cuncta quae possidebat dedit Ysaac, aliis vero largitus munera.

Filii vero Cethurae a nomine libere se dixerunt Sarracenos. Obtinuerunt autem primo Trogodytidem et Phoenicem et Arabiam usque ad terminos rubri maris. Refert Iosephus quod ex uno eorum natus est Apher, qui castra sua fixit in Lybia, quam posteri eius in hereditatem ab illo Affricam denominaverunt. Dicitque legere (?) Ysaac (?) Cleodemum qui et Malchus dictus est historiam Iudaeorum scripsisse sicut et Moyses, scripsitque eum dixisse ab uno filiorum Cethurae nomine Syrim (?) Syriam vocatam, ab illo vero qui dictus est Apher Affricam denominatam.

Cum descendisset in Lybiam Hercules auxilium tulit, et filiam ipsius nomine Ethea duxit Hercules uxorem, et ex ea genuit Dodorim (?), cuius filius fuit Pheron.

Fuerunt autem dies Abrahae centum septuaginta quinque anni, et mortuus est et appositus est ad populum suum in sinu inferni. Et sepelierunt eum Ysmahel et Ysaac in spelunca duplici cum uxore sua.

De ortu regnorum

Anno XI Abrahae mortuus est Ninus, cuius uxor Semiramis, ut esset cum regina, postposito filio, quem susceperat ex Nino, nupsit, et ex eo filium genuit

Sardanapallus inventor
pulvinariorum primus

qui et babyloniam ampliavit. Anno abrahe
lxxv. facta est ei repromissio. Anno eius lxxxvi
natus est ei ysmahel. Anno eius c natus est ei y
saac. Anno c. xxxviii mortua est sara.
Exortum est autem regnum assiriorum anno x
xv. sarug proavi abrahe sub belo et cu
currit usque ad annum octavum ozie regis
iude per annos mcc et xl et duos per reges
xxxvii usque ad sardanapallum qui primus
pulvinaria adinvenit. Post quem translatum est regnum
ad medos. Regnum vero sicioniorum ab anno
xxiiii nachor avi abrahe exortum sub e
gialeo et currit usque ad annum xvii he
li sacerdotis et iudicis israel per annos dcccc lx
xi et per reges xxvi usque ad zeusippum post
que iudicaverunt sicionii sacerdotes carni
ni. Sicionia autem regio est que prius appia
post peloponensis dicta est. Usque ad abraham
vero floruerunt in egypto xv dinastie. Di
nastia summa potentie
egyptii dicunt. Anno quarto
decimo abrahe dinastiam
sextadecimam obtinuit
civitas thebei xvii
dinastiam pastores
reges sic vocati xv
iii dyapolitani diospolitani
pharaones per reges x
vi. Varietas fuit autem
dinastie de regibus qui aliquan
do regum ad aliam gentem
sepe transeuntes usque
ad cambisem qui cabi
sen filium cyri sub quo
primo perse imperave
runt egypto

Dinastia per dicitur princi
patus qui durat apud ali
quem potentia de elige
do imperatore sive
alio principatu quem maior
est illa potentia
ubi civitates eli
dam eligebant in
sironia pastores
et diversi ubi dyn
in balnaria nemo in
sudama. Hee sunt
loco presulum iure tribu
tie licet sic adulterium
et sic testis dom
ita intelligas secundum cedulas
alio quam tres sunt thebe
una in graia et qua
thebani alia in egypto
a quo thebei vo
cabuntur cum sociis
suis fuit alia in
deorum quam thebite.

De morte ysmahelis

Vixit autem ys-
mahel cxxx-
vii annis et
mortuus est. Tradit
illum hebrei consentiente mortuum fuisse
coram cunctis fratribus suis id est coram filiis
suis ad simul viventibus obiit. Habitavit autem
fratres eius abevila usque sur. Est vero
evila india ab evila nepote noe sic
dicta. Sur autem est solitudo inter cades et
barath contra faciem desertum usque ad mare
rubrum et egypti confinia.

De labore rebecce in partu geminorum

Hec ysaac prosequitur hystoria.
xl annorum erat cum duxit re
beccam uxorem que infecunda est sterilis
longo tempore. Sed ysaac autem ysaac pacti suo
fectam promissione seminis multiplicandi
propter orauit dominum ut qui promisit impleret
et concepit mulier hic duos in utero
Cumque cum iuvenis esset partu collidebantur
in utero eius parvuli ponitur lxx in sus pies lu
debant ut calcaneo ab adsit in aliqua constan
gebant. Symachus in sic facie ferebantur in
solitudine nativa ut legitimo ponderis careren
tes. Moyebant enim in matrem prius ut in
assumptionem alter prius altero videretur posse produc
ad ortum non perplexitate verum minima sicut
ut gemitus capientes. Intelligendum
est hoc accidisse ut quibusdam visum est sed tamen ex
volutate dei iam demonstrans in nondum
natis quod futurum erat et adultis primogenitam
scilicet quam alter huic primam cessisse alter pro
gratiam. Iuxta partes eam eorum futuram dis
sensionem iam tunc figurabant. Credi
tur iam ne mutuo fuisse suffocaret. Iacob
et in hoc motu prefiguravit quod non esset
consensus ad abel et altum. Mater graviter afflicta
nolens concepisse et vere deesset ans dem partu
pergit ut consuleret dominum. Tamen non locus con
sulendi dominum non modus nec per quos consuleretur
adhuc lege instituti. Forte ad montem mo
ria ubi abraham altare domino fecerat iuit
et immolans hostiis sub tinctis pellibus
carnem irbans per somnium accepit oraculum
vel forte more gentium quod videt in pen
tis spectat lavari quam tripode dicitur capi
ti supposuit et ramis arboris que agnus
castus dicitur incubuit ut visiones capitis
fantasticas dormiens non sentiret vel ad
vinente melchisedech consuluit. Quocumque
autem modo fecerit responsum accepit a domino. Due
gentes sunt in utero tuo id est pieces duarum gentium
que inter se prius divident et pugnabunt. Sed ma
ior serviet minori. Quod de parvulis neque
est cum maior semper prefuerit minori sed
de populis. Idumei enim qui de esau futuri
erant tributarii deo qui de iacob non forte
esau intelligat fuisse cum fuisse iacob cum
persequeretur eum ut lima confert ferro fornax
auro flagellum grano. Cumque eius duos pe
perisset qui prior egressus est rufus erat et totus

in modum pellis hispidus, et ob hoc dictus est
Seir. Hebrei enim seiron capillatum dicunt.
Dictus est et proprio nomine Esau, id est factus. Primus
alter egrediens plantam fratris manu tenebat
quasi retrahere volens fratrem a primogenitura,
et ob hoc dictus est supplantator, id est Iacob. Sex
agenarius erat Ysaac quando nati sunt ei pueri.
Vivebat ergo Abraham, et adhuc xv annis
supervixit. Abraham enim pater c annorum quos
vixerat nato Ysaac, clxxv annis legitur
vixisse postea. Itaque sexagenario Ysaac
restabant adhuc Abrahe xv anni ad vi
tam. Hec ideo diximus quia Iosephus sic ait: Post
ea post mortem Abrahe accepit uxorem Ysaac et
Porro ei sorte appellas quoniam penitus
effeto corpore generare desiit. Ipse enim tercio
loco non esse dicit per recapitulacionem indicatur. Por
ro eodem anno quo nati sunt gemini Ysaac
regnum Argivorum exortum est sub Ynacho pre
ysidis primo rege. Duravit autem usque ad
annum xii Delbore et Barach iudicum Israel.
Duravit autem usque ad ultimum Acrisium per
reges xiiii et annos cccc xliiii. Perseus enim non
interfecisse sponte Acrisium timens reliquit
Argos et transtulit regnum apud Micenas.
Si legis in hystoriis regum per cessisse ab
Ynacho usque ad Stelenum, intellige potius
de gente Ynachi usque tunc regnasse, et tamen
regnum Danao, qui non erat de gente regio. De
vendicione primogenitorum Esau.

Porro cum adolevissent filii Ysaac,
factus est Esau venator et Iacob agri
cola et pastor in tabernaculis habitavit.
Pater diligebat Esau tum quia primogenitus erat
tum quia de venacione eius libenter comedebat.
Mater vero diligebat Iacob tum pro simpli
citate tum pro dei inspiracione. Semel autem
coxisset Iacob pulmentum lenticule, Esau
lassus rediit de agro et ait: Da mihi de hac
coctione rufa, quia oppido lassus sum, quasi diceret:
[illegible] in tanta lassitudine sufficio in pulmentum
parare. Cui dixit Iacob: Vende mihi primo
genita tua. Esau prius pedes primogenita
sese moriturum nisi comederet in instanti pu
tans vendidit ei primogenita pro edulio lentis
et fecit talem vendicionem ratam se hiatu(?).
Et quia lenticula fulva est, hebraice autem
edon fulvum dicitur, ex hoc vocatus est Edom, a quo
postea dicta est regio Ydumea. Erat autem
primogenitorum quedam dignitas, quia habebat

primogenitus in cognacione sua usque ad adventum
habebat enim primogenitus vestem specialem
qua induebatur tantum in sacrificio offerendo et re
ceptum finale benedictionis a patre. Ipse in solle
mpnitatibus in minoribus benedicebat minoribus
et in his dupla aliorum porcione recipiebat.
Traditur et quod in divisione hereditatis simi
liter in duplum reciperet. De descensu Ysaac
ad Geraram. xxvi.

Orta autem fame
cum vellet ire Ysaac in Egyptum ex pre
cepto dei remansit in Geraris et ob
amiciciam Abrahe recepit eum Abymelech, et ad
criminis(?) pius dixit de uxore sua: Soror mea est.
Forte per plurimos dies vidit Abymelech
per fenestram Ysaac iocantem cum uxore sua, et ac
cersito eo ait: Certe
posuisti nobis. Et supra
imponere ubi alii solutum
id est impositum id est dilu
facere [illegible]. Quare nos

Per recapitulacionem hoc
dictum creditur. Non enim
videtur tamen vixisse
Abymelech [illegible] post
[illegible] benedicionem

decepisti? Cur mentitus es sororem tuam esse? Potu
isti si nos grande inducere malum. Si quis cog
novisset uxorem tuam libenter autem putans.
Et ait ad populum suum: Qui tetigerit hominis huius
uxorem morte morietur. Seminavit autem
illa Ysaac et invenit centuplum estimatum,
id est estimavit quod reddebat olim de iacto
semine se centuplum recepisse, vel de vili spe
cie hec potuit sic forte moris gentis apium
centuplatus. Unde alia translatio habet: Invenit
illo anno centuplum. Ob hoc enim invidentes
ei Palestini puteos quos foderant patris
eius obstruxerunt replentes humo. Et ait Ab
ymelech timens eum dixit ei: Recede a
nobis quia potencior nimis factus es. Et recedens
Ysaac venit in Gerar, id est pharanga, id est vallis, et
habitavit ibi. Alveum per torrentem quem fluebat
et eruderavit puteos alios quos idem
foderat pater eius, sed eo mortuo obturaverant
eos Phylistei. Et cum invenissent aquam vivam,
iurgati sunt pastores Gerare adversus eum dicentes:
nostra est aqua. Et ob hoc vocavit puteum Esan, id est
calumpniam vel iurgium. Et recedens inde fo
dit alium puteum et pro illo iurgati sunt,
et ob hoc vocavit eum Sithanam, id est [illegible] ul
timi [illegible] putei vocavit. Iosephus opi
[illegible] reliquit noles [illegible] indigenis
[illegible] bone voluntatis [illegible]
et licencia [illegible] fodit tamen pu
teum de quo non contenderunt. Ob hoc vocavit

cum roboot .i. latitudinem. quia dilatavit et crevimus
super terram. Et ex illo loco ascendit in bersabee
et apparuit ei dominus ipsa nocte promittens ei que pro-
miserat patri eius. Et edificavit ibi altare et in-
vocavit nomen domini et precepit servis suis ut foderent
puteum verisimile est quod invenerunt aquam ad puteum

abrahe.

Eo tempore venit ad eum abymelech
et phicol dux militie et transtes
ibi se fedus firmavisse. Eodem die vene-
runt ad ysaac pueri nuntiantes de puteo
quem foderant quod invenissent aquam et appellavit eum
bersabee .i. puteum saturitatis vel habundantie
et imposuit hoc nomen urbi usque in hodiernum
diem. Et nota quod in modico vocis sibilo et in
scriptis hoc nomen differt a nomine quo abraham
olim eum imposuerat. Sabee enim per son hebreum
scriptum septem vel iuramentum sonat. Cum tamen si se-
cundum hoc per sin scriptum saturitatem significat et
molli sonat. ¶ Inachas

Sepcu

Eo tempore phoroneus filius inachi et
niobes primus grecie leges dedit et
sub iudice causas agi instituit. locumque
iudicii de suo nomine forum appellavit.
Soror sua ysis in egyptum navigavit et ibi
apices litterarum egyptiis tradidit. De agricultura
et multa docuit eos. unde eius dicta est ysis ab
eis dea. quia in lingua eorum terra sonat. Et obiit
post mortem in numero deorum in egypto recepta est.
Filius etiam phoronei qui apis dictus est eo tempore
in egyptum navigavit. Quem quidam iu-
pitris dicunt fuisse. Et similiter ab egyp-
tiis deificatus et serapis nominatus. De

uxoribus esau

Esau vero quadragenarius duxit uxores
iudit et bethsamath filias
potentium virorum inter chananeos semet-
ipsum dominum faciens ipsarum urbium. Que cum
ambe offendissent animum ysaac et rebecce
et licet nollet ysaac nuptiales suo misceri cog-
nationi tamen meliores fieri decrevit. De

benedictionibus iacob. xxvii

Senuit ysaac et videre non poterat et
dixit ad esau. Sume arma et arcum de vena-
tione tua ut comedam et benedicat tibi
anima mea antequam moriar. Egresso esau
ad venandum dixit rebecca ad iacob.
Hic et nota audivi patrem tuum loquentem cum esau
fratre tuo. affer michi duos hedos optimos ut
faciam patri escas quibus libenter vescitur

ut benedicat tibi. pergens abiit ille et attulit
deditque matri. Et cum paraßet cibos induit ia-
cob vestimentis esau valde bonis quibus
utebantur primogeniti ex domo. Timebat
enim iacob ne deprehensus a patre susciperet ma-
ledictionem pro benedictione. Porro mater
pelliculas hedorum manibus et collo eius
circumdedit ut similitudine pilosi fratris ex-
primeret. In aliis enim quam simillimi erant
tanquam gemelli. Acceptisque cibis iacob in-
tulit patri dicens. Ego sum esau primogenitus
filius tuus. Comede de venatione mea ut
benedicat michi anima tua.

Dixit ysaac. Accede huc
me ut tangam te et
probem utrum tu sis esau
filius meus an non.
Quo palpato ait.
vox iacob est. sed manus
sunt manus esau.

Quasi esu est per
ter et butro quo plus
erat esau. Non
intellexit iacob. sic non
dicens helpa. io
bane est non sed
similitudine.

Cum autem comedisset et bibisset
vinum osculatus est filium et benedixit ei dicens.
Det tibi deus de rore celi et de pinguedine terre
habundantiam frumenti vini et olei. His
tribus scilicet omnis fertilitas terre intelligitur. per
frumentum cibus. per vinum potus. per oleum pulmentum
et adde. Serviant tibi populi et tribus. Esto dominus
fratrum tuorum. Qui maledixerit tibi sit ille male-
dictus. et qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur.
¶ Nota quod tria sunt in benedictione promissa scilicet habundan-
tia potestas per generationem presentis sue temporis
quantum ad iacob benedictio fuit et ideo in benedictionibus
futurorum vero solum dicitur benedictus. Iacob
per abundantiam nos per intentionem patris sic excipit cor-
nat alienum quod putat esse suum et coordinat.
¶ Vix sermonem impleverat pater egresso ia-
cob venit esau cibos inferens patri et pe-
tens ab eo benedictionem. Expavit ysaac vehe-
menter et in hac extasi intellexit. admonitus est fieri esse
et significationem pie fraudis intellexit. et ideo
non irascens sed confirmans quod fecerat ait.
¶ Frater tuus venit fraudulenter et accepit bene-
dictionem tuam et erit benedictus. Ait esau. Iuste
vocatus est iacob. en altera vice me supplan-
tavit .i. bis decepit. primogenita prius. et nunc be-
nedictionem surripuit. Cumque ipse a patre bene-
dictionem postularet et pater hesitaret mirari ei
benedicere et vehementer instaret motus
ysaac ait. In pinguedine terre et in rore
celi desuper erit benedictio tua. et ita fuit
ydumea enim pascualis est. et addit de frig

elyphans. uiues gladio. i. bellicosus
eris. et fratri tuo servies. Cum s. ydumea. fere
tributaria domui isr. fuerit. ueniet tempus
cum excucias iugum eius de ceruicibus tuis. hic im-
pletum est cum de bello reuertit ydumea que es-
sent sub iuda. De somnio iacob cum iret
in mesopotamiam. et de separatione iacob et
esau. xxviii.

Odierat ei esau.
O iacob et dixit in corde suo. veni-
ent dies luctus. i. mortis patris
mei. ut occidam iacob. Nunciata sunt hec
rebecce. Vnde spiritu sancto sciuit rebecca cogita-
tiones esau. quibus comminabatur iacob. fraudare
fratrem. Et accersito iacob commendauit in-
pietatem et dolo instrem per iussione matris
quod ut per familiares sciuit sed per spiritum sancti
quod ait ad iacob. fuge ad laban fratrem me-
um. et esto in domo eius donec requiescat indignatio fratris
tui. Quod ne absque licentia patris faceret. Ait re-
becca uiro suo. Si acceperit iacob uxorem
de filiabus, nolo uiuere. Et aduocans ysaac
iacob benedixit ei et precepit ei ut iret in
mesopotamiam accipe sibi uxorem de filiabus
laban. Videns autem esau quod offendisset
patrem suum per nuptias alienigenarum. iuit
ad ysmahele patruum suum. accipiens sibi
uxorem. filiam eius maleth sororem nabaioth
uxorem absque hiis quas prius habebat.
Igitur egressus Capitulum de iacob
iacob de bersabee pergebat aram. per chana-
neam. ut fugaret. timuit incolas terre quia
ut ait Iosephus. Chananei erant in deuoti
ysaac propter bella eius bellis ualde fatigati maxi-
me cum carathparum cepisset. de quo in-
frapue laborabant. Dormiuit ei iacob
apud aliquam puteam aliam terre et sub diuo iace-
bat. Cum autem uenisset in luzam uespere.
supponens capiti suo lapidem et obdormiuit.
Et uidit in somnis scalam certam a terra ce-
los attingentem et angelos ascendentes et de-
scendentes per eam. Iosephus dicit. uidit descendentes
per eam figuras honestiores naturam humanam quam
homines et deum in summitate scale sibi dicentem. Ego
sum deus abraham et ysaac. terram hanc dabo tibi
et semini tuo. benedicentur in te omnes tribus
terre et in semine tuo. Ero custos tuus in hi-
itinere et reducam te in terram hanc. Ordine
presto usque dum. sibi n. ipsa sunt. iacob custo-
diuit. patrem sibi Iosue dedit semen eius
terram illam. In fine tamen tempore iustus. quia
de iacob benedicentur sunt tribus terre. Euigilans
autem iacob. ait. uere deus est in loco isto et ego
nesciebam. Terribilis est locus iste et est domus
dei hic et porta celi et precauit de lege et de
templo et passione christi quibus hec illa futura
erant. Terribilis. n. lex est. domus domini templum
passio. christi. principio porta celi et lapidem quem
supposuerat capiti suo erexit in titulum
. i. in memorabile memoriam huius uisionis
et libauit super illum oleum domino. uolens domum
quod apparuerat ei sibi esse deum et lapidem. i. locum
lapidis semper honorabilem et reddidit decimas
et hostias se in oblationem. et urbem primam
honorandam debuit. uocans eam bethel. i.
domum dei. ut dicit Iosephus. i. hostiam dei. prius. n.
uocabatur ciuibus eius que ea Iordanem uocabant autem
sibi luza. i. nux uel amigdalus. quia cum primo
ibi fundamentum iacere radix amigdalina
inuenta est. uel forte copia huius generis arbore.

Sibi est.

Profectusque in mesopotamiam longo
tempore peruenit in charan et uidit ad pu-
teum magnum coopertum lapide grandi. iuxta quem
tres greges accubabant. Cumque dixisset
pastoribus ut adaquarent greges et ad pastum
reducerent. acceperunt in more esse non amouere
lapidem donec omnes greges conuenirent. nec
licere priori aliquam greges ad aquare. Cumque
percunctaretur de laban. uidit ibi quod uenerunt pastores
Et ecce. rachel filia eius cum grege suo. Quam
cum aduenisset. amouit iacob lapidem ab ore
putei. pater quia non soluit iacob. et adaqua-
uit gregem eius. et indicans esse se consobrinum
eius osculatus est eam. Quod nunciauit hec patri
Qui cum res dixit iacob. ad domum suam
et audita causa fuge dixit ei. Os meum et caro
mea es. et quod secum latebit apud me. tam
de causam gregis cum hic decreuit. perman-
se ut iacob dedit operam in medijs sinio pa-
storali. Habebat autem laban filias duas
primam. lyam oculis et rachel uenusto aspec-
tu. quam diligens iacob ait. Seruiam tibi. vii.
annis pro rachel. Seruiuit ergo pro rachel. vii
annis. et uidebantur ei pauci dies. pro amo-
ris magnitudine non deerat ei paruum. quia
desideranti animo ipsa uelocitas tarda
est. sed deinde pauci. quia uidebatur ei rem tam
amabilem paucis emisse. longe. n. plurimis
annis fuisset per eam precium cuius merces erat
uel dies uocat laborem dierum quod uidebatur

ei pre nimio quo laborem levigabat amor. Conpleto vii. anno fecit laban nuptias genero suo. vespere autem facto introduxit liam dans filie ancillam nomine zelpham. Jacob autem ut dicit Josephus, et per ebrietatem et per noctem lye commixtus. die facta apud laban de iniustitia querebatur. Qui excusanda pretendit consuetudinem populavit moris esse assensus maiores nate ante dari ad nuptias. Sed post alios vii. annos serviturum ei rachel promisit. tamen procelati tep is dicens se non liberare filiam ad chananeos missurum cum eam de sorore priusquam ageret quod eam illuc duxisset. Josephus vero dicit ebrietate illos qui dixerit post vii. alios annos rachel traditam. Sed post vii. dies convivio quod cum perturbare super inducta alia sponsa fas non erat. Quibus finitis iacob optatis potitus nuptiis, amorem sequentis priori pretulit serviens pro rachel alius vii. annis.

Pallas mulier prima fuit que invenit artem lanificium.

De iiii filiis lye et filiis ancille. xxxv.

Dominus autem aperuit vulvam lye sorore sterili data ut amorem viri fecunditas consequeretur. Que peperit filium et ait: Vidit dominus humilitatem meam, id est vilitatem erga virum, ideo vocavit filium ruben, id est visionis filium. Rursum peperit alium et ait: Audivit me dominus haberi contemptui, et ideo dictus est symeon, id est auditio. Rursus peperit tertium et ait: Copulabitur michi vir meus quia addidi ei tres filios, et ob hoc dictus est levi, id est additus vel firmator societatis. Secundum Josephum peperit quartum et ait: modo confitebor domino, et ob hoc dictus est iudas, id est confessio. Cessavitque parere. Proinde rachel invidit sorori et ait ad iacob: Da michi liberos alioquin moriar. Cui ait: Numquid ego sum deus? Et illa: Sino domine talem de ancilla mea. et dedit ei balam coniugium in uxorem. Que cum ei iungeretur, peperit bala filium et dixit rachel: Comparata sum sorori et invalui. et ob hoc dictus est puer neptalym, id est comparatio vel dilatatio. Lya quoque tradidit viro suo zelpham. que peperit filium et ait lya: [illegible] mi feliciter. et dictus est puer gad, id est felicitas. peperitque alium et ait lya: Beatam me dicent mulieres. et dictus est puer aser, id est beatus.

Iudicavit me dominus, id est equavit me sorori. et ob hoc dictus est puer dan, id est iudicium. Peperit alium et dixit rachel

Huius temporibus fere diluvium incidentis particulare iachia sub ogige rege quo urbem que vocabatur acte in nomine suo eleusim nominavit. Huic et apud lacum tritonidem virgo apparuit quam greci minervam dixerunt. Hec plures artes adinvenit, maxime lanificium. Unde dicta est pallas a pallene insula ubi inventa est, vel a pallante gygante quem interfecit. Traditur autem cum post diluvium illud cicladas, id est insule, tempore obumbrate fuisse aquis tamdiu, prima ictas delos sole illustrata est, et ideo delos, delos dicta est, quod sonat manifestum.

De reliquis filiis lye et ortu ioseph

Ruben tempore messis tritice, id est collectas ordeis vel fortiter collectiones amerendo, id est colligendo messes dum messis primorum que prima messis tritici est; messis vindemiarum quia tercia. Hoc inquam tempore ab agro regressus ruben tulit mandragoras et dedit matri sue. Quibus esu desiderans rachel dixit lye: Da michi de mandragoris filii tui. Quas ingerit quidam hoc genus pomi esse, quod sterilibus fecunditatem parare, quod augustinus falsum esse dicit. Cum enim mandragoram vidisset occasione huius lectionis, odorem vivum et naturam eius diligenter asserit se perscrutatum, et nichil tale repperisse in ea. Et ait lya: Parumne videtur quod abstuleris michi virum meum nisi et mandragoras simul tulleris? Rachel sororis iram mitigans ait: Dormiat tecum hac nocte pro mandragoris. Et occurrit lya revertenti iacob de agro quem cum mercede conduxisse significans, et concepit nocte illa. et peperit quintum filium et ait: Dedit michi mercedem quia dedi ancillam viro meo. et ideo vocavit puerum ysachar quod sonat merces. Achar enim merces. Ideo autem sic vocavit eum quia mandragoris emerat viri initium. Rursum lya concepit vi. filium et peperit et ait: Mecum habitabit maritus quia genui ei vi. liberos, et ob hoc vocavit puerum zabulon, id est habitaculum. In libro tamen nominum hebreorum volens fluxus noctis interpretari. Post quem peperit filiam nomine dinam. Recordatus est dominus rachelis et aperuit vulvam eius. Que peperit filium dicens: Addat michi dominus filium alterum. et ob hoc dictus est puer joseph, id est augmentum.

De diversis coloribus virgis et fetibus

Finitis est annis xiiii. servitii pro uxoribus suis iacob dixit socero suo: Da michi uxores et liberos meos ut revertar ad terram

meam. Et ait laban. Inveniam gratiam in con-
spectu tuo. Et adhuc michi servias vii. annis. Con-
stitue mercedem quam dem tibi. Scio enim quia propter te bene-
dixit michi dominus. Et ait iacob. Iustum est ut ali-
quando provideam domui mee. Si feceris quod postu-
lo adhuc pascam pecora tua. Separa greges
varios et aspersos vellere et trade in manu filiorum tuo-
rum. Unicolores trade michi et quod ex unicolori-
bus varium natum fuerit sit merces mea. Quod unico-
lor sit tuum. Et videbitur in eis iusticia mea i-
n futuro, quod deus raro facit natura ut alba ex
albis nigra ex nigris nascantur. Meam iu-
sticiam meam dicit quam ex labore meo quam iustu-
m videbitur reddat michi pro mercede nam. Gratum
habuit hoc laban et separavit omnes diversicolores
et dedit filiis suis in custodiam. Unicolores
tradidit iacob. Et separavit iter trium dierum inter
iacob et filios suos. Ne ex vicinitate pe-
corum nasceretur dolus. Et ita planum est quod in-
in textu legitur quod laban unicolorem gregem
tradidit in manu filiorum suorum. Sed quod videtur
fuit ei quod diximus. Premissa cum tradidisset in
manu filiorum suorum id est nepotum suorum filiorum
scilicet iacob qui semper custodes erant vel pre-
ceptorem dedit id est unicolorem gregem
post natum sub custodia iacob dedit filiis
cum diversicolore pecus dato. Iosephus dicit usque ad
tempus suum locum hunc ostensum fuisse. Iacob
autem novam naturam strophas commentatus contra na-
ture artem [illegible] pugnavit. Tulit enim vir-
gas virides populeas quas [illegible] vo-
cant et amigdalinas et plataninas
ex parte locorum discorticavit varium virgarum
fecit colorem. Forte tres erant canales
et tres virgas tantum eiusdem longitudinis
cum canalibus tulit cuique canali suam vir-
gam imponens. Forte plures erant in canali-
bus virgule. Observabat et iacob tempus
quo pecora ascendebant et in fervore co-
itus ad potandum aviditate pergerent super
aquas potandi faciebat oves et capras
ascendi ut tales fetus conciperent quales um-
bras arietum et hyrcorum super se ascendentium
in aquarum speculo videbant. Ex virgis
enim impositis variaverat umbras colorum.
Nec autem omnes vere diversi colores fierent
et deprehenderetur dolus sic temperavit ia-
cob. Primo tempore cum ascendebantur
oves quia vernus fetus meliores sunt
ponebat virgas ut in conceptu earum

conciperent. In serotina vero admissura id est ea que
fiebant in extremitate veris deteriores sunt
fetus quia in hieme apparent coitus minus
viget natura et ideo non apponebat virgas et
ita que serotina erant facta sunt laban et que
primi temporis iacob. Vel forte serotina admis-
sura dicitur in autumpno concepta. Oves me-
sopotamie et ytalie eadem esse dicuntur. Ita ut bis
in anno pariant. Unde poeta. Bis gravide se-
fetu. Quod autem dicit ut tales conciperent dicit Io-
vium hebrei ubi in iectum exprimi non
posse. Sic facit enim tota corporis extrema
concussione in fervore coitus extremo. Non mi-
rum similem speciei ymagini sobolem fieri
in extremo voluptatis cum ipsum meque [illegible]
genus apud hyspanos dicatur. Et Iosephus et Quin-
tilianus matronam accusatam quod ethiopem pepe-
risset ex ymagine speciei hoc accidisse ar-
gumentis defendisse et in libris scriptum pro-
ceptis repperit quandam puellam quod pul-
cherrimum peperisset utroque parente [illegible] eorum
tam dissimilem nisi monuisset propter quod grecus
fuit talis picture esset in cubiculo. Audiit
autem iacob ultimo post hoc audivit verba
filiorum laban dicentium. Tulit iacob nostra
et de facultate patris fecit se inclitum. Et fa-
ciem laban animadvertit quod non esset erga se
sicut heri et nudius tertius. Maxime dicen-
te sibi domino. Revertere et ego ero tecum. Misit
et vocavit lyam et rachel in agrum ubi pasce-
bat gregem et ait. Faciem patris vestri non est
mecum. Scitis quia circumvenit me et mutavit
mercedem meam decem vicibus. Hoc dicit decem an-
nis. Sed intelligitur decem annis id est decem excepto
lucro quod de natura mutatio fecit id est vi
annis. Dicit enim Iosephus quod omni tempore quo
iacob fuit cum laban xx annorum fuit.
Solvit iacob tertiam septimanam annorum
complebat sed illo [illegible] videns enim laban
plures nasci diversicolores dicebat decem
cepit unicolores sint merces tua. Item cum vi-
debat unicolores multiplicari mutari-
bat mercedem. Et addidit iacob. Deus
tulit substantiam patris vestri et dedit michi. Quia in sop-
nis ostendebat quales erant facturi [illegible] qui
et dixit michi. Surge et egredere de terra hac.
Responderunt lya et rachel. Quasi alie-
nas reputavit nos pater. Numquid habemus re-
siduum. Habemus de facultate et hereditate
eius. Fac quecumque precepit tibi dominus.

De fuga iacob et federe inito cum laban.

Surgens ergo iacob cum uxoribus et liberis abiit. tulitque omnem substantiam et greges quos in mesopotamia acquisierat. Dederunt autem iacob ut ait Iosephus medietatem gregis nesciente laban. qui eo tempore ad tondendas oues ierat. Rachel autem nesciente uiro ydola patris sui furata fuerat. et secum tulit non ad colenda. quia docente uiro sciebat non esse colenda. sed si forte deprehenderentur apte consequi ut ad hoc fugiendo ueniam impetraret. Transiit iacob amnem et firmiter ... montem galaad. Et nuntiatum est laban die tertio quod fugisset iacob. Qui assumptis filiis et cognatis suis insecutus est eum .vij. diebus. Tamen Iosephus dicit laban post primum diem cognouisse discessum iacob et filiarum. persequensque eos in colle quodam collocatos inuenit eos. Potest dici quod si tertio die cognouit tamen post primum diem cognouit. vel potest post primum diem dici cognouisse. quia tertio egressus nuntius uenit ad eum ubi filii pascebant greges. qui separati erant a iacob .iii. dierum ut predictum est. Vidit autem laban in sompnis deum dicentem sibi. Caue ne quicquam aspere loquaris contra iacob. Qui surgens ait ad iacob. Quare me ignorante fugisti et quasi furatus es deos meos. Consolaris et gener me sicut deceptor hec facere non debueras. Respondit iacob. Timui ne filias tuas uiolenter auferres michi. quia tamen non tam me quam filias sequeris. Quod autem furti me arguis. apud quemcumque inueneris deos tuos necetur coram fratribus nostris. Ingressus quoque laban tabernacula ipsius et ancillarum non inuenit. Cumque intraret tabernaculum rachel. illa sub stramenta cameli abscondit ydola. et sedit desuper. Et querenti patri ait. Ne irascatur dominus meus. quod nequeo tibi assurgere quia iuxta consuetudinem feminarum nunc accidit mihi. et sic delusa est sollicitudo querentis. Iratusque iacob improperauit ei quod tam diligenti seruitio .xx. annorum non inuenerat ut ipse omnem supellectilem suam scrutaretur. Et ait laban. Omnia que habes mea sunt. sed quid possum facere filiis et nepotibus meis. ueni ineamus fedus. Tulitque iacob lapidem et erexit illum in titulum federis. et ait fratribus suis. afferte lapides. Qui congregantes fecerunt tumulum. et comederunt super eum. Et ait laban. Tumulus iste sit federis nostri testis. nec ego transeam eum pergens ad te malum cogitans nec tu transeas ad me nocens. Si afflixeris filias meas et si uxores alias super induxeris. Et ob hoc dixit iacob signum suum galaad colle. i. aceruus testimonii. Gal enim aceruus. aad testimonium. Laban lingua sua uocauit eum ygar sedutha. Laban uero de nocte surgens benedixit illis et reuersus est in locum suum. Iosephus dicit eos columpnam in monte statuisse in formam are. forte aceruum columpnam nominat.

De muneribus premissis esau. xxvij.

Iacob abiit itinere quo ceperat. fueruntque ei obuiam missi angelorum. et ob hoc uocauit locum illum manahim. i. castra. quia ibi uidit angelos paratos defendere iacob a fratre suo quem timebat. Misit autem ab illo loco fratrem suum qui exploraret fratris animum. Qui reuersi nuntiauerunt esau occurrere pacifice cum .cccc. uiris. Timuit ergo iacob non de promissione angelorum diffidens. sed more hominum perturbatus. et diuisit populum qui secum erat in duas turmas. Ancillas et liberos earum in priori turma. In secunda liam et filios earum. in tertia que incertior erat posuit rachel et ioseph tamquam cariores. unde quidam erraverunt putantes tertiam turmam rachel et ioseph fuisse. Sic autem diuisit ut si ueniret esau ad unam occideret et posterior perueniret turma reliqua fugiens saluaretur. Separauit autem ibidem de hiis que habebat munera fratri suo que pulcriora et rariora et diuersorum generum erant. Misit et ea per diuersos nuntios spacium ponens inter gregem et gregem. ut ex frequentia munerum sese sequentium mitigari putaret ut muneribus furor indignationis eius mitigaretur ad hoc placaretur. Precesserunt ergo munera et ipse adhuc erat in manahim. Consurgensque ante diluculum traduxit filios et uxores cum omnibus ad se pertinentibus per uadum iaboth transierunt. In genesi legitur cum orasset iacob timens fratrem dixisse. In baculo meo transiui iordanem istum et nunc cum duabus turmis regredior. forte iordanis erat quem transiuit. et quia ibi calculosus et torrens erat dicebatur uadum iaboth. forte et uicio scriptoris pro iacob legitur iaboth et transiuit illo fortassis hoc nomen uadum iacob. uel iaboth.

De lucta iacob cum angelo et mutatione nominis.

Cum autem precederent turme solus in ripa fluminis remansisset orans

Io[sephus] d[icit] q[uod] pre- / terie nocte / boch transier[unt]

Et ecce vir luctabatur cum eo usque mane.
Qui tetigit latum nervum femoris eius et emarcuit.
Unde et Iacob posuit decretum ne comederent
nervum, et idipsum posteritas eius observat. Cumque
ascenderet aurora, dixit vir ad eum: Dimitte
me. Et ille: Non dimittam te nisi benedixeris
mihi. Vir autem quaerens nomen eius, ait se vocari Ia-
cob. Nequaquam inquit ille appellaberis tu Iacob
sed Israel. Quia si contra Deum fortis fuisti, quanto magis
contra homines praevalebis. Et ita benedixit Iacob e-
um confortando ne timeret fratrem.
Qui enim contra Deum stetit vincet fratrem, et ei signum
quod vinceret fratrem. Iosephus dicit Israel he-
braice sonare reluctantem angelum sacrum. In
libro autem nominum hebraicorum exponitur vir videns Deum.
Hanc autem interpretationem dicit Ieronimus non tam vere quam vio-
lenter fictam. Illam Iosephi dicit se in hebraeo
non invenisse, et dicit illud nomen sonare principem
cum Deo. Sic enim angelum interpretatum fuisse
asserit: si contra Deum princeps vel fortis fuisti
et cetera. Vocavitque Iacob locum illum Pha-
nuel, id est faciem Dei. Et ait: Vidi Dominum facie ad
faciem et salva facta est anima mea, id est de valde timida
plurimum confortata. Cumque transgressus esset Pha-
nuel, ortus est ei sol et claudicabat. De occur-
su Esau et emptione agri in Sychem. xxxvii.

Elevans autem oculos vidit Esau et cum
eo cccc viros, et praecedens utrasque
turmas quas fecerat adoravit pro-
nus septies. Currens autem Esau amplex-
atus est eum et osculans eum flevit. Et quaerens
cuius essent mulieres et parvuli, cum accepisset
pertinere ad Iacob, accessit et deosculatus
est eos. Cumque nollet Esau munera praemissa
retinere, se plurimum benedicere dicens ait Ia-
cob: Si inveni gratiam coram domino meo, ac-
cipe munusculum de manu mea. Sic enim
vidi faciem tuam quasi viderim faciem Dei, id est ali-
cuius potentissimi. Non enim aut credebat illum
Deum aut tractatum propriissime adulatorie. Re-
versus est ei Esau in die illo in Seir villam, sic quam
de nomine suo sic dixerat. Iacob autem inde
procedens fixit tabernacula sua in loco qui ob hoc
dicitur Sochot, id est tabernacula, de quo dicit Iosephus: Soch-
ot est usque hodie civitas trans Iordanem
~~loquens~~ in terra Decapoleos, ubi et Gedeon
transierat Iordanem. Et loquitur est ad viros
Sochot. Sed mirum est quod dixit trans Ior-
danem, cum Iacob postquam iam venit debeat trans-
isse Iordanem cum esset in Sochot. Forte
trans Iordanem dixit, id est Mesopotamiae, de qua
redibat Iacob, vel post vadum transierat Iordanem
sed Iaboc. Cum autem dixit super Iordanem istum
non perfecte monstravit, sed notum tantum innuit, ut vide-
tur dicatur. Abiit de Sochot in Salem urbem
Sichimorum, id est in Sichem. Aschem enim Sich-
mi vel Sichimitae dicta fuit, et forte binomia e-
rat, ut forte Hebron. Moyses eam tamen vocat
Salem, id est consummatam et perfectam, eo quod femur
claudicantis Iacob sanatum sit. Porro Iacob
emit iuxta oppidum partem agri ab Emor rege
Sychimorum et a filiis suis centum agnis et habita-
vit ibi. Et erecto altari invocavit fortissi-
mum Deum Israhel. De morte Sichimi-
tarum et raptu Dine et fuga Iacob. xxxviii.

Egressa est autem Dina ut videret mulieres
regionis illius, quae ut ait Iosephus Sichi-
mitis sollempnitatem habentibus sola trans-
ivit ad urbem emptura ornamentum mulierum
provincialium. Quam videns Sichem filius regis
adamavit eam et rapuit, et vi oppressit virgi-
nem et conglutinata est anima eius cum ea. Et ait
patri: Accipe mihi puellam hanc coniugem. Egres-
susque rege cum filio ad Iacob, filii Iacob ve-
niebant de agro et irati fuerunt. Regi autem
quaerenti vicinam eorum amicitiam et societatem
eorum, et ut mutuo contraherent coniugia, et Sichem
offerenti multa et promittenti ampliora, re-
sponderunt in dolo: Illicitum est apud nos fede-
rari incircumcisis, sed circumcidamini et erimus populus
unus. Placuit oblatio Emor et filio eius, nec
distulit adolescens quin statim adimpleret.
Et omnes cives urbe persuaserunt populo et cir-
cumcisi sunt omnes. Et ecce die tertia quando gra-
vissimus est dolor vulneris, Symeon et Levi ar-
reptis gladiis confidenter urbem ingressi sunt
et interfecerunt omnes masculos, necnon tulerunt
de domo Sychem sororem suam. Ceteri vero fratres
irruerunt super occisos et depopulati sunt urbem,
parvulosque et uxores captivos duxerunt. Iose-
phus dicit: cum esset festivitas et Sychimitae rege
et epulis urbem laetantes, primis custodibus
assistentes dormientes interfecerunt. Quo agnito
dixit Iacob: Symeon et Levi turbastis me
et odiosum fecistis habitatoribus terrae huius, et per-
cutient me, et delebor ego et domus mea.
Dominus autem confortans eum dixit ad illum: Sur-
ge et ascende in Bethel et habita ibi
et fac altare ubi apparui tibi. Sed prius
sanctifica tuos.

De morte rachel · partu beniamin · xxxv ·

Iacob ergo convocata domo dixit purgavit suos
invento deos laban · ut ait Jose · Neque nesciebat eo quod rachel celasset in camelo · sub arbo
re · et ait suis · abiicite deos alienos · et mu
damini et ascendamus in bethel · De sychem
enim attulerant ydola · et inaures · id est ornamenta
ydolorum · A parte totum · quod omnia effodit iacob
sub terebintho · que est post urbem sychem · Tra
dunt enim quidam quod eam tulit dominus in ierusalem et con
flavit eam in materia templi que facere disposuerat
· porro terror dei invasit sychimos ne
persequerentur iacob · Qui profectus venit in bethel
et edificans ibi altare domino obtulit ei in
id quod voverat prius · Eo tempore mortua est delbora
nutrix rebecce · et sepulta iuxta bethel sub tere
bintho · et vocatum est nomen loci quercus fletus
sub nomine quod videret quercum terebintum simili
tudine · Apparuitque ei iterum id est et dominus ait · Non
vocaberis ultra iacob · sed israel erit nomen tuum
et appellavit eum israel · Ecce patet quod hoc nomen
promisit tamen hic autem imposuit ·

De morte rachel in partu

Egressus inde iacob venit verno tempore
ad terram que ducit effrata · id est Bethle
em et est anticipatio · postea enim dicta est
effrata ab uxore caleph · que ibi sepulta est ·
Ibique cum parturiret rachel · cepit periclitari
tamen peperit filium · Egrediente autem anima pre do
lore partus · moriens vocavit filium suum benno
nyn · id est filium doloris · pater vero commutavit eum
vocavitque eum beniamin · id est filium dextre · Se
pulta est ergo rachel in via que ducit · Bethleem
et sola inter cognatos honore sepulture
abrahe non meruit · Erexitque iacob titulum
super sepulcrum quod apparet usque in presentem
diem · Et egressus inde fixit tabernaculum
trans turrim ader · id est turrim gregis · Hunc
locum dicunt hebrei esse ubi postea edificatum est
templum et dicitur · quia quidam vaticinio turrim
gregis · id est congregationis fuisse ad templum
¶ Sed Jo. ait locum esse iuxta bethleem · ubi in
angelorum grex natum dominum cecinit · et iacob
greges suos pavit · non · inde loco relin
quens · Cumque habitaret ibi · ruben dor
mivit cum bala · concubina patris · quod non la
tuit iacob · De morte ysaac et re

Venit ad gibus edom · xxxvi ·
ysaac et patrem suum in civitate
hebron · Iam mortua matre

invenit · vel in vita · et post adventum eius completi sunt
dies · ysaac · clxxx · annorum · vel secundum Jose · clxxxv
annorum · et appositus est populo suo plenus dierum ¶ Et
sepellierunt eum filii eius esau · et iacob in spe
lunca duplici ¶ Hic terminatur prima pars liber
Josephi · post mortem patris diviserunt sibi
esau · et iacob ita quod eos terra non caperet re
diit · esau admonitus quod diviserat · et dicta est
terra ydumea · ab edom · que bosra dicebatur
Enumerans enim moyses · xii · reges illius terre · ab
usque adulamitum quod inde potuit alia · Et
regnavit post bale · iobab · filius zare de
bosra · et videntur quidam fuisse · iob · pronepo
te esau · sed beli contradicit ut · edom est · vi
dere · in genesi · quod eadem terra ante esau · et
dicta fuit seyr · Enumerans enim filios esau ·
enumerat propterea horreorum qui fuerant terra
ante esau · de quibus incipit sic · Isti sunt
filii seyr · horrei habitatores terre et cetera · hor
reos enim expulit · esau · ut legitur in paralypomenon
Quidam tamen dicunt hic enumeratos reges · qui fuerunt in edom antequam filii israel · haberent re
gem · id est saul · et dicunt hanc enumerationem esse computandam ab
esdra qui scripsit post reditum · Inventum magnificorum vero istorum
leguntur · de ana filio se
¶ Ab monte seyr est dicta
seyr · ydumea est · terra da
mascena · Nam esau
habitavit damascum
Theman metropolis
ydumee · unde eliphat
themanites · bosra civitas ydu
mee · et arabie · lybanum di
dicitur ydumea · et phenicia
cuius radice oriuntur albana
et pharphar · fluvii fluen
tes secus antiochiam ·
beon cuius filia dicitur esau · qui invenit aquas
calidas in solitudine dum pasceret asinas patris
sui · Hebreum ubi est invenit iamnim · dicunt ut
ait Jo. varia disputant hebrei · Dicunt
quidam iamnim maria · que latet in heremo
invenit · Alii putant aquas calidas ligna
punica quod affine est hebree huic nomini dicta
quas greca tunc nomine vocant · Alii dicunt eum
onagros asinabus admisisse ut inde
velociores asini nascerentur qui vocantur iamnim
ad societatem · quod primus est asinus fecit
ascendi ut muli nascerentur

Et notandum quod in recapitulatione filiorum
esau ponit · moyses · alia nomina uxorum
eius ab illis quam ante posuerat · Dicit
et Jose · quod amelech filius esau · natus
de concubina habitavit in parte ydumee que
gabaonitis dicebatur · et dicta est ama

¶ Ana filius sebeon · fuit primus qui invenit aquas calidas in solitudine · et asinos ascendere super equas ut muli nascerentur

lechitem. Et his premissis transeundum est ad ge
neracionem iacob. Incidencia.

Eo tempore prometheus frater athalantis
primus dicitur fecisse homines. Et quia rudes
eos fecit doctos. Et quia fecisse ymagines
hominum per artem quandam ambulare fecit. In
venit et primus anulum ex ferreo et inclusit ge
mam. Unde et ungulum vocavit quia sic ungui car
ne sic gemma metallo clauditur. Tradiditque
ut in quarto digito qui medicus vocatur poneretur
adornandum digniore pre reliquis dicens quia
ab eo usque ad cor quandam venam pertingit. Di
citur et ea tempestate triptolemum in italia pictus
erat dracone ingressus venisse et ampliasse agri
culturam. Verius autem quia primus instrumenta arandi et
mensurandi granum adinvenit. Cum prius ...
nibus segetes ponerent et ... pacernos
mulabant. Unde et agreas de metra dea
Tunc et thelchines victi et ... rodum

De vendicione ioseph quam fratres fecerant. xxxvii. Ceciderunt

Ioseph cum xvi esset annorum pascebat gregem
patris sui. Sciendum quod ante mortem ysaac
xii annis venditus est ioseph. Quod sic probatur.
Sexagenarius erat ysaac cum natus est iacob
et clxxx annorum mortuus est. Ergo cxx annorum
erat iacob in morte patris sui. In ven
dicione filii cviii annorum fuit. Cum venit
ad ioseph in egyptum cxxx annorum erat.
Sed inter descensum eius in egyptum et vendicionem
ioseph fluxerunt xxii anni. Ioseph autem
xvi annorum erat cum venditus est in egyptum
et xxxviii quando venit ad eum pater. Redeamus mo
do ad id quod premisimus. Dum enim rediret iacob
de mesopotamia et non diu venisset ad patrem
adhuc vivente rachel post iosephi facta est vendicio
ioseph in hunc modum. Oderant eum fratres
sui quia a patre plus ceteris amabatur. Tum quia
in senectute genuerat eum. Tum quia pulcrior cor
pore et sapiencior ceteris erat. Accusaveratque
fratres crimine pessimo apud patrem. Vel de odio
in ipsum. Vel de coitu cum brutis. Vel quod ruben
concubinam patris. Feceratque ei pater tunicam
polimitam vel manu vel acu pictam. Vel secundum aquilam
tunicam astragalen id est talarem. Vel secundum symmachum
tunicam manicatam id est manicas habentem.
Alii colobiis utebantur ut expediciores essent.
Predicta manicata manu picta acu ...
sed inducta. Causa tamen odii maior fuit
visio sompniorum. Retulit enim fratribus sompnium

quod viderat dicens. Putabam nos manipulos
ligare in agro et videre manipulos adorare
meum manipulum stantem. Cui dixerunt:
Numquid rex noster eris? Aliud sibi vidisse dixit sompnium
aliud in presente patre et fratribus. Videbam quasi so
lem et lunam et xi stellas adorare me. Incre
pavit eum pater et ait. Numquid ego et mater tua et
fratres tui adorabimus te super terram? Potuit
hoc dici congrue quia mater adhuc vivebat. Vel
tamen mater eum adoravit quia non descendit in e
gyptum. Nec pater legitur eum adorasse quia nec
Joseph sustinuisset. Sed fratres adoraverunt eum
parentes in filiis. Cumque fratres in pascendis gre
gibus morarentur in sychem misit eum pater
de valle hebron ut videret quid fratres circa
fratres et pecora. Cumque non invenisset eos in sychi
mis sequutus est eos in dothaym. Qui cum vidissent
eum procul mutuo loquebantur. Ecce sompniator
venit venite occidamus eum et mittamus eum in ci
sternam veterem dicentes quod fera pessima
devoravit eum. Ruben autem volens liberare
eum dicebat. Non offendamus sanguine eius sed
vivum proiciamus in cysternam ne per unam primatus
et mittatur in luctum. Hic vult ioseph adhuc matrem
vixisse. Nudantes eum tunica polimi
ta miserunt in cysternam in qua non erat aqua
et recessit ruben meliora querens pascua.
Dum autem sederent comedentes panem vide
runt ysmahelitas venientes de galaad
portantes in camelis aromata et resinam et
stacten id est mirram in egyptum. Dixitque iu
das fratribus suis. Melius est ut vendatur
ysmahelitis puer et manus nostre non pollu
antur sanguine eius celando. Caro enim et
sanguis noster est. Et vendiderunt eum madianitis
xxx argenteis. Eosdem vocat madiani
tas quos ysmahelitas. Madian enim de ce
thura filius abrahe et ysmahel de agar.
Et filios de concubinis invicem legitur seperasse abra
ham ab ysaac. Forte separati prius postea
redierunt in unum et sic sunt ipsis retinen
tes utriusque parentis nomen. Vel iuxta hebreorum
opinionem quod eadem agar et cethura una fuis
se. Et ita forte numquam separati fuerunt. Re
versus autem ruben ad cysternam non invenit puerum
et credens eum interemptum scissis vestibus eiula
bat. Sed accepto quod viveret quievit. Tule
runt autem ioseph et eius tunicam in sanguine
hedi tinxerunt et miserunt qui ferret
ad patrem dicentes. Hanc invenimus. Vide

Prometheus fuit primus
qui fecit anulum et statuit
portari in quarto digito

Celeus fuit primus qui
frumentum mensurari fecit

si filii tui tunica sit an non. Quam cum cognovisset pater ait. Fera pessima devoravit filium meum Ioseph. Scissisque vestibus induit cilicio lugens filium multo tempore. Congregatisque filiis ut lenirent dolorem patris noluit eos audire sed dicebat. Descendam lugens ad infernum ad filium meum. Erat enim tunc quidam locus inferni nobilior longe semotus a locis penalibus qui ob quietem et separationem ab aliis sinus dicebatur. Sicut sinum matris dicimus et dictus est sinus abrahe quia in abraham inceptus erat in suspectacione usque ad mortem christi.

De ingressu ioseph in egyptum

Madyanite vendiderunt Ioseph in egypto phutifari eunucho magistro militie regis pharaonis. Alii dicunt archimacheris id est principi cocorum. Macheri enim coqui dicuntur vel secantes cocorum a machera quod est occidere. Horribilior erat... quia apud plures nationes dapifer principis honorabilior est. Et propter ministerium hunc vocat Iosephus petefrem. Sed Iosephus non bene translatum nomen esse asserit. Hic habuit uxorem et liberos quia et ioseph filiam eius duxit uxorem. Non de eunuchis regis fuit qui pueros castrabant. Sed tradunt hebrei quia videns ioseph elegantem emit eum ut ei misceretur. Dominus autem custodiens ioseph illum adeo infrigidavit ut deinceps impotens fuit coire. Et quia eunuchus erat ita et videtes heliopolitani eum archisacerdotem egenti talibus suis de more suo cum pontificem eliopoleos erant et honoratior erat quantes in principatu.

Hoc facit phanum templum. Hierus sacer. Inde hierophanta sacerdotes templorum sacerdotes seu ministri domini.

Quod iudas genuit phares et zaram de thamar. xxxviii.

Eo tempore antequam ioseph venditus esset, quod hic et in sequenti est per recapitulationem, discedens iudas de fratribus suis venit ad virum odolamitem nomine hiram. Et accepit sibi uxorem nomine sue eadem chananei filiam. Que peperit ei her primogenitum. Deinde onam et selam. Dedit autem iudas her primogenito suo uxorem nomine thamar. Fuit autem her nequam id est abutens vasculo uxoris et occisus est a domino id est vel ictu mortuus in thoro super uxorem. Et dixit iudas onam ut ingrederetur ad eam et suscitaret semen fratri. In quo patet quedam in lege post scripta que ante eam fuit observata. Qui indignans sibi non nasci filios fundebat semen in terram id est inutiliter uxorem cognoscere satagebat et percussit eum dominus. Remisitque iudas thamar ut esset vidua in domo patris sui donec cresceret sela. Quo adulto timuit eum dare thamar et dissimulabat. Mortua est autem sue uxor iude. Qui post consolationem acceptam post luctum ibat ad tondendum oves cum hiras opilione suo. Quod audiens thamar deposuit vestibus viduitatis assumpsit theristrum seditque in bivio itineris quod ducit thamnam. Hebreum sonat in oculis sedit. Sic enim vocatur bivium vel diligentius quia aspicere oportet viatorem quo gradiatur. Quam cum vidisset iudas suspicatus est eam esse meretricem id est scortum. Cui dixit. Sine me ut coeam tecum. Et ait. Quid dabis michi. Et ille. Mittam tibi hedum de grege. Et illa. Patiar quod vis si dederis michi arrabonem. Et dedit ei anulum et armillam et baculum quem gerebat pro arra. Ad unum ei concubitum concepit mulier geminos et abiit receptis iterum induta viduitatis vestibus. Misitque ei iudas edum per pastorem. Qui cum vellet et non invenisset eam redit ad iudam sine pignoribus. Post tres autem menses dictum est iude. Fornicata est thamar nurus tua et tumuit. Qui ait. Producite eam ut comburatur. Que cum duceretur ad penam misit socero suo pignora dicens. De viro cuius hec sunt concepi. Qui ait. Iustior me est quia non tradidi eam sele filio meo. Hoc fecit ne pureret semen filii mei. Attamen eam ultra non cognovit iudas. Instante eius partu apparuerunt duo in utero. Et in ipsa effusione unus protulit manum in qua ligavit obstetrix coccinum et ait. Iste egredietur prior. Illo autem retrahente manum egressus est alter. Dixitque mater. Quare propter te divisa est maceria. Et ob hoc vocatus est phares. Macheria id est divisio. Macheriam autem dicit membranam pary vel secundinas qua involvitur puer in utero que dividitur in partu et sequitur partum. Postea egressus est alter cum coccino et dictus est zaram id est oriens quia primus apparuit vel quia plurimi ex eo nati sunt iusti ut legitur in paralypomenon. Tamen sic legitur in principio libri legis quod obstetrix in genesi coccinum ligavit in manu phares quia ab eo quod paries dividit nomen phares sortitus est. Secte post coccinum tulit de manu prima et zaram alligavit. Phares ut de similibus gemellis

[P]rimogenitus distingueretur. **De incarceratione Joseph. xxxix.**

Joseph ductus est in Egyptum, emitque eum Putiphar eunuchus. Fuitque Dominus cum illo, domumque domini sui in cunctis gubernavit. Benedixitque Dominus domui Egyptii propter Joseph. Qui tamen aliud de omnibus non noverat nisi panem quo vescebatur. Post multos autem dies iniecit domina sua oculos in Joseph, et ait: Dormi mecum. Qui renuit: Omnia sua tradidit michi dominus meus preter te. Quomodo ergo possum hoc facere, immo et peccare in Deum meum? Accidit autem ut, ait Josephus, ut publicum festum instaret, cum et mulieres interesse deberent. Tunc illa egritudinem simulavit, invento captans ob hoc solitudinem et silentium ut exoraret Joseph. Et apprehensa lacinia pallii Joseph, ait illi: Dormi mecum. Qui, relicto pallio in manu eius, egressus est foras. Illa contemptam se dolens in argumentum fidei retentum pallium ostendit marito revertenti, dicens: Ingressus est ad me servus hebreus ut illuderet michi. Ille nimis credulus coniugi, iniectum Joseph tradidit in carcerem regis. Fuit autem Dominus cum illo, et dedit illi gratiam in conspectu principis carceris, et vinctos in custodia eius posuit. **De expositione pincerne et pistoris somniorum. xl.**

Accidit autem ut pincerna regis et pistor in eundem carcerem mitterentur, et Joseph ministraret illis. Viderantque somnium ambo una nocte. Quos cum mane vidisset Joseph tristes, scisciatus est ab eis causam doloris. Cumque accepisset pro somnio esse dolorem, ait: Referte michi quid vidistis. Nunquid non Dei est interpretatio? Et ait prepositus pincernarum: Videbam coram me vitem, et in ea tres fundos, id est oculos, unde fundebantur palmites. Alii ponunt tria flagella, vel tres propagines, quod idem est. Et paulatim crescere in gemmas, et post flores uvas maturescere. Premebamque uvas in calicem Pharaonis, quem tenebam, dabamque poculum Pharaoni. Et ait Joseph: Deus dedit in bonum hominibus usum vini, vinum et ipsi Deo libatur, solvit lites et conciliat, et bona est eius visio. Tres autem propagines tres adhuc dies sunt, post quos restituet te Pharao in gradum pristinum. Memento mei cum bene fuerit tibi, ut suggeras regi ut educat me de isto carcere, quia de terra Hebreorum furto sublatus sum, et innocens in lacum missus sum. Tunc ait pistor: Vidi quia habebam tria canistra farine super caput meum, et in superiori portare me cibos qui fiunt arte pistoria, avesque comedere ex eo. Joseph ait: Duo canistra plena panibus, tertium habebat obsonio varius quoque cibis, qualia solent regibus ministrari. Sive hec tria canistra dicuntur panum sordidorum et politiorum, et in superiori erant secundum alios cene panes, pro minutis de quibus edat Pharao. Et ait Joseph: Mallem me esse interpretem bonorum. Tres adhuc sunt dies, post quos Pharao suspendet te in cruce, et comedent aves carnes tuas. Exinde dies tertius natalicius Pharaonis erat, et inter epulas recordatus pincerne, restituit eum, pistorem vero suspendit. Oblitusque est pincerna interpretis sui. **De sublimatione Joseph per expositionem somnii Pharaonis. xli.**

Post duos annos vidit Pharao somnium. Putabat se stare super flumen de quo ascendebant septem boves crasse obesis carnibus et plenis, id est obesitu educatis, et post alie septem emergebant de flumine, summa confecte macie, et devorabant priores. Expergefactus Pharao rursum obdormivit et vidit alterum somnium: septem spice plene pullulabant in culmo uno, alieque totidem tenues et percusse uredine, et devorabant priores. Territus Pharao convocavit omnes coniectores et sapientes Egypti, nec erat qui interpretaretur. Et recordatus est pincerna interpretis sui, scilicet Joseph, et eius suggestione adiecit rex impium eductum de carcere, tonderique vinctum et induere vestibus mutatis oblatus est regi. Rexque apprehensa manu eius dextera, ait: Vidi somnia, nec invenio qui edisserat quid sint. Narravitque que viderat. Et ait Joseph: Somnium regis unum est, id est unius significationis. Que facturus est Deus ostendit Pharaoni. Ecce septem anni venient magne fertilitatis in universa terra Egypti, quos sequentur alii septem anni tante sterilitatis ut oblivioni detur cuncta rerum habundantia. Ad idem enim spectant boves agricole et spice, et somnii repetitio firmitatis est indicium. Quod autem iuxta flumen vidisti, hoc est quia fertilitas et sterilitas ex flumine manant oriens. Nunc ergo provideat rex virum qui quintam partem frugum per septem annos sterilitatis fertilitatis congreget in horrea regis ut servet ad usus futuram pro fame. Pharao miratus utrumque, et somnii solutionem et consilii discretionem in eo

seph dispensationem huius rei? misit ei dicens quod spiritu dei plenus esset. Ecce iam tamen insinuat quod spiritu dei prophetabat. Spiritu dei faciebat quod agebat. Secundo ibi: Non permanebit spiritus meus in hominibus istis. Tertio hic. Tulit et pharao anulum de manu sua et dedit in manu eius, et torquem auream collo eius circumposuit, et fecit eum secundum in regno suo. Ascendique currum regis ioseph clamante precone ut omnes coram eo genua flecterent, sicut coram rege. Hebrei tamen tradunt preconem non clamasse ad geniculationem, sed abrech, quod sonat pater tenerum. Abba enim pater, rech delicatus vel tenerum, quasi et sapientia pater et etate tener. Et ait rex ad ioseph: Ego sum pharao. Iuramentum est, quasi sensus: Sicut verum est me esse pharaonem, sic verum est quod dico. Absque tuo imperio non movebit quispiam. Hic sine nutu tuo neque publicis fungetur officiis. Et vocavit eum lingua egyptiaca phanethpaneth, id est salvatorem mundi, quod greco potphaneer dicitur. Hebraice sonat absconditorum revelatorem. Et dedit ei uxorem aseneth filiam putifar domini sui virginem. XXX annorum erat ioseph quando stetit coram pharaone.

Hebrei tradunt ioseph de minimo alienigene duxisse, post flagellum duxisse dinam filiam iacob. Ergo suscepisse filiam dicuntur et phutifare natam aseneth.

Natique sunt ei duo filii priusquam veniret fames. Vocavitque filium primogenitum manassem, quod est oblivio, dicens: Oblivisci me fecit deus laborum meorum et domus patris mei. Secundum vocavit effraim, quod est fructificatio, dicens: Crescere me fecit deus in terra paupertatis mee. De ingressu fratrum ioseph sine beniamin. xc.

Ioseph collegit frumentum vii annis, quibus transactis venerunt inopie anni, et clamavit populus ad pharaonem alimenta petens. Quibus ille respondit: Ite ad ioseph. Aperuitque ioseph horrea et vendidit egyptiis. Alie enim provincie veniebant in egyptum ut emerent escas. Audiens autem iacob quod essent vendentes in egypto, misit illuc x filios suos, beniamin domi retento. Qui ingressi terram egypti venerunt ad ioseph et non cognoverunt eum. Quos cum adorassent et cognovisset eos, durius loquebatur eis dicens: Unde venistis? Qui dixerunt: De terra chanaan ad emendum escas. Et ille: Exploratores estis, ut videatis infirmiora terre venistis. Et illi: Non est ita, domine, sed servi tui omnes sumus filii viri unius, minimus

cum patre nostro est, alius non superest. Qui ait: Hoc est quod locutus sum, exploratores estis. Impossibile est enim virum ydiotem tales filios habere, cum regibus talium filiorum copia valde sit difficilis. Per salutem pharaonis non egrediemini hinc donec veniat frater vester minimus. Mittite unum ex vobis qui adducat eum. Timebat enim ne forsitan et illum aliquid deliquissent. Tradiditque eos custodie tribus diebus. Tercio autem die eduxit et retinens symeon ligatumque illis presentibus alios abire permisit. Qui conquerebantur ad invicem: Merito hec patimur quia peccavimus in fratrem nostrum, nescientes quod eos intelligeret ioseph, quia per interpretem loquebatur eis. Iussitque ioseph ministros suos ut implerent saccos eorum et reponerent singulorum pecunias in saccis, datis super cibariis in via. De reditu eorum ad patrem.

Theodotas dicebat hebreos quod non poterant deum suum demonstrare ad oculum sic deus

Gen. xliiii

Et illi profecti sunt veneruntque ad patrem suum in terra chanaan et dixerunt ei omnia que acciderant eis. Cumque frumenta effunderent singuli invenerunt in ore saccorum ligatas pecunias. Territisque omnibus dixit pater: Absque liberis fecistis me. Ioseph non est super, symeon tenetur vinctus, beniamin auferetis. In me hec mala omnia devenerunt. Et ait ruben: Trade eum in manu mea, duos filios meos interfice nisi restituero eum tibi. At ille: Non descendet filius meus vobiscum. Interim consumptis cibis fames eos premebat. Et dixit iacob ad filios: Revertimini in egyptum ut ematis parvillum escarum. Et ait iudas: Si vis ipsum mittere nobiscum ibimus, alioquin non ibimus. Ego suscipio puerum, de manu mea require eum. Nisi reduxero illum ero reus peccati in te omni tempore. Et ait israel: Si sic necesse est quod vultis facite. Sumite de optimis terre nostre modicum resine et mellis et storacis et stactes et terebinti et amigdalarum, et offerte viro munera. Pecuniamque quam retulistis reportate, et aliam ad emendos alios. Deus autem faciat vobis virum placabilem et remittat vobiscum fratrem. Resina dicitur gutta gummi hadun vel ardun a verbo syri gado quod est emanare. Precipuior est resina terebintina que a terebinto manat, quod forte exponendo subdit et terebinti. Secunda est

lentiscina, que venit de chios insula. Tere-
binthina, forte balsamum sic vocatur. Josephus in
nominum unguenta balsami posuit, et
resinam tacuit. Storacem quidam speciem resine
dicunt. In hebreo est nechota, quod sonat generaliter
thymiama, et in ysaia pro domo nec-
hota, quidam dicunt transtulerunt domum thymia-
matis, quidam domum storacis. De ingressu
iterum filiorum Jacob in Egypto. xliii.
Descenderunt in Egyptum et steterunt coram Joseph,
qui precepit dispensatori suo ut introduceret
eos, pararetque prandium, quia secum erant com-
mesturi. Illi timentes se introductos propter pecuniam
quam retulerant, dicebant dispensatori se eam
detulisse, et eis nescientibus repositam fu-
isse in sacculis. Qui ait: Pax vobiscum. Deus
vester dedit vobis eam. Pecuniam quam dedistis
michi ego habeo. Eduxitque ad eos Symeon. Pre-
parabantque munera donec ingrederetur ad eos Joseph
meridie. Qui ingresso obtulerunt munera et
adoraverunt terram. Et accepto quod salvus esset
pater, videns quoque Beniamin commota sunt viscera
eius, et ingressus cubiculum flevit. Lotaque fa-
cie egressus continuit se et ait: Ponite
panes. Sedit autem Joseph seorsum tamquam
alienigena, et Egyptii seorsum tamquam indige-
ne, et fratres seorsum tamquam advene. Prophanum
enim putabant Egyptii edere cum Hebreis, forte
propter diversum cultum. Disposuitque Joseph fratres
per ordinem etatis eorum, sicut in domo patris sedere
consueverant, dantisque partibus mirabantur quod por-
tio Beniamin quinque partibus excederet. Josephus
dicit: Beniamin duplicibus partibus honorabat,
utrique autem stare pater. Si quinque fuerint
ciborum impositiones, et decimas duplum dedit.
Biberuntque et inebriati sunt cum eo, id est saciati
cibo secundum ydioma hebreum. Precepitque Joseph
dispensatori suo ut impleret saccos et pe-
cunias eorum reponeret ut prius, et cyphum
suum argenteum in sacco minoris reponeret.
Fecitque ita. Ortoque mane dimissi sunt.
Tunc dispensator iubente Joseph insecutus
est eos, et apprehensis ait: Pessimam rem fe-
cistis. Ciphum furati estis in quo bibit
dominus meus, et in quo augurari solet. At illi
dixerunt: apud quemcumque inventum fuerit, ille
moriatur. Et nos simus servi domini tui.
Ille scrutatus incipiens a maiore usque ad
minorem invenit ciphum in sacco Beniamin.
Illi autem redierunt ad Joseph. Quibus ait:

An ignoratis quod non sit similis mei in augurandi
scientia? Forte ioco dictum est, vel est inputandum. Iu-
das autem plurimum supplicabat ut ipsum pro eo
pro puero servum retineret, quia eum ipsius vice
patri fide spoponderat. Quod Joseph indicavit se
Non poterat fratribus. xlv.
ultra se Joseph cohibere, et eiectis ali-
is foras, cum fletu clamavit, ita ut
quod exierant audierint. Ego sum Joseph,
nolite pavere. Pro salute vestra misit me Dominus
ante vos. Biennium fames iam transiit. Adhuc
quinque anni restant quibus non arari poterit
nec meti, quod ex nimia inundatione fluvii
credo accidisse. Et addidit: Festinate et
nunciate patri meo gloriam meam. Adducite
eum ad me, et pascam vos et pecora vestra. Nemo
remanebit, et habitabitis mecum in Gessen. En
oculi vestri vident quod os meum loquitur, id est verum
esse quod loquor. Osculatur Joseph omnes fratres
suos, flevitque super singulos. Auditumque est
ubique in aula regis. Gavisusque Pharao
dixit ad Joseph: Dic fratribus tuis: Tollite
plaustra de Egypto ad subvectionem coniugum
et parvulorum. Omnia vestra adducite vobiscum.
Dabo vobis omnia bona Egypti, medullam
terre comedetis. Feceruntque ita. Deditque Jo-
seph singulis binas stolas. Stola dicitur a te-
lon, quod est longum, id est talaris. Beniamin vero ccc
argenteos et v stolas optimas. Totidemque
misit patri asinos, et decem qui subveherent
ex omnibus bonis Egypti, et [illegible] al-
le [illegible]. Qui cum venissent ad patrem
dixerunt: Joseph vivit et dominatur in Egypto.
Jacob quasi de gravi sompno evigilans non
credidit eis. Cumque vidisset universa que
miserat, ait: Sufficit michi si filius meus vivit.
Quasi de pena vel gloria non multum curo, sufficit.
Vadam et videbo eum priusquam moriar. De de-
scensu Israel in Egyptum. xlvi.
Sicut profectus Israel cum omnibus que habebat venit
ad puteum iuramenti, et mactatis victi-
mis Deo audivit Deum per visionem noctis di-
centem sibi: Noli timere, descende in Egyptum,
faciamque te in gentem magnam, et inde redu-
cam te. Joseph quoque ponet manum super oculos
tuos. Surgens autem de puteo iuramenti venit in
Egyptum cum omni semine suo. Dicto autem quod
ingressi sunt cum eo et egressi de femore eius,
non quod tunc sint eductie, sed apte potuit dici
fuerunt, quia xlvi. Preter ipsum et Joseph cum duobus

filius qui erat in egypto fuerunt eius simul lxx
Tamen lxx translatores lxxv et lucas similiter
in actibus apostolorum. Sed per preoccupacionem dictum est
hoc. Assit enim numeratos cum v filiis filiorum ioseph
quia illi duo fratres erant in duabus tribubus. Lucas quoque
eadem scribens qui erat apostolus gentibus non fuit
ausus mutare ubi lxx qui eorum auctoritate ingre
bat gentes. Ipsius adherat eis ignotus
lxx et lxx indeuterononomio transtulit quod
israel ingressus est cum animabus lxx. Quo in hiis nomi
natur hec et onam filios iude qui tunc mortui sunt
in terra chanaan forte in loco defunctorum nomi
nantur quia inmalle iacob fuit et ille mentiens
vel more scripture summam uni posuit quam ius pa
rum desit. Et nota si dynam numeraveris lxx sunt.
Pertinent ad iacob filie et lye xxxiii. filii et zelphe
xvi. filii bale vii. Et nota quod ioseph cum
non dicitur habuisse nisi duos restat ut beniamin
habuerit x. Sed in libris non leguntur nisi nouem forte
in alio scriptorum duo nomina scripta sunt pro uno. Vnde
magister hugo de sancto victore. Ashel tamen in
asa et belum diuisit. Sed non videtur posse stare
quia tenuis cum familie tribuum numerantur in ma
dianitis legimus sic ashel ac familia ashelitarum
sed in hebraica veritate inter memphim duo
sunt nomina que apud nos in vicio se iuncta sunt. Quia
forte ioseph pro ashel posuit ashela ideo sic
diuisit. Quomodo ioseph occurrit patri et introduxit eum ad regem.

Premisit autem iacob pre
iudam ad ioseph ut occurreret ei. Qui iuncto
curru occurrit ei in gessen. Alii dicunt in
urbe hebron in terra ramasse que tunc gessen vo
cabatur. Post thebais dicta est a thebei quia
legionem fecit beati mauricii. Alie sunt the
be vii et thebani prima cum reges fuerunt
extra dicta est urbs eorum heroum. quia heroes egyp
tii debebant custodiam in finibus terre illius. Postea
edificaverunt hebrei generalibus egypciis urbem
tabernaculorum que dicta est ramasse. Post pagus
arsenoites dictus est quod sonat sine seruitute. Sic
dicta quia sine discrecione ut quis seruus cepit imperare
egypto. Dixit ergo ioseph ad omnem do
mum patris sui. Ibo et nunciabo pharaoni
venisse vos et uiros esse pastores. Cumque dixit
vobis quod est opus vestrum dicentes pastores sumus
nos et patres nostri. Hoc dicetis ut habitetis se
orsum ab egypciis in optima terra gessen. Quia
detestantur egypcii omnes pastores ouium
quia eos comedunt et colunt ut Amone. In
gressus ergo ioseph ad regem ex minoribus fratrum

suorum id est simplicioribus v viros statuit coram re
ge. Qui cum dixissent se pastores ouium
addiderunt. Nos ubi in terra chanaan
petimus ergo ut iubeas nos fieri tuos esse
in terra iessen. Nec enim serui uolumus sed
communem habere patriam per uideas. Si queratur
quomodo egyptus tempore inopie habundabat in pa
scuis dicemus. Quia egyptus pre natura aliarum
regionum cum habundat ~~fructibus~~ frugibus
sterilis est in pascuis et econtrario. Dum vero enim moret
fluminis super terram tempore colendi impeditur et
sicca extinguntur pascua. Aut vincit. Post
hec introduxit ioseph patrem suum ad regem bene
dixitque ei. Interrogatusque a rege de diebus annorum
suorum ait. Dies peregrinacionis vite mee cxxx
annorum sunt. parui et mali. nec peruenerunt
usque ad dies patrum meorum. Peregrinacionis
dixit quia sancti vitam hanc pro incolatu
habent. Mali dixit quia sancti ~~vitam hanc~~
sapientes accusatores sunt sui. Vel aut dixit
paruum conparatione seculi nec peruenit et cetera. Ded
it ioseph possessionem fratribus suis in optimo terre so
lo ramasse. Ut tamen iosephus. Concessit ei pha
rao ut in metropoli tanta urbe habitarent. Illi
enim pascua pastores eius fuerant. Sed et grauiter
esse egypcius seperari a se pastores et nichil
eorum esse illis dedisse. Forte ad circuitum eliopo
leos spectabat terra iessen. De emcione
v partis et frugum institutio

Invaluit fames in egypto. Cumque
defecisset precium emptoribus sustentauit eos
ioseph illo anno pro commutacione pecorum. Se
quenti anno cum iterum fame perirent emit omnem
terram egypti ioseph preter eius et redegit eam
seruitutem pharaonis preter terram sacerdotalem
quam dederant eis reges quibus statuta ciba
ria ex horreis publicis dabantur et ideo non
sunt compulsi vendere possessiones suas. Cunctis
finibus terre siluitatis ait ioseph ad populos. En uos et
pecora vestra et terram in manu est pharaonis. Ecce
reddam uobis terram et pecora et dabo uobis semina
et coletis terram regi. Quintam partem dabitis
regi. iiii. partes reliquas permitto uobis in semen
et cibos. Qui dixerunt. Salus nostra in manu tua
est. Ex tunc usque nunc quinta pars soluitur regibus
egypti a semine. id est in legem. De iuramen
to quod fecit ioseph patri

Habitauit ergo israel in terra egypti. Auc
tusque est nimis et uixit in ea xvii annis
factique sunt dies sui cxlvii annorum. Cumque

videret diem obitus sui imminere vocavit Ioseph
et dixit ad eum ut poneret manum suam sub femore
suo et iuraret quod sepelliret eum in sepulcro ma-
iorum suorum quod Abraham emerat. Et interserendo dixit
ei mortua fuerat Rachel, quasi se excusans quare non
sepellierit eam ubi ipse volebat sepeliri. Cura-
vit sanctus sepeliri in terra in qua sciebat Christum resur-
recturum, ut cum eo resurgerent. Distat autem Ab-
rahamium a Calvaria fere xxx milibus. Cumque
iurasset Ioseph conversus est Israel ad lectuli caput
quod erat ad orientem et adoravit eum. Quidam
codices habent: adoravit super caput virge eius,
id est capite virge sue, et utrumque stare potest. Potuit
senex habere virgam ut in hac etate fieri solet, et
innixus super eam adoravit, vel sceptrum quod Ioseph
gerebat suscepit dum iurasset. Cumque iu-
rasset innixus super extremum non dum reddite virge
adoravit Deum. Non autem credendum est dicentibus
quod adoravit sceptrum Ioseph. **De benedic-
tionibus Effraim et Manasse. xlviii.**

Iterum nunciatum est Ioseph quod egrotaret pater
eius. Assumptisque duobus filiis suis perrexit illuc.
Audiens senex venisse filium confortatus est et sedit
in lecto. Videns quoque cum Ioseph duos filios ait: Qui
sunt isti? Clare enim videre non poterat. Et ait Ioseph:
Isti sunt filii mei quos dedit mihi Deus in hoc loco. Et ait
Iacob: Isti duo erunt mei sicut Ruben et Syme-
on, dabuntur mihi, id est quisque tribum faciet. Reliquos quos
genueris nomine fratrum suorum vocabuntur in possessionibus
suis. Applicavit autem Ioseph Manasse ad dexteram
patris et Effraym ad sinistram adorans et petens
benedici eis. Iacob vero mistice cancellavit ma-
nus, minori dexteram superponens. Quod graviter
accepit Ioseph et ait: Non ita convenit pater,
alter enim primogenitus est. Et ille: Scio fili mi scio.
Et ille quidem erit in populos, sed minor maior e-
rit et semen eius crescet in gentes. Hoc impletum
est in Ieroboam qui primus imperavit x tribubus
et fuit Effraytes. Et ait ad Effraim: In
te benedicetur Israel et dicetur in populum: Faciat
te Deus sicut Effraim et Manasse. Et ait ad
ambos: Deus patrum meorum benedicat pueris
istis et invocetur nomen meum super eos et nomina
patrum meorum Abraham et Ysaac et crescant in
multitudinem super terram. Et ait ad Ioseph: Deus
reducet vos in terram vestram. Do tibi partem extra fratres
tuos Sichimam, quam tuli in gladio et arcu meo
de manu Amorrei. Sane emerat eam
c agnis a rege Emmor. Sed cum pro morte
Sichimitarum sibi auferri potestative eam

semper tenuit. **De benedictionibus xii patri-
archarum. xlix.**

Convocavit autem Iacob
filios suos et ait illis: Congregamini ut
annunciem vobis que futura sunt in diebus novis-
simis. Ad litteram de divisione terre et de statu
tribuum sub unoquoque futuro prophetavit, aptissime vero
de utroque Christi adventu. **De Ruben.**

Ruben primogenitus meus, fortitudo mea, id est
quem genui in etate robusta, et principium
doloris mei, id est sollicitudinis mee erga
meos filios. Unde alii habent capitulum liberis meis.
Prior in donis, maior imperio, supple esse debue-
ras. Effusus es sicut aqua. Non crescas quia ascen-
disti cubile patris tui. Ac si diceret: Lege primo-
geniture honor et principatus debebatur et duplica-
tas in possessione, sed sufficiat tibi pro crimine tuo
parem esse ceteris. Non ei super excresces sicut
aqua bulliens super egreditur vel sicut fluvius in-
undans.

De Symeon et Levi.

Symeon et Levi vasa iniquitatis quia
in furore suo occiderunt viros, id est
Sichimitas, et suffoderunt murum
in voluptate sua. Hic apparet quia et voluntate
ipsius factum fuit istud. Alii habent subnervaverunt
taurum, quod quidam de filio regis qui rapuit
Dinam intelligunt. Quidam de Christo, quidam de-
tauris ipsius per silempsim dictum putant. In con-
silio eorum non veniat anima mea. Hoc plane de Christo.
De Symeon enim scribe, de Levi sacerdotes qui
consilio Christi occasi sunt. Dividam eos in Iacob et di-
spergam in Israel. Ad litteram Levi sortem non habu-
erunt, sed admixti aliis viculos habuerunt ad ale-
nda pecora. Symeon similiter quia modicam erat
sortem non habuit, sed recepit in sorte Iude.

Loquitur de Iuda ubi **De Iuda.**
prophetat de regno futuro in Iuda et plane
de Christo. Iuda te laudabunt fratres tui.
Hoc factum est quando aliis hesitantibus primus post Moy-
sen intravit mare rubrum et regnum promeruit.
Manus tua in cervicibus inimicorum tuorum
et adorabunt te filii patris tui. Hic notat
regem futurum. Catulus leonis Iudas. Hic de
capite regni David, qui minimus fratrum electus est in
regem. Ad predam fili ascendisti, quia primo David
plurimos hostes huius regis subiecit. Accubuisti
ut leo et quasi leena, postea in pace regnavit
et magis timebatur. Quis suscitabit eum ad prophe-
tiam? Ipse solus qui duxit eum. Modo vel de successio-
ne Salomonis dicit: Non auferetur sceptrum,
id est rex de Iuda et dux de femore eius donec veniat

·i· victe libidine

qui mittendus est a principio sive · usque ad transmigracionem
babilonis fuerunt reges de iuda. Deinde duces usque
ad hyrcanum et isti fuerunt reges. Cuius tempore x̄
defecit uterque et regnavit herodes alienigena et
tunc venit expectacio gentium · scilicet · expectacio non
solum iudeorum sed et gentium. Tangit etiam symone
ad filium iuda de illo christo mittendo sic. O fili mi
ille erit ligans ad vineam pullum suum et ad vitem
asinam suam · id est · gentiles et iudeorum populus quibus utrisque
associabit. Lavabit in vino stolam suam · id est · sanguine
tunicam · pallium suum · id est · carnem suam sanguine passio
nis dealbabit · pulchriores oculi eius vino · id est · apostoli et
dentes eius · id est · predicatores lacte candidiores. He
breus ita de iuda sic. Non auferetur sceptrum de
iuda · id est · quedam dominacio · quia · primus intravit ma
re rubrum · primus obtulit sed tabernaculo et hi
... venit quod mittendus · hebron ... venit
sylo · usque ad saulem ... in sylo · et redit
ad iudam qui eripuit ioseph de manibus fratrum suorum
erit expectacio gentium · id est · tributum · unde dicit
Iudas ascendet pro nobis ... ligans ad vineam
pullum · id est · ad ... · id est · tanta erit ei copia vini
quod in ... honorabilis ... et oblitus rubicundos
... oculos · quod sic apparet in ... bibendum
Incandore dentium copia ovium et lactis ...
... quod lac comestum apparet in dentibus

Zabulon in litore. De zabulon
maris habitabit et in statione navium
pertingens usque ad sydonem · ad ... ma
ritimam possidet. De ysachar

Ysachar asinus fortis vel ossuus · id est ·
... agricola accubans inter terminos ... me
di terraneam possedit ... maritima
et montes et vidit requiem quod esset bona · id est · terram
fecundam · unde sequitur · et terram quod esset optima et
supposuit humerum suum ad portandum · quia · inve
hendis ... ad mare quod in finibus suis ha
bitabat laboravit · factus est tributis serviens · id est ·
navibus ... tributa. Hoc hebrei meta
phorice exponunt dicentes quod nocte et die
studendo laboravit · et ideo omnes tribus ei fuerunt
quasi magistro dona ferentes. De dan

Dan iudicabit populum suum sicut et alia
tribus in israel. Fiat dan coluber in via
cerastes in semita mordens ungu
las equi ut cadat ascensor eius retro. Hoc in
samsone completum est · quod. Licet dan sit mi
nima tribus de ea surget iudex in israel · sic
et de aliis quod ad modum colubri viam obsidebit
ne liceat hostibus vagari per iudeam depo

pulando et percuciendo et superbiam philistiim retro
cedere faciet. Sed ... tamen sic non dicam cum
christo · unde subdit · tamen ... salutare tuum expecta
bo domine · expone · et hoc de antichristo · quod futu
rum de dan asserunt · quia et sicut mortem pestifere
predicacionis et cornu potestatis armabit. Multos
... quod ascendant ad culmen ... deiciet retro
et tunc veniet salvator ad iudicium expectatus
Alii referunt hoc ad iudam quem equum id est carnem · scilicet ·
et ascensorem eius · id est · animam morsu predicacionis deiciet
in morte tamen salvator expectatus resurget
sed iudas credit fuisse de ysachar

Gad accinctus preliabitur ante eum. De gad
... et ipse accingetur retror
sum. Gad cum ruben et dimidia tribu
manasse relictis uxoribus et liberis ultra iordanem
in finibus suis armati precedebant israel in terra pro
missionis. Sed post xiiii annos primus reverter
tes ... adversus filios israhel
... et forte dimicans hostes ...

Aser pinguis panis eius et prebe... De aser
bit delicias regibus · ferax enim fuit
huius possessio et deliciis affluens
cyprus ... eius. De neptalim

Neptalim cervus emissus et dans eloquia pulchritudinis
per velocitatem ... signat velocita
tem ubicumque quod ... fructus ...
Alii habent neptalim ager irriguus quod sup
lacum genesareth et iordane irrigatur ...
... ibi sunt · Commendacionem vero eloq
... quod in finibus eius refert
quod cum ... involverunt vel quia de primis
eius frugibus offerebat in pascha · unde fiebat
laus deo quod est eloquium pulchritudinis. Tamen ad christum
et ad apostolos ... refert · quia in ... docuit

Filius accrescens · De ioseph
ioseph · filius accrescens virtute · sive et
dignitate · per duas ... filie
discurrerunt per murum. Hic notatur quod io
seph transeunte per egyptum mulieres ... asce
debant in muros ut viderent eius pulchritudinem
... eum et invidia fuit. Quamvide
... illi habentes iacula. Hec de fratribus
eius · vel de viris egyptiis · sed iacula in ... invidie
armati sunt contra eum · sedit in fortitudine arcus
eius · id est · in deo et ideo dissoluta sunt vincula brachi
orum et manuum eius per manum potentis iacob
· id est · dei · quod est · potencia iacob solvit vincula qui
bus ligaverunt eum fratres · inde pastor egres
sus est lapis israel · quia de eo ieroboam · qui

forte rexit israel, id est x tribus, vel pastor, id est familie
patris in egypto. Hebreus habet veri. Inde pastor et
lapidem israel. Pro minabatur est benedixit ei sic. Deus
patris tui erit adiutor tuus, omnipotens benedicet tibi
benedictionibus celi desuper, abyssi iacentis deorsum,
benedictionibus uberum et vulve. Ordo confusus, quia pro
conceptione et nutritione ponit. Competit ei rore ce-
li, fertilitate terre, ubertate lactis, fecunditatem
pecorum. Benedictiones patris tui confortate sunt
benedictionibus patrum eius, donec veniret desiderium collium
eternorum. Hic ad litteram hoc expositum, forte sic in-
telligitur. Leges tunius. Inclinati sunt scopuli Ar-
non, id est gestierunt, secundum illud: Et montes ex-
ultaverunt sicut arietes et colles sicut agni ovium. Et hic dicit
desiderium collium eternorum. Hec tamen ad id spectant:
Alibi dicuntur colles tragragoni eterni. Dicunt
enim fuisse colles agrimos et fareos
et Iordanem sed eterni et iiii. habebant tetramnia
vii et tetragoni dicti sunt. Sed alii pro inclinati
sunt eorum Israel ut facile transiret, et quasi applausit
eorum adventui. Et forte dimidia tribus Manasse
citra montes illos sortem habuit, et sensus: Sic bene-
dicet Ioseph donec per colles exultantes intra-
verit terram promissam, et ultra quam donec inclusum est.
Vel forte prophetavit de monte Effraym et de monte
Samarie, in quibus regnavit Israel. Vel de monti-
bus Medorum et Persarum, ultra quos exulat adhuc
Effraym et Manasses. Et letatur terra de Ierico
hostium, et tunc donec exclusum est. Tunc ... tamen
tantum glia(?) israel. Ex hebreo habetur sic. Hic sensus:
Donec iungantur colles eterni celo, et sensus:
Benedictus sit Ioseph usque more loquendi. Sic
enim solet dici: Donec celum et terra conveniant.
Et hee omnes benedictiones fiant in capite Io-
seph, et in vertice nazarei, id est sancti, inter fratres su-
os. De Beniamin

Beniamin lupus rapax mane comedet
predam et vespere dividet spolia. Qui-
dam referunt hoc ad ultimum qui fuit in
sorte beniamin, qui dictus est lupus rapax, quia sangui-
nem prophetarum et Christi fudit. Et in mane egressio-
nis de egypto predam, id est legem quam exortam adeo
accepit et adhuc eam comedit. Sed in vespere mun-
di dividet spolia, spiritu vivificante a littera
occidente. Hebrei ad altare quod fuit in ultima
regione(?) qui dicitur lupus rapax propter ignes notat ... in
quo mane ponebant sacerdotes victimas
adolendas. Vespere vero inter se partes sibi que de
sacrificiis eos contingebant dividebant. Sed
vere de paulo intelligitur qui fuit de beniamin

quia primo fideles persequebatur, postea fidelis eloquia
dei et ordines ecclesie dispensavit. Vel quia fuit
hec tribus multum bellicosa. Et benedixit singulis
propriis benedictionibus: non quod singulis bona dixit,
sed quibus bonum et prophetice dixit. Vel quia magis pre-
benedixit eis. De morte iacob et translatione

Hec loquutus iacob collegit in ebron
pedes suos super lectulum et abiit ex-
positus ad populum suum, id est ad angelos
eius expectantem requiem. Nota quod dicitur appositus
ad abraham et ysaac, sed tamen patrem propter dicitur
ei non posuit. Ioseph precepit medicis ut con-
direnter cum aromatibus, et custodierunt eum egyptii
cum xl diebus. Mos enim erat hebreorum condi-
ta servare corpora ix diebus, et singulis diebus
plangere et fovere eum aqua calida, ut sciret
utrum anima egressa an sopita foret. Condi-
ta vero xl diebus servabant. Hebreis mos erat
condita servare diebus vii, addita xxx diebus
eos plangere, id est speciales missas sub uno tot die-
bus propter celebrant. Quidam tamen diem
maiorem celebrant pro spiritu anima et corpore,
alii septimanam, quia tunc mortuus ad sep-
timanam quietis. Vel propter septenarium dierum et corporis
significavit. Ante Ioseph pharaonem precepit
cessores quos iuraverat patri de sepultura, et
accepta licentia a pharaone comitatus
fratribus suis et multis senibus egypti detulit pa-
trem ad sepeliendum in ebron, sed timores bel-
la devinuerunt. Arrecto itinere venerunt
quasi ad aream Adad ultra fretum propter murmuratorem
dominum divino igne consumptum, et planxe-
runt ibi vii diebus, et ob hoc indigene dixe-
runt locum illum planctum egypti. Tandem
redeuntes ad viam transito iordane sepel-
ierunt eum in spelunca duplici. Rediitque
Ioseph in egyptum cum fratribus suis et universo
comitatu. De morte ioseph

Timentes vero fratres eius ne mortuo pre-
memor fieret iniurie eorum, dixerunt
ei: Pater tuus adhuc vivens mandavit
ut hec tibi verba dicerem: Obsecro obliviscaris
sceleris fratrum tuorum. Nos quoque oramus ut per-
tuo dimittas iniquitatem hanc et adorave-
runt pronii in terram. Flevitque Ioseph et ait:
Nolite timere et consolatus est eos. Vixitque c et
x annis, et vidit filios effraym usque ad
tertiam generationem. Et de Machir filio Manasse
nati sunt filii in genibus Ioseph, aitque fratribus
suis: Deus adhuc visitabit nos et reducet

Sunt qui dicunt vero quod in tempore iacob
diebus xxx et iterum sub ambo-
bus custodia transierunt dies flevisse
fideles ut quia mortuos sunt
fide et vivere credimus aut(?)

ad terram quam iuravit patribus nostris. Asportate
ossa mea vobiscum. Cumque ad [illegible] esset suppletus
mortuus est, et conditus aromatibus repositus
est in quodam loco in Egypto in theca moturus donec
egressi sunt filii Israel de Egypto. Alii fratres
Ioseph, quisque in obitu suo deferebantur et sepe-
liebantur in Hebron, et postea translati sunt in Sichem.

Hystoria. **Hystoria Exodi**

Hystoria sequitur Exodi, non alia quidem
sed eadem continuata. Sed propter
fastidium tollendum in quinque particio-
nes distincta est, quarum quaelibet
proprium libri vocabulum sortita est. Et haec quinque
distincte sunt ab Hebreis propter [illegible] thomos
quatuor [illegible] processerunt in genesi. Hic autem
secundus particio grece dicitur Exodus, latine exitus.
Odos enim grece, latine via dicitur. Agitur enim de
exitu Israel de Egypto. Hebraice dicitur Hesle-
moth, a principio libri, et sonat: Haec sunt nomina,
sicut nos a principiis suis psalmos nominamus.

De servitute filiorum Israel

Surrexit enim rex novus in Egypto
longo tempore post mortem Ioseph, ab
illo enim sub quo fuit, qui proprio nomine Nephi-
res dicebatur, octavus regnavit Amenophis,
sub quo natus est Moyses. Regno autem translato
ad aliam domum, rex ille quasi novus ignora-
vit beneficia Ioseph quae contulerat Egypto, et
odiebat Israel magis, ut ait Iosephus, quia
invidentes eis Egypcii pro virtute ingenii et la-
boris industriam et affluenciam opum et sobo-
lis nobilitate. Et ait rex ad populum suum: Populus
Israel fere fortior est nobis. Sapienter opprimamus
eum, ne multiplicatus, vel ipse contra nos insur-
gat, vel addat hostibus nostris et egrediatur. Et
imposuit eis magistros angariarum operum, quibus
fratres non facerent amplius, et magistros oper-
um precepit eis Hebreos, sed magistros operum pre-
fecit Egypcios, ut durius affligerent eos. Coxe-
runt ei lateres, ex quibus edificaverunt regi civi-
tates tabernaculorum, Phyton et Ramesen.
Civitates quidem prius erant, sed non erant
tabernaculorum. Erant quidem in finibus Egyp-
ti, et eas muravit Pharao, ut ibi poneret
armatos, qui in tabernaculis semper excubantes
ne quis posset ingredi vel egredi sine nutu
regis. Vel tabernaculorum, id est, thesaurorum prius. Et ope-
ra illarum illos contraxit, vel ut alia littera habet, po-
sitionum, ubi scilicet fructus reponerent. Aliud est opus
non tam grave quam servile imposuit eis, ut

lutum platearum et sordes vicorum in cophinis ex-
portarent. De quo legitur: Manus eius in cophino servi-
erunt. Terram et addidit opus post Iosephum, ut fluvium
per multas diruationes divideret et eius alveo
civitatem fossatis, ne eas inundare fluvius
valeret. Et cccc annos in huiusmodi miseriis
expenderunt, id est, ccc. A promissione **Incidencia**
impleverunt. Quanto facta Abrahe de Ysaac usque
magis autem opprime- ad exitum Israel de Egypto
bant tanto magis fluxerunt cccc anni.
deo auctore multiplicabantur. **De in-**

Quod videns **dole obstetricum vel dolo**
Pharao alium excogitavit dolum et
precepit obstetricibus Hebreorum Sepho-
re et Phue, que preerant multitudini obstetricum,
ut masculos Hebreorum obstetricando inficere-
rent et abortivum esse fetum mentirentur. Feminas autem
reservarent, tum quia fragilis sexus non esset in poten-
tia, et libidini Egypciorum deservirent. Tum
quia quidam sacrorum scriba regi predixerat eo tempore
nasciturum in Israel masculum, qui regnum Egyp-
ti humiliaret et virtute universos transcenderet.
Timuerunt vero obstetrices deum et servaverunt ma-
res. Quod cum a rege redarguerentur, mentite
sunt dicentes: Hebree scientiam obstetricandi
habent et prius quam veniamus ad eas pariunt. Et quia
timuerunt, edificavit illis deus domos, id est, locu-
pletavit eas, ut essent pauperes, vel fecundavit
eas ut essent steriles. Augustinus dicit obstetrices veniam
habere peccasse, id est, vivere vellet quam mori aliter.
Dicit enim quod merces benignitatis earum potuit
in eterna vita retribui, sed culpa mendacii
terrena compensacione dedicata est. **De**

Videns ergo **submersione parvulorum**
Pharao dolos suos non processisse aperte aggres-
sus est eos, precipiens ut quicquid masculini
sexus nasceretur in Israel in flumen proiceretur, et multi eo
tempore submersi perierunt. Propterea pro certo creditur deus
Egypcios tradidisse in hunc errorem, ut Apim
pro deo colerent. Erat autem Apis, ut ait Plinius,
quidam taurus et testatur se eum vidisse quidam tauri, qui eximia
pulchritudine egrediebatur de flumine, habens in humero
dextro signum candidum instar lune cornicu-
late. Ad quem cum staret, confluentes Egypcii omni
genere musicorum psallentes levabatur in aerem
et sic eos tamquam psallentes ferebatur, et ad motum
vel ad stacionem ipsorum ipsi incessanter movebant et sta-
bant, et eadem die evanescebat. Dicitur autem
quidam quod in festo Serapis animatum emergebat
unde et ipsum Serapim, id est, Seraphim, consecratum

autumnat aut vocatu. Alii tn p̄ reuerentia
senis appare dn̄o. Alii tn̄ tempe iusti sacer
tis elyopoleos. Iusti .n. ut q̄ diuinitus iu
stas iudicaret sacerdotu. p̄cium eb fluvi
nis puniuit de meritore fluuiis. **De**

Egressus ē p̄t. **eductione moysi**
h. uir leuitici noīe amram uel aramus
q̄ accepit uxorē p̄tbuleis noīe iochabeth
qui nolebat accedere ad uxorē p̄t edictum maledi
care libis q̄ in necē pereare. Qui deo p̄sopnii
astitit et ait. Iosephus dicens. Reuiuer uxorē cogno
sce. q̄ p̄ puer q̄ timebant egyptii nasciturus erat
exea. De sacerdo et aaron ei significauit. Que ta
dem concepit illis et peperit filiu suu sub silencio
eo q̄ nō multi ei dolores partus institerunt.
¶ Et uidens puerum elegantem abscondit eum tribus
mensibus. Cumq; celare nō posset sumpsit fiscellam
scirpeam i modum cista .i. sacci rotundi. uimine
oplexam et liniuit eā bitumine ac pice. et ponens
intus infantulum in carecto ripe eum exposuit ne im
petu fluminis raperetur stante procul sorore pueri
maria et expectante rei exitum eminus precepto
Ecce descendit termuth filia pharaonis ut lauaret
in flumine. Que uidens alueolum et afferri iubens
uidit puerulum uagientem et miserata ē eius dicens
De infantib; hebreorum h. Sic .n. deus eum ue
nustauerat ut et ab hostibus indigenis dignus
amatu haberetur. Et cum egyptiae mulieres admo
uissent ei ubera ad lactandum. Faciē auertebat et aut
matre. uis inquit adducam hebream que forte uber
gentis sue sequetur. Ex precepto termuth abi
ens matre pueri tamq; alienam adduxit et
accessit ad ubera eius puer. Suscepit eum iocha
beth a termuth alendum puerum et lactatum red
didit filie pharaonis. Que adoptauit eum in
filium et dixit ē moyses. Egyptii .n. moys
aquā io saluatum dicunt. Quē cum quadam die termuth
obtulisset pharaoni ut et ipse eum adoptaret. a
miratus rex pueri uenustate coronam quam for
te tunc gestabat capiti illius inposuit. Erat
autem in ea hamonis ymago fabrefacta. puer
aut coronam piecit in terram et fregit. Sacer
dos aut heliopoleos a latere regis surgens ex
clamauit. Hic ē puer quem nobis deus occidendum
monstrauit ut terreto timore careamus et uo
luit irruere in eum. Sed auxilio regis liberatus
ē et persuasione cuiusdam sapientis qui pignorationem
hoc ē factum a puero asseruit. Tenta ei iussit argumentum
cum prunas allatas puero obtulisset puer eas
ori suo apposuit et lingue sue simitatem

igne corripuit. Vnde et hebrei impedicionis
lingue eum fuisse autumant. Tante ii pulcri
tudinis fuit ut ait Iosephus. ut nullus adeo se
uerus esset q̄ eius aspectu nō adhereret. Multiq;
dum euntem eum per plateas sui occupaciones
suas in quibus studebant deserunt. **De uxo**

Factum ē aut **re moysi ethyopissa**
cum adultus esset moyses. ethyopes ua
stauerunt egyptum usq; ad mephim
et mare. Quo territi ad diuinatores egyptii ac
ceperunt iussum ut auxiliatorem tenerent hebreum. et uic
obtinuerunt. Ac termuth ut crederent que parauerant
rant. Moysen presentem ducem pus p̄stitas iuran
mus ne ei nocerent. Erat aut moyses uir bel
licosus et peritissimus q̄ flumine iter tamq; longius pre
mitteret et per terram duxit exercitum itinere breuiori
ut improuisos ethyopes preueniret. Sed pro terra ple
na serpentibus iter faciens tulit in archis papy
reis super plaustris ibices. ciconias .s. egyptias
nati. infestas serpentibus quorum cibo terra posteriora in
misso aluum purgant. Castra metatus prehi
barat eas ut serpentes fugaret et deuoraret et
ita tunc per nocte cum sibat exercitus. Tandem pue
ros ethyopes expugnans inclusit eos fugi
entes in saba regia ciuitate. quam post camby
ses a noīe sororis sue meroen denominauit. quam
cum q; inexpugnabilis erat diucius obsedisset
oculos suos iniecit in eum tharbis filia regis
ethyopum. et ex condicto tradidit ei ciuitatem si
duceret eam in uxorem. et ita factum ē. Inde ē q; ma
ria et aaron iurgati sunt aduersus moysen pro uxo
re eius ethyopissa. Dum aut redire uellet nō
acquieuit uxor. Propterea moyses tamquam uir peri
tus astrorum duas ymagines sculpsit in gemmis
huius efficacie ut altera memoriam et altera obliuio
nem conferret. Cumq; paribus anulis eas inseruisset
alterum .s. obliuionis anulum uxori prebuit. Alterum
ipse tulit. ut sicut pari amore sic paribus anulis
insignirentur. Cepit ergo mulier amoris uiri obli
uisci. et tandem libere in egyptum regressus ē. **De**

In diebus illis **fuga moysi et assiduitate ier**
egressus ē moyses ad fratres suos intra iessen
et uidit afflictionem eorum et percussum opis egyp
cium percucientem quendam de hebreis et secreto
percussum egyptium abscondit in sabulo. Et
egressus altero die uidit duos hebreos rixan
tes. et dum argueret eum q̄ faciebat iniuriam
uidit. Quis te constituit iudicem super nos.
Num me occidere uis sicut heri occidisti egyptium.
Mutuit ē moyses quasi palam factum ē uerbum

hoc et timuit. presertim cum audisset pharao
hoc et quereret eum occidere. qui fugiens per desertum
venit in terram madyan. et ciborum inopiam ut ait Jose-
phus virtute tolerancie superabat. et venit ad civitatem
madyan circa mare rubrum denominatam a madyan
filio abrahe de cethura. seditque iuxta puteum.
Erant autem sacerdoti madyan id est principi quem anti-
quitus sacerdotes dicebant .vii. filie. qui dicebatur
raguel. agnomine ietro. cognominatus et cyneus.
que venerant ut haurirent aquam gregibus suis. Offi-
cium enim gregum alendorum tunc erat mulierum
maxime in regione trogoditarum. supervenientes autem
pastores repulerunt eas. quas moyses prohibuit
ab iniuria virginum et adaquavit greges earum. que
maturius solito redeuntes requisite a patre rem ne-
gocii pro gratia retributione protulerunt. vocatus
quoque moyses intravit et iuravit quod habitaret cum
eo. et accepit uxorem filiam eius sephora.
que peperit ei gersom. quod sonat advena. quia in
exilio genuit eum. peperitque alium quem dixit he-
liezer id est deus mei adiutorium. Deditque ei socer
omnem substanciam gregum alendorum. in quibus omnis an-
tiquis barbaris erat possessio. De visione in rubo .iiii.

Tandem mortuus est rex
egypti et clamaverunt filii israel ad dominum
et recordatus est federis quod pepigerat
patribus eorum. Moyses autem pascebat greges
ovium in deserto. Cumque minasset gregem
ad interiora deserti venit ad montem dei synai. quem
in quadam parte sui dicunt oreb. et apparuit ei dominus
in flamma ignis in medio rubi. Ignis autem
in viriditate rubi depascebatur innoxius. Erat
autem mons ad pasturam egyptiis et hebreis habun-
dans. quia pastores illuc ascendere non poterant
tum quia mons excelsus erat tum quia opinio erat
deum habitare ibi. Dixit moyses. Vadam et
videbo visionem hanc magnam. Et vocavit
eum dominus de rubo et ait. Moyses moyses.
Qui respondit. Assum. Et dominus. Tolle calcia-
menta tua. locus enim in quo stas terra sancta est. Et ait.
Ego sum deus abraham. deus ysaac. deus iacob.
Vidi afflictionem populi mei in egypto et de-
scendi ut liberarem eum et educerem eum in terram
fluentem lacte et melle. ad loca chananei
ethei. amorrei. pherezei. evei et iebusei.
Nomina autem gentium vii. sed gergesei tacuit.
et vere illi tacent non inderit nomen. sed veni
mittam te ad pharaonem ut educas populum meum
de egypto. Et dixit moyses. Quis ego sum
ut eam ad pharaonem. Et dominus. Ego ero te-
cum. et hoc habebis Secundum hoc est ut ero tecum
signum quod miserim te et facies his signis. et hoc
scilicet cum eduxeris populum est signum facies et habe-
meum de egypto im- bis signum quod miserim te.
molabis deo super montem istum. quasi dicat. Tunc videbis
quod ego fuerim tecum et eduxerim te. Hebrei tamen
dicunt hoc fuisse quod miserim te. Et ait moy-
ses. Si dixerint filii israel. quis est iste qui misit
te. quod est nomen eius. quid dicam. Ego sum qui sum.
Qui vocatur quod sum. Et dices eis. Qui est mi-
sit me ad vos. Dices eis. Deus abra-
ham deus ysaac deus iacob misit me ad vos.
Hoc nomen mihi est in eternum. Josephus dicit. Dixit ei
suam appellationem quam homines prius non audierant.
Et nunc fas est dicere. Vade congrega seniores
israel et dices eis. quia apparui tibi in rubo. et mi-
si te ad liberandum eos. et ingredieris tecum
ad regem egypti et dices ad eum. Deus hebre-
orum vocavit nos. Ibimus viam trium dierum in so-
litudine ut immolemus deo nostro. Scio tamen quod
non dimittet vos nisi per manum validam. et percuciam
egyptum in mirabilibus meis. nec exhibitis vacui.
sed postulabitis ab egyptiis et a contubernalibus
vestris vasa [illegible] et vestes et spoliabi-
tis. Dicunt hebrei postulasse ut dono da-
retur. sed verius est quod mutuo. Creduntur autem preter
ceptum domini. De signis datis moysi .v.

Et ait moyses. Non credent
mihi. Cui dominus. Quid est quod tenes in manu
tua. Qui respondit. Virgam. Et ait dominus. Pro-
ice eam in terram. et proiecit. et versa est in colubrum.
Et expavit moyses ita ut fugeret. Et dixit
dominus. Caudam eius apprehende. Et cum tenuisset
versa est in virgam. In hebreo non coluber sed serpens
est. Et ait. Hoc signum facies ut credant tibi.
et credideris. Mitte manum tuam in sinum tuum.
Et misit. et facta est leprosa et albida instar ni-
vis. Iterum ait. Retrahe manum tuam in
sinum tuum. Et retraxit et protulit. et erat si-
milis carni relique. Et iterum. Si neque his duobus
signis crediderint sume aquam fluminis et funde su-
per terram aridam. et vertetur in sanguinem. Et ait moy-
ses. Obsecro domine mitte alium. nam impedicioris
lingue factus sum. Ex quo loqueris ad servum
tuum. et non eloquens sum ab heri et nudiustercius.
Et dominus. Quis fecit os. Quis mutum et sur-
dum. Quis videntem aut cecum. Nonne ego.
Perge ergo. Docebo te et ero tecum. At ille. Ob-
secro domine mitte quem missurus es. Et dominus. Qui
turbatus ait. Aaron frater tuus. eloquens est.

et ipse egredietur in occursum tuum et videns gaudebit. pone verba
mea in ore eius et ostendam vobis que facere debeatis
i. virgam sume in qua facere debes signa. Ve
nit ergo moyses ad iethro et ait. Revertar ad fratres
meos in egyptum ut videam si vivant. Cui iethro.
Vade in pace. Et tamen adhuc moram faciente dixit
dominus in madian. Vade in egyptum. quia mortui sunt qui quere
bant animam tuam. pharao scilicet et complices eius
vel pluralem posuit pro singulari. scilicet solus pharao querebat.

De reditu moysi in egyptum et de [...] missione uxoris

Tulit ergo moyses uxorem et liberos et imposuit eos super asinam
uxoris et filios. Cumque esset in itinere
in diversorio ut prius mederetur, occurrit ei dominus i. angelus
evaginato gladio et volebat eum occidere. moyses
scilicet quia uxorem ducebat et filios contra voluntatem dei
cent. non impedimento. vel quia puerum ducebat qui
erat incircumcisus. Alii in forte iam circumcidat moy
ses. Non est credendum vel quod dicunt alii venia
esse cum iethro cum frater ait liberos. Tulit illico sepho
ra acutissimam petram et circumcidit preputium filii
sui. Tetigitque pedes eius et ait. Sponsus sangui
num tu mihi es. Et dimisit eum postquam dixerat hoc ut ait
Aug. locus iste brevitate obscurus est. Ubi enim ait teti
git pedes eius intelligendum est. Sanguis tetigit
pedes eius pueri vel angeli. Unde in arabica ait uxor
Ego ne in iure sanguinum i. an exstinguo tuo te
tu solus tenebis ... ut fundam sanguinem
filii mei. Et recessit ipsa ab eo vel angelus. He
breus ita habet. et tetigit pedes eius sephora moy
si et ait. Gener sanguinum tu mihi es. i. tu gener pueri
mei. id est factus es vir meus ut esses mihi i. circumcisione
in filio. ad sanguinem i. ad mortem. vel sanguis meus
effusus est. ad placandum angelum qui in morte minabatur
et dimisit angelus moysen. quia in hebreo pro tamen
hebree habet relaxavit eum angelus quia prius scilicet usque
ad mortem coartabat. Et hinc voluit morem
circumcidendi petris cultellis hic esse ... pro napuim (?)
vel a iosue in galgal. Cum enim nos habemus petram
hebree habet aciem et dicitur acutissimam. aciem novacu
lam. Unde et iudei novaculis circumciduntur. Fabu
lantur tamen quod hebrei usque ad diem circumcisionem faciebant
cum petra. sed in reiciendo golyam ferrum lorice
et galee cessit lapidi in ictu. Qui dans ei locum
Deinceps cessit lapis ferro in circumcisione.

De primo ingressu ad pharaonem. v.

Abiit itaque moyses solus tenens virgam
in manu. Intravitque aaron domino iu
bente desertum synai et occurrit moysi
in monte. Dedit ei moyses verba domini et signa
que mandaverat. Veneruntque simul et congregaverunt
seniores israel. Locutusque est eis aaron omnia verba
domini et fecit moyses signa coram eis et credi
dit. Post hec cum senioribus israel ingressi sunt
ad pharaonem et dixerunt ad eum. Hec dicit dominus deus
israel. Dimitte populum meum ut sacrificet mihi in
deserto. Et ille. Nescio dominum et israel non dimittam.
Et illi. Ibimus viam trium dierum in solitudinem ut sa
crificemus deo nostro. Inde quidam ... non sic ita sed
ipsi dixerunt tamen non fictas non duplicatas mentes
fuisse per hoc intelligendum est. Ego non credo forsitan
populus educeret si pharao populum dimisisset. Tunc
moyses sicut iosephus memorat enumeravit ei quanta fecerat
egyptiis oppressis ab ethyopibus et labores et
pericula que pertulerat et quod pro his condignam non ac
ceperat retributionem. Pietatemque quam ... tegerat ipsi
na exponit. Quem rex deridens servum suum
fugitivum eum vocavit et per seditionem eum redisse
dixit. Tunc ait rex servis suis. Occultus est populus
iste. Quanto maior erit si dederitis ei requiem ab operi
bus. Et precepit ne ultra darent eis paleas ad con
ficiendos lateres quas comminute luto miscebant
ut solidiores essent lateres vel pro coctis lateres
coquebant pro lignorum penuria in egypto.

De afflictione filiorum israel. vi.

Opprimebantur
igitur hebrei operibus nocte colligendo pa
leas et die lateres faciendo et iterum nu
merum exigebant ab eis qui prefecti. Flagella
tique sunt magistri de filiis israel qui preerant sub
suis operantibus nocte colligendo paleas ...
pharaonis. Magistri non operum hebrei erant
prefecti magistris egyptiis. Veneruntque prepositi
filiorum israel ad pharaonem et dixerunt ei. Cur in
ique agis contra servos tuos. Quibus ille. Va
catis ocio et ideo dicitis. Eamus sacrificemus
domino. Ite et operamini. palee non dabuntur
vobis. Cumque egrederentur occurrerunt moysi
et aaron et dixerunt ad eos. Videat dominus
iniuriam nostram ad nos et iudicet quia fetere
fecistis nos coram pharaone i. abhomina
biles reddidistis. Et ait moyses ad dominum.
Cur misisti me ut affligeres populum istum.
Cui dominus. In manu robusta eiciam eos et
addidit. Ego sum dominus qui apparui abraham
ysaac et iacob in deo omnipotente i. qui suf
ficiens omnipotens et nomen meum adonay non indi
cavi eis i. fortitudine et potentia ad quas
pertinet hoc nomen sed pietate et sapientiam
ad quas pertinet hely et heloy. vel non indica
vi sicut tibi. apparuit enim dominus abrahe sed moysi

Indignatio n.
spiritualis lector
ad pedes moy

loquet[ur] facie ad faciem i. familiarius. Item adiecit. Inducam in terram super quam levavi manum meam i. iuravi ut darem eam patribus vestris. Ego dominus. q. d. ita verum est hoc sicut ego sum deus. Et iuramenti species est. Narravitque moyses hominibus filiis israel. et non acquieverunt propter angustiam spiritus. Continuat autem hic hystoria principes domorum per familias suas. sed describit tantum s. de ruben. symeon. levi. Nobis autem de solo levi dicere sufficiat. Filii levi fuerunt gerson. caath. et merari. ex quibus tres familie levitarum divise sunt. Gersonite. caathite. meraite. Filii caath. amram. et ysuar. Filius ysuar. chore. Filii amram de iocabeth. aaron. moyses. et maria. Accepit aaron uxorem elysabeth. filiam aminadab sororem naason. que peperit ei nadab. et abyu. eleazar. et ythamar. Eleazar autem accepit uxorem de filiabus phanuel. que peperit ei phinees. Iste est moyses et aaron quibus loquutus est dominus in terra egypti. Hoc addidit esdras ut ostenderet quod moyses de se tamquam de alio loquutus est. De mutacione virge in colubrum. vij.

Iterum loquutus est dominus ad moysen dicens. Loquere ad pharaonem omnia que loquor tibi et ne timeas eum. Ecce constitui te deum pharaonis i. potentem imperio et metu eius facere signa ad modum dei. et aaron erit propheta tuus i. prolocutor. Non tamen moyses deus. vel aaron propheta. Ingressi sunt moyses et aaron ad pharaonem. Moyses erat lxxx annorum. et aaron lxxx iij. quando loquuti sunt ad pharaonem. Tulit ergo aaron virgam moysi et iecit eam in terram coram pharaone. et versa est in colubrum. Vocavitque pharao maleficos et fecerunt similiter per incantaciones singuli virgas suas que verse sunt in dracones. sed virga aaron devoravit virgas eorum. Et sciendum quod magi oculos spectancium deludebant. Et ait augustinus. Demones discurrunt per mundum et subito semina rerum de quibus hoc agitur afferunt. De aqua versa in sangwine.

Induratumque est cor pharaonis et non audivit eos. Et ait dominus ad moysen. Egredere in occursum pharaonis cum egredietur ad aquas et dices. Quia dominus sum percuciam aquam fluminis virga et vertetur in sanguinem. pisces morientur et affligentur egypcii. et factum est ita. Et percussit aaron aquam fluminis et versa est in sanguinem et fuit sanguis in omni terra egypti. in fluminibus et rivis et paludibus. forte non in omnibus sed in hiis que manabant de nilo. et in vasis domorum tam ligneis quam saxeis. foderuntque pucteos egypcii per circuitum fluminis et invenerunt

sangwinem. Feceruntque magi similiter. iamnes et mambres. et dicit quod aliam fecerunt aquam de terra in sanguinem quam non percussit dominus plagis. et filios israel qui habitabant in ea. Tamen iosephus dicit quod hebreis fluvius potabilis erat licet esset mutatus. Egypciis vero non solum colore sed et sapore amaro corrupcionem prefebat. Unde et potuit videri quod alibi quam in nilo aqua fuit in egypto. Et hec fuit prima plaga. qua percussit dominus egyptum. vij diebus. De qua dicit iosephus. quod pharao timens per ea et hesitans hebreos abire permisit. Cumque malum [illegible] reuelaret sententiam permutavit. De ranis. viij.

de ranis viij

Iterum loquutus est dominus ad moysen. Ingredere ad pharaonem et si nolueris dimittere populum dic aaron ut extendat manum super flumina rivos et paludes. Et fecit sic. Et ascenderunt rane et operuerunt terram egypti. Et ut dicit iosephus. orte in brevi moriebantur et putrescentibus cadaveribus fetor nimis noxius exalabat ex aquis. Immo quod dicit est domestice commos intrantes sepe mallis et potibus et lectis invehebantur. Fecerunt autem similiter malefici. Sunt autem tria genera ranarum. unum fluviale et vocale. aliud minimum quod calamiten dicitur quod si intrans in os canis obmutescat. Tercium magnum venenosum quod rubeta dicitur et vulgo agrestis. Dixit ergo pharao ad eos. Orate dominum ut auferant rane a nobis. et dimittam populum. Et clamavit moyses ad dominum et mortue sunt rane. Videnque pharao quod data esset requies non dimisit eos. De cynyphibus

Dixit dominus ad moysen. Dic aaron. Extende virgam et percute pulverem. et sint cynyphes in omni terra egypti. Et factum est ita. Sunt autem cynyphes musce adeo subtiles ut visum non acute cernentis effugiant. et corpus cui insident acerbo terebrant stimulo. Feceruntque malefici similiter ut educerent cynyphes et non potuerunt. Dixeruntque pharaoni. Digitus dei est hic. Sicut dicitur. per dextram filius per digitum spiritus sanctus solet accipi. Augustinus. Quia [illegible] in hoc defecerunt. non ipsi in hoc vel in alio. Et dicit hic. [illegible] admonendo quod et si prophecie [illegible] habuerunt noticiam patris et filii. non tamen spiritus sancti. Hec tria signa facta sunt per manum aaron. quod sequitur vel a domino tantum quedam vel per moysen. De cynomia

Dixit dominus ad moysen. Egredere ad aquas. ad pharaonem et dices ei. quod si nolueris dimittere populum meum. mittam in omnem terram egypti omne genus muscarum

⁊ faciam in die illa mirabile terram iessen · q̄ habi
tant in qua illic acte · Et fecit ita · Et venit musca grā
vissima in omni terra egypti · Tirop loquēdi
est · i · multitudo muscarum · Et hanc clausulā loqu
ens sius dicimus · q̄ si plu | cognoscit figurā per
rale dicēt · ps · lxx po | hac sensus loquēdi
fuerint · cynomia · i · una · est proprietas ·
scā canina · Qui in psalterio legit · Tunc vocavit eos
pharao ⁊ ait · Ite sacrificate deo uestro in terra
hac · Qui dixerunt · Non possumus · Abhominationes egyptiorum immolabimus · Si mactaverimus
ea q̄ colunt egyptii coram eis lapidibus nos ob
ruent · Taurum · n · adorabant · in honore api
pris · vaccam pro pposito · omne pharaone · unde
abhominabile erat eis occidi hec et comedi
a diis suis · Et ait pharao · Ite in deserto · verum
longius ne abeatis · Rogate pro me · Orauit moy
ses ⁊ recessit musca · Et item cor pharaonis
induratum est · Ex his duabus plagis dicit Josephus q̄
tanta multitudo pediculorum egyptiis pullu
labant ex intestinis ebulliens · q̄ neque lauacris
nec medicamentorum unguentis eos exterminare pot
erat · Multis · n · aliis plagis pr̄ · x · famosis
credibile est percussos fuisse egyptios ·

Tunc dixit dominus · De morte pecorum ·
moysi · Dic pharaoni · Si tenueris populum
meum · ecce inducam pestem grauem
in mortem omnium iumentorum egypti · ita ut q̄ q̄ de his
q̄ possident israel moriatur · Et mortua sunt omnia animan
tia egypti · q̄ erant in domibus · q̄ q̄ in pascuis
post grandinem perierunt · vel forte animalium in
q̄ sine multo tempore intervallo · forte hec fa
cta sunt · ⁊ potuerunt aliunde habere iumenta
ea · propter hoc dicit Josephus · q̄ pestis in laga
nis eorum ascriptus nullus occidit · diis regi
one eorum impleuit q̄bus ⁊ ipsi consumebantur
⁊ terra agricolis nudabatur · ⁊ ingratum
pharaonis ⁊ noluit dimittere populum

De ulceribus ⁊ vesicis | Quod esto · n · q̄ hodie in
Et dixit dominus ad | plaga ⁊ cras alia
moysen ⁊ aaron | percussit sit · dicens
Tollite cineres de ca | est · sed forte per anq̄
mino ⁊ spargat | Hinc eo apl̄s et min
illos moyses in celum coram pharaone · ⁊
erunt in hominibus ⁊ iumentis ulcera ⁊ vesice in
omni terra eorum · Fecit ita · Nec poterant stare ma
lefici coram pharaone pro ulceribus quę erant
in eis ex tetra corruptione uesicarum · De

Dixitque dominus ad moysen · grandine ·
Dic pharaoni · ideo posui te ut ostendam

in te fortitudinem ⁊ narretur nomen meum in omni terra
Ex pluam · hac ipsa hora cras grandinem qualis non
fuit in egypto usque in diem hanc · in · ⁊ in partibus
yperboreis · Congrega q̄ habes magis · homi
nes · n · ⁊ iumenta foris inuenta grandine morie
tur · Qui ergo timuit de seruis pharaonis dominum con
gregare fecit suos ⁊ iumenta in domos stare · Ex
tendit q̄ moyses in celum virgam · ⁊ dedit dominus
tonitrua grandinem ⁊ fulgura ⁊ ignis mixta pa
riter ferebantur ⁊ percussit grando cuncta q̄ fuerant
in agris ⁊ herbam ⁊ lignum regionis confre
git · Ordeum lesum est · q̄ iam uirens erat ⁊ li
num · q̄ iam folliculos germinabat · Triti
cum ⁊ far · q̄ grana germinis sub limo consumptus non
sunt lesa · q̄ serotina sunt ⁊ adhuc virentia
q̄ in spicas non dum prodierant · Tamen moyses
sen grando non cecidit · Et vocavit eos pha
rao ⁊ ait · peccaui ⁊ nunc · Orate pro me do
⁊ dimittam vos · Egressusque moyses ex ur
be · tetendit manus ad dominum ⁊ cessauit tempe
stas nec ultra stillauit pluvia super terram ⁊ ingra
uatum est cor pharaonis · De locusta

Dixitque dominus ad moysen · Ingredere
ad pharaonem ⁊ faciam signa q̄ narr
res filiis israel · ⁊ nepotibus tuis ut
sciatis q̄ ego sum dominus · Et ingressi dixerunt
regi · Hec dicit dominus · Ecce ego inducam cras
locustas in fines tuos ut comedant quod re
siduum est grandini · Egresso moyse dixe
runtque serui pharaonis ad eum · usquequo patiemur
hoc scandalum · Dimitte homines istos ut pe
reat egyptus · Et reuocatus illis dixit pharao
Qui nam sunt q̄ ituri sunt ad sacrificandum
Et ait moyses · Viri ⁊ mulieres · senes
⁊ paruuli cum ouibus ⁊ armentis · Et ridit
Cui dubium q̄ pessime cogitetis · Non
fiet ita · Sed ite viri tantum · Hoc · n · petistis
Et eiecti sunt q̄ conspectu eius · Et extendit
moyses manum super terram egypti · ⁊ induxit
dominus austrum in die illa ⁊ nocte q̄ leuauit
locustas ⁊ sederunt innumerabiles in cunctis
finibus egypti ⁊ deuorauerunt omne uirens
in lignis ⁊ herbis · Dicitur locusta q̄ longa
hasta · q̄ longiora ut habet crura · Festi
nusque pharao vocauit eos ⁊ ait · peccaui
in deum uestrum ⁊ in vos · Orate ut tollendam
pestem hanc ⁊ hanc mortem · Et egressus moy
ses orauit dominum · ⁊ flauit ventum ab occide
te · ⁊ proiecit locustas in mare rubrum · Et in
duratum est cor pharaonis nec dimisit populum israel

Extenditque moyses **De tenebris**
manum in celum. et facte sunt tenebre palpa
biles. ut etsi videre non possent egyp
tii localiter. multum tamen mirabiliter compulsi sunt moveri.
Ubicumque autem erat israel lux erat. Et vocavit
eos pharao et ait. Ite tantum oves vestre et armenta
remaneant. Et ait moyses. Nec remanebit
ex eis ungula. presertim cum adhuc ignoremus quid debe
at immolari. Et ait pharao. Cave ne ultra videas
faciem meam et morieris. **De diebus egyptiacis .xxi.**

Et ait dominus ad moysen. Adhuc una plaga
tangam pharaonem. et dimittet vos.
Quod autem plures fuerint plage in egypto
quam decem convincit exodus. sed forte non fuerunt
adeo graves. ideo tacentur. Unde quidam dies egyptia
ci dicuntur. quibus passi sunt egyptii. et adhuc duos tamen sin
gulis mensibus notamus ad memoriam. cum plures forte
fuerint. Hec est causa quod egyptii vel assiriorum
[illegible] deprehendunt dies hos nefastos in incoa
tione operis vel itineris vel minucionis. Post .i. quidam
egyptiorum timentes egyptum perituram
egressi sunt. ut cecrops. qui ingressus greciam
urbem condidit quam vocavit actem. que postea dicta
est athene. quam quidam grecorum dyadas quidam
atcomenam dixerunt. qui dicitur est diffues. et
est nomen egyptium. quod latine dicitur homo vel pro
ceritate stature. vel pruritu in instilitate. vel pro
pria utriusque lingue quam habuit grece et egyp
tiace. Sub quo primo nata est in arce oliva. Tradit et
eadem tempestate egressus dionisius bachus qui
argos condidit. et usum vinee grecis dedit. Di
citur diluvium in thessalia factum sub deucalione et in
cendium sub fetonte circa tempora moysi. et sub eo
hercules antheum vicit. Euctonius filius vulca
ni currum et trolis primus [illegible] invenisse
feruntur. Egyptus quam prius mesraim post dicta
ab egypto rege sub moyse. egyptus dicta. lace
demon filius semeles. lacedomoniam condi
dit. trophonius lebsum. Epydaurus condita est a
choinie. quamplures epystola [illegible] eche
leno epaphum genuit. qui memphym con
didit. Cum iste egypto regnaret. Sane
determinans dominus plagam que restat ait. Ingre
diar in egyptum. et morietur omne primogenitum
a primogenito pharaonis usque ad primogenitum an
cille que est ad molam. et primogenita pecorum. apud vos
vero non mutiet canis. et petetis vasa pre
ciosa ab egyptiis et dabunt vobis. **De diebus**
Dixit dominus ad moysen **azimorum**
Mensis iste erit vobis principium mensium anni

Hic est aprilis. in luna aprilis. qui in martio sepe
inchoat. Hic dicitur ab hebreis nysan. apud
egyptios parmuti. apud macedones xan
ticus. Voluit quippe dominus iudeos aecius nacionibus
differre sicut religione et caractere circumcisionis
ita et temporis ratione. Romani enim in inductione vel
numa pompilius primum ianuarium posuit. Ianuarium
quia tunc sol incipit ascendere post solsticium
yemale. Arabes inchoant annum post solsti
cium estivum. Congruencius vero sit ab hebreis
in martio in quo et mundus conditur legitur. In apl
et elmonialis [illegible] diffiniunt annos in tempore quo conva
luit nobicu. Et ait dominus. Decima die
mensis huius tollet unusquisque per domos agnum vel sino
potest agnum saltem edum. Quod si non sufficiet
numerus domus ad esum agni. assumet de domo do
mini sue vicinum suum. Est .x. luna in initium
nium autem que sufficia / quod agnus quod tollebatur
ant ad esum agni. Et / significabat ad certum
erit masculus anniculus / Sion. de luna quinta
id est unius anni sine ma / decima die carta. qui et incidit
cula. neque de vellere si / in qua fuit passus die m
caprinis in leviticio. / di .xx. et ante mundum x
determinatur. Siccum fuit et cetera. Di sicut et cetera.
Et superiu de grege servabitis eum in domo
usque ad .xiiii.^am^ diem et immolabit eum omnis
multitudo. quisque domus sua ad vesperam. et
tingetis eum cum fasciculo ysopi utrumque
postem et superliminare sanguine. edentes
carnes nocte illa assas igni. non coctum quid de
eo. aqua aut crudum. id est semi coctum. ex festina
tione. et azimos panes. cum lactucis agrestibus
quarum amaritudo amaritudine servitutis
memores exempti sunt. Caput cum intestinis
vorabitis et pedibus. Si quid residuum fuerit
igni comburetis que ut / Pharao vel egyptus quod decem
ait iosephus. Cremare / plagis liberari non est ausus
sic sum ferre solet / solo sanguine agni vic
Et elevacio igni. / ta filios israel dimisit.
elevatione ab eius pestis quas stavit egyp
tios significavit. Nec comedet in altaria
de domo quia comedendi ait. renes vestros acci
getis. Calciamenta habetis in pedibus. tene
tes baculos in manibus. vos non frangetis sed de
carnibus foras mittetis. et comedetis festi
nanter. Est enim phase id est transitus domini. Vocata est
autem nox illa transitus. quia transiit angelus per egyp
tum. percuciens primogenita ab homine usque ad pecus. et
transiit super tecta hebreorum linita sanguine.
Et aggressus est israel transeundi ab egypto.

Iterumque ait dominus: Diem hunc habebitis sollempnem in monimentum, et celebrabitis eum cultu sempiterno. Septem diebus azima comedetis. Prima dies erit sancta et venerabilis, et similiter septima; nihil operis facietis in eis, exceptis his que ad vescendum pertinent. Ideo quia medius dierum poterant operari, et quia sabbatum erat sollempnius quam ius festo, quod ad coquendum non ad vescendum corporali. Inde potuit esse quod mulieres in primo die sollempni pasce potuerint parare unguenta ad ungendum dominum, quod sabbato non licuisset. In Ezechiele festum prima die aprilis, et in vii legitur quod non hic. Et egressi filii Israel fecerunt sicut preceperat dominus Moysi et Aaron. Et congregati sunt xiiii luna in finibus Egypti circa Ramessen. Unde Iosephus dicit eos congregatos v luna et ibi expectasse quartamdecimam. De morte primogenitorum

Factum est autem noctis medio percussit dominus omne primogenitum Egypti, nec erat domus in qua non iaceret mortuus. Quod forte ita accidit putante non fuisse domum absque primogenito. Compulsusque pharao dixit Moysi et principibus ut egrederentur cum omnibus suis. Immo et Egyptii urgebant eos exire. Tulit ergo populus farinam conspersam, et humore ligatam in palliis, et petierunt vasa ab Egyptiis vestesque plurimas, et spoliaverunt Egyptios ex precepto domini pro mercede laboris quo fraudati erant, tamen ut inde fieret tabernaculum. Et erant quasi dc milia virorum peditum absque parvulis, et vulgus famulantium eis innumerabile. Et duxerunt secum diversi generis animalia nimis.

Quia percusserat primogenita Egypti in liberatione eorum, et quia solos masculos percussit, voluit offerri deo preter non percussos nisi masculos.

De exitu Israel de Egypto. xiii.

Factum est autem quod nullus preter solum Moysen inveniret tumulum, in quo erat sepulcrum Ioseph. Tenebant autem ex mandato asportare ossa eius. Tunc Moyses scripsit in lamina aurea nomen domini tetragrammaton, quod superpositum aquis natavit usque dum venisset ubi stetit super ubi erat sepulcrum, et effodientes sustulerunt ossa, que sublata leguntur eis prohibuisse forte de difficultate itineris. Tamen Hebrei tradunt quod ovis ex improviso astitit, que eos alloquens ait: Ad eos obliquam vie deduxerunt eam secum multo tempore, et dixerunt eam ovem Ioseph. De qua ibi: Qui deducis velut ovem Ioseph. Ingressis autem eorum secundo terremotu multa templa Egypti cum ydolis suis corruerunt. Habitatio autem filiorum Israel in Egypto ccccxxx annorum. Sed nomine Egypti intelligendus est omnis incolatus eorum, qui cepit a promissione Abrahe facta in Ur Mesopotamie, a qua usque ad legem datam tot anni fluxerunt. Soli enim ccxliiii anni fuerunt Israel in Egypto post mortem Ioseph, quibus expletis eadem die egressa est omnis multitudo de terra Egypti, quod est mirabile a deo factum, vel forte eadem die qua exivit Abraham ad peregrinandum. Et nota quod hic dicit quod eadem die egressi sunt, et infra: Memores estote diei huius in qua egressi estis de Egypto, prima scilicet die azimorum; et supra legitur: Nullus egrediatur ostium domus sue usque mane. Et post statim legitur hic: Nox ista observabilis est domino quando eduxit eos de terra Egypti. Forte intelligendum est nocte eductos, id est ad mane egrediendum ab Egyptiis nocte compulsos. Profectique sunt de Ramesse in Sochot, nec sequi sunt eos Egyptii sepelientes mortuos suos. Multi enim Egyptiorum flebant perdentes quod eis fuerant tam crudeles. Coxeruntque farinam quam tulerant de Egypto, fecerunt subcinericios panes azimos, ex modico tamen tempore coagulatos. Hinc quod ipsi sunt xxx diebus. Non enim ultra sufficeret quod tulerant de Egypto, vel subcinericie coquerent, nec eis ad faciendum necessaria invenirentur. De sanctificatione primogenitorum. xiiii.

Dixitque iterum dominus ad Moysen: Sanctifica mihi omne primogenitum masculinum quod aperit vulvam tam de hominibus quam de iumentis. Quia percusserat primogenita Egypti in liberatione eorum, et quia solos masculos voluit sanctificari, dicitur preter non percussos nisi masculos. Vel forte quia primogenita eorum a percussore angelo liberavit, et hoc modo sua erant. Voluitque ut de corporis esset sua omnia, vel quod ex omni fructu primo honorandus est deus. Ergo qui erant ex filiis Levi offerebantur et serviebant iugiter domino. Primogenita aliorum offerebantur et v siclis redimebantur. Primogenita pecorum apta ad immolandum oblata erant sacerdotum. Immundorum vero quedam non oblata redimebantur, ut primogenitum asini mutabatur ove, que pro eo offerebatur. Quod si oblata non est, id est recepta, occidebant, ut primogenitum canis. De aliis immundis legitur in Numeris quod redimebantur siclis v. Et adiecit dominus: Cum introduxerit te dominus in terram promissam, immolabis; hoc filiis tuis servandum ritu sempiterno. Eritque hoc quasi signum in manu tua, et quasi appensum quod ob recordationem ante oculos tuos, ut scilicet hoc libaciolis memoria nullatenus recedat.

in oblivione quae quasi manu gestantur vel ante oculos appendun-
tur. Quod Pharisei ad litteram observantes in cartis hec
scribebant et decalogum similiter, et eas cum filis
colligabant brachiis et inter oculos appendebant,
quas duo nomine philateria vocant, a philare et thorath.
[illegible] cum emisisset Pharao **De deserto Egypti**
populum, non eduxit eos Moyses per Palestinam, quae vicina
est Egypto, propter antiquam molestiam, primum ne insurgerent
Philistei adversus eos, sed circumduxit eos per deser-
tum quod iuxta mare rubrum est, tum pro mandato domini
iuberetur ut duceret populum ad montem Syna ad immo-
landum. Tertium, si peniteret Egyptios, vellent
eos persequi, cum molestiam itineris sustinerent. Armati-
que ascenderunt filii Israel de terra Egypti multis
et supellectili muniti. Vel alia translacio habet: Quinta gene-
ratione ascenderunt filii Israel. Moyses enim a Iacob quintus
fuit, vel quia a Iuda a Phares usque ad Salmon
quinque fuerunt generationes. Hebreus habet: v. as. si-
us. Profectique de Socoth venerunt Etham. Civi-
tas erat, que deserti in capite Sochoth, quam Io-
sepho hec dicitur, et Babylone postea factam dicitur
dum Cambises Egyptum vastaverunt. **De ducatu**
Dominus autem ut dux esset **columpne. xiiii.**
itineris precedebat eos per diem in columpna
nubis contra fulgorem solis, et per noctem in co-
lumpna ignis contra tenebras, et ut esset a serpen-
tibus providens. Precepitque dominus ut reversi quasi
versus Egyptum castrametarentur e regione
Phiahiroth, que est inter Magdalum et mare contra
Beelsephon. Est autem Magdalum civitas
in confinio Egypti, ad quam Iudei tempore Iere-
mie interfecto Godolia pro metu fugerunt et po-
suerunt castra super mare rubrum. Non est ma-
re non aqua rubea, sed omnis terra circumiacens ru-
bea est, et aqua vicinitate eius inficitur. Unde mi-
nium acutissimum recipit, quod quasi in adelo instru-
tur, in hunc colorem cadit. Ob hoc ibidem gem-
me rubre inveniuntur, quae humo involute et in-
habentes circa se colorem huius maris. Hoc
mare in duos sinus dividitur. Qui ab oriente
est, Persicus appellatur, quia Persie oram eius alluit. Alter
Arabicus. Oritur nomen a domo rubrum. Hebreus habet
cannosum, quia canne in litoribus habundant. Sane
in coartatione fuerunt filii Israel, ex una parte erant mon-
tes asperrimi et inmeabiles, ex parte altera mare,
comitatusque **De transitu maris rubri** xv
cum Pharaonis. Tulitque dc currus electos et ccc ab
egyptiis, et sequebatur eos. Equites, quos dixit, l.
et cc peditum armatorum. Levantesque oculos he-
brei viderunt Egyptios post se et timuerunt

valde, neque enim facultatem fuge habebant nec
pugnare poterant, quia inermes erant, et ibi mo-
rari propter ciborum penuriam. Cumque plurimi ar-
guerent Moysen, dixit eis: Nolite timere,
hec faciet dominus ut hodie videatis magnalia eius,
ipse pugnabit pro vobis et vos tacebitis. Egyp-
tios quos videtis nunc non videbitis in sempiternum.
In hebreo plenius: non videbitis ut nunc videtis
vivos, sed mortuos. Orabat Moyses ad dominum. Qui dixit
ei: Quid clamas ad me? Eleva virgam et exten-
de manum tuam super mare et divide illud, ut per siccum
ingrediantur filii Israel. Tollensque se angelus qui
precedebat eos stetit post tergum inter Egyptios et
Israel, et erat nubes tenebrosa Egyptiis, sed lu-
cida Hebreis. Cumque extendisset Moyses
manum, flavit ventus vehemens, et versa est aqua
in siccum, et divisum est mare in xii divisiones,
ut quaeque tribus per turmas suas incederet. Et ad-
vocavit Moyses singulas tribus per ordinem nativita-
tis sue, hortabatur eos ut ipsum precuntem sequerentur.
Cumque timuissent intrare Ruben, Symeon et
Levi, Iudas quasi primus aggressus est post eum. Unde
et meruit regnum. Profecti sunt ergo per medium
maris, et erat aqua quasi murus a dextra eorum et
leva. Quod videntes Egyptii vesanos iudi-
cabant eos, sed cum viderent illesos abire, in-
gressi sunt post eos. Iamque venerat vigilia ma-
tutina, et respexit dominus super Egyptios per
columpnam ignis et nubis, id est intolerabiles ymbres
et graves tonitruos coruscacionesque lapan-
tes iecit super eos. Unde item dixerunt: Fu-
giamus Israelem, dominus enim pugnat pro eis. Filii autem
Israel, ut Iosephus, ad quandam portam pervenerunt in terram. He-
brei vero tradunt, quod cum venissent ad extremum mon-
tis, precedentem in mare plagam maris unam eos obliquasse,
circueundo montem, et ad idem litus Egypti redisse.
Quod probant sic: Scala maris, ut quod perit, eo
ad proximum litus pertrahat. Cum enim mane iacerent
Egyptii mortui in litore, patet quod idem erat
litus et altera pars. Non enim in spacio noctis fere
equinoctialis nullus illi transire ad medium mare
transcurrisset, quod spaciosum est ibi. Cumque sic per-
turbarentur Egyptii, Moyses domino iubente ex-
tendit manum suam super mare, et reversi sunt aque
ad priorem locum et operuerunt Egyptios, ita ut nec unus
quidem superfuit ex eis, et viderunt Israel cadavera mortuorum. xv.
Moyses quoque domino canticum composuit exame-
tro carmine: Cantemus domino et cetera. Quod quia
prius legitur ceteris canticum canticorum dicitur. Hec
hoc distincte dictum est secundum Iosephum cum Alexandro

maccedonum et exercitui eius darium insequenti mare pamphilicum diuisum fuisse legitur, deo iubente, qui per regnum persarum delere uolebat. Moratus est autem israel iuxta litus maris vii diebus, et cum tympanis et inflatis musicis singulis diebus ueniebant ad litus, et cantabant domino canticum moysi, uiri seorsum et mulieres seorsum. In cuius rei memoriam vii paschalibus diebus cantando imus et redimus ad fontes et tympana. Josephi liber secundus.

De eleuatione aque in marath

Post hec egressi sunt in desertum sur, quod hebraice dicitur in desertum ethan. Unde non contrarium quod prius dictum est, mare fuerunt in deserto ethan, quia et mare in deserto sur, et helym in deserto syn. Ambulauerunt que tribus diebus et non inuenerunt aquam nisi amaram, que pre amaritudine non poterant bibere. Unde et locum illum dixerunt marach, ab hac amaritudine, uel potius pro amaritudine animi. Anime eorum namque siccitates non inuenit potum quem si inuenit non gustare. Dominus autem ondit lignum moysi, quod cum misisset in aquas, dulcorate sunt aque. Forte lignum hoc genus illud tali efficacie fuit, uel forte miraculose factum est, ut in solitudine in qua non erat lignum inueniret lignum. Hebraice dicitur quod illud lignum naturaliter amarissimum erat, ut mirabilior uideretur uirtus diuina amaro additum amaro [illegible] dulcedine operatum est. Josephus [illegible] uelle [illegible] endis [illegible] quod aque in eam hoc [illegible] quia [illegible] fecit [illegible] in uore semper fuerant sullis [illegible]. Et in eam cepit ii moueatur aque. Dicit enim fuisse puteum modicum. Sumens autem ligamen moyses quod habebat in presenti scidit eam per medium in longitudine in fissione faciens, et iecit in puteum et precepit fortibus ut haurirent aquam, et plurimam prius effunderent, ut ulterius quod remaneret frequentibus concussionibus excitatam et purgatam fieret potabilis. Ibi et dedit eis iudicia dominus non dum tamen iure, sed docuit se promisisse obedire sibi uellent.

De fontibus et palmis

Post hec uenerunt in helym, ubi erant xii fontes et lxx palme. Et dicit Josephus quod modica aqua exstitit fontibus ut que greges modicum manibus sumerent, cenosum erat et inutile propter hoc et palme non multum eminebant. Arida que non sufficiebat humor ad conglutinandam humum. Exinde uenerunt in desertum syn quod inter helym et synay, ubi plures fecerunt mansiones que in numeris exponuntur.

De coturnicibus

Quintodecimo die et manna. xvi. mensis secundi xxx die ab exitu eorum de egypto, qui suscipit pascha celebratum, defecerunt eis uictualia que tulerant de egypto, et dixerunt: Utinam mortui essemus in egypto quando sedebamus super ollas carnium et comedebamus panem in saturitate. Cumque orasset moyses ad dominum, dixit ad eos: Audiuit dominus murmurationes uestras super eum et dabit uobis uespere carnes et mane panes in saturitate. Factumque est uespere et ascendentes coturnices de sinu arabico, ii per cipue nimium extenso medio mari, operuit castra et ad libitum populi capiebantur. Est autem coturnix auis regia, quam Josephus ortigam uocat, grece ortogometra, nos uulgo calleum domus acquirendo. Mane autem cum orasset moyses, ros descendens illinit manibus eius, quod ipse pro imbre suspicatus est, sed cum gustasset sensit mellis dulcedine et panem promissum datum intellexit, et iacuit ros per circuitum castrorum, et erat granum minutum quasi semen coriandri album in modum pruine, et quasi pilo tonsum, quod uidentes filii israel dixerunt: Manhu, id est quid hoc est, et de incepit dici manna, et quidam indeclinabile putant. Alii prima declinatione ponunt. Alii mixtam, ut manna manne, manna mannatis, sicut pascha pasche, pascha paschatis. Et ait moyses: Hic est panis quem uobis dedit dominus. Colligite uobis gomor per singula capita. Et collegerunt alii plus, alii minus. Et mensi sunt ad mensuram gomor. Nec qui plus collegerat habuit amplius, nec qui minus parauerat repperit minus. Forte enim mensuris collecta ponebant, et recedebant singulis gomor, quod Josephus uocat assaron, et est x pars ephy, uel forte quantumcumque colligeret, quisque ueniens ad tentoria non inueniebat nisi gomor quod ab aliis et comedebant, uel per miraculum factum est ut cuilibet sufficeret gomor quod ab aliis et comedebat. Colligebat autem mane quia cum calescebat sol liquefiebat, quod miraculosum erat, cum ad ignem durum fiebat. Terebant autem illud in pilis et conglutinatum in panes formabant, cuius sapor erat dulcissimus, pro quo dicitur similam cum melle. Et alibi: Sapor panis oleati. Quod uero dicitur quod sapiebat unicuique iuxta proprio quod desiderabat non in lege attendamus, dicit Josephus. Quod et Acten ingressus locus iste siccus ymbribus. Dicitque moyses ad populum: Nullus relinquat ex eo mane. Quidam tamen

Tum in libro Sapientie dicitur: Panem de celo prestitisti illis sine labore omne delectamentum in se habentem et omnis saporis suauitatem, et tibi de diuersis desideriis uolentium ad quod quisque uolebat conuertebatur.

Hic uelerent dulcem fecit aquam

resudauerat et scatebat uermibus et computruit. Precepit
moyses ut die vi. colligerent cibos duplices
quia sabbato non inueniebant in agro. Tamen seruatum manna
sabbato non corrumpebatur. Tamen quidam putant
eos in vi. die collegisse quemque non unum gomor. sed
illud pro miraculo multiplicabatur ut duobus sufficeret
diebus. Hoc inde colligentes quia infra legitur. Ipse
hoc tribuit uobis dominus die vi. cibos duplices. Dixit
que dominus moysi. Imple gomor ex eo ut custodiatur
in futuras generationes id est ut futuras retro
generationes ad sui memoriam res habendam.
Et fecit moyses ut precepit dominus. Et posuit illud
aaron in urna aurea in tabernaculo reseruandum.
Aiunt hebrei eos primum dixisse prius tabernacu
lum in quo dominum consulebant. Deinde infra moyses. Tol
lens tabernaculum tendit extra castra procul. vel
prolemsim de futuro tabernaculo dicitur. Hoc cibo
aliti sunt filii israel xl. annis usquequo tangerent
fines chanaan. De aqua data in raphidim xvii.
Igitur profecta est omnis multitudo de deserto syn per man
siones suas iuxta sermonem domini et uenit in raphi
dim. non quia uno distinguit illud mansio
nes. sed indicio nubis stantis. quam precedentem
semper sequebantur. Et statim castra metabantur
Ibi non defuit aqua. et murmurauerunt contra moy
sen. Qui ait ad dominum. Quid faciam populo huic.
adhuc pusillum et lapidabit me. Et dixit ad eum
Sume de senioribus israel et uade ad petram oreb
percutiesque eam uirga. ps. mons sina. sic dictus
aliaz et ibi per oreb dicitur sic propter oreb qui
occasus est mea. Et fecit ita et egressa est aqua et
bibit populus. Et uocauit moyses nomen loci tempta
cio. Quia temptauerunt dominum dicentes. Est ne
dominus in nobis an non. Alii dicunt fuerunt secundum De
Egressus est amalech. pugna cum amalech
ut pugnaret aduersus israel in raphi
dim. Strabus ait. Amalech filius fuit ys
mahel. a quo amalechite qui et ysmahelite ipsi
sunt sarraceni. Iosephus. Hi pugnantes in
habitantes gaboth et petram accustanub
conductos ad bellum aduersus hebreos. Con
tra legitur in genesi quod eliphath primogenitus
esau genuit de concubina amalech. Un
de legitur in i. filio doech ydumei nuncians ad
mortem saul. ait. amalechites sum. Forte duo
fuerunt equiuoci et eius duo prophete. Elegit autem
moyses ihesum de tribu effraym uirum bellicosum
ad dimicandum contra hostes. cum et precipuos electos
armatos plurimos ad custodiam castrorum reti
nuit. Iste autem ascendit in monte habens uir

gam in manu. Ascenderuntque aaron et hur
uir marie. Iosephus. pro alyppom fuit filius caleph et
marie. Aui beseleel. Cumque eleuasset moyses
manus ad dominum. uincebat israel. Sin autem pau
lulum remisisset uincebat amalech. Quod con
propter aaron et hur. supposuerunt ei lapidem
et ex utraque manus eius sustentabant. Erantque
graues pre labore orandi. Inde est quod sacer
dos eleuat manus in missa in huius insignia orati
onis. Ac tremuit moyses manus usque ad
solis occasum. Fugauitque iosue amalech in ore gla
dii. Et ait dominus moysi. Scribe hoc in libro
ob monimentum. ad hoc ut delebo memoriam ama
lech. de sub celo. quod in diebus saul impletum est. Et
edificauit moyses altare domino et uocauit illud
dominus exaltacio mea. De subdiuisione mag
Egressus est autem istratuum per consilium iethro xviii.
iethro cognatus moysi obuiam ei in deserto
Tulitque secum sephoram et duos filios eius.
Cumque intrasset tabernaculum moysi. narrauit
ei moyses singula que fecerat pharaoni dominus et omnem
laborem itineris sui. Et congratulatus iethro ait
Benedictus dominus qui eripuit populum suum de terra
egypti. Nunc cognoui quia magnus dominus super
omnes deos. Obtulit ergo iethro holocausta domino et
comederunt cum eo moyses et aaron et se
niores israel coram domino [illegible] aut
cum non uolt generale immo [illegible] lasse
domino. sed moysen [illegible] illa
cone que suscepit iethro [illegible] posu
it de oblatis a moyse [illegible] suscepit aboe et con
medit. Forte tunc sacrificauit moyses iuxta
montem sicut dixerat dominus. Dicit non Iose
phus uenisse circa montem in rubo uisas uide
rat moyses uisiones. Altera die sedit moy
ses ut iudicaret populum qui assistebat ei de
mane usque ad uesperam. Et attendens iethro ait
Stulto labore consumeris. ultra uires tuas est
negocium. sed audi uerba mea et erit dominus tecum
Esto populo in hiis que ad deum et ei monstres ce
rimonias et mores ueritatis ostendas eis. Ad occasio
nem ergo elige uiros potentes timentes de
um amatores ueritatis detestantes auari
ciam. Et non quod in hiis iiii. que consideranda
in eligendo iudice ponit potenciam. quod quidem
plurimum ualet. si cetera illa sequantur. Alioquin
addit oleum camino et gladium ueneno.
In alia translacione habetur sapientes. quos forsan po
tentes uocat ad iudicandum. Et addidit
Constitue ex eis quosdam tribunos i. cuiusque

tribum unum prepone. Quis autem tribunus hebraice, grece chiliarchus, latine millenarius, non quia tribu tantum esset mille, sed certum numerum posuit pro incerto, vel pro multitudine copiosa numerum posuit superiorem. Forte quia iam principem habebat quisque tribus suum, et sub principe voluit esse millenarios, qui tamen preessent mille sub millenariis, et monuit constitui x. tribunos. Centuriones, id est centenarios, vel centiones sub centione duos pentacontarchos, id est quinquagenarios, sub quinquagenario v. decanos. Certa igitur lite inter x. stabant ad iudicium decani. Quia facile erat lites paucorum dirimere. Si non poterant diffinire ad quinquagenarium ascendebat, et sic usque ad moysen, qui tamen rarus erat. Maiora res uabant moysi, ipsi minora iudicantes. Inde nunc ecclesia romana vocavit plurimos per partes solitudinis primates, archiepiscopos, episcopos, archydiaconos, archypresbiteros, et minores sacerdotes, qui leviora precepta et quedam graviora sub occulta iudicant. Graviora precepta vero et aperta reseruant ad se. Accepit moyses consilium. Iethro, qui erat deo plenus, consilium gentilis. Dimisitque cognatum suum. Hebreus ubique post socium suum et reversus est in terram suam.

Mense igitur tertio egressionis xix. De uentu ad montem Synai de egypto, id est tercio die huius mensis, id est in kalendis Iunii venerunt ad montem synay. Feceruntque tentoria e regione montis. xl. vii. dies a phase. Interponendo enim septimanas xxx dies primi mensis ponimus, qui mensis inter lunares et solares mensis eligendo in certam. Lunares non integrum tricenarium faciunt quadam vel uicissim non. Solares vero plures. Huic numero accedunt a phase quindecim xvi. dies primi mensis, qui restabant. Fluxerunt postea xxx. secundi mensis. Restat et quod primum addatur dies iunii. xlvii fuit. Sequenti die diluculo ascendit moyses in montem ad dominum. Et dixit ei: Dices domui iacob: vidistis que fecerim vobis. Nunc ergo adiciam ut loquar vobis. Si ergo custodieritis pactum meum, eritis mihi in populum peculiarem pre omnibus populis. Et cum retulisset moyses populo, responderunt: Cuncta que locutus est dominus faciemus. Cumque redisset moyses inde ad dominum, ait ei dominus: veniam ad te in caligine nubis ut audiat me populus loquentem ad te. Vade sanctifica populum hodie et cras, id est lavent se et vestimenta sua, vacent ab amplexibus et sint parati in diem tertium. Et constitues terminos per circuitum montis. Et quicumque tetigerit montem morte morietur. Manus

aut non tanget eum, sed lapidabitur, aut iaculis confodietur, sive iumentum sive homo. Videbantur autem, ut ait Iosephus, in hiis duobus diebus minus epulentes, ornamentis decentes. De datione legis scripture

Iam advenerat dies tertius et ante solis ortum ceperunt audiri tonitrua et micare fulgura et nubes densa operuit montem et clangor buccine perstrepebat. Fumabat mons, quia dominus descendebat in igne et fumus ferebatur quasi de fornace. Et mons terribilis erat, ut aiunt hebrei, et timuit populus. Sed et moyses cum eis perire putabat. Tandem lex apparuit moysi et sermonem agere cum eo. Et reversus est inter eos et ait eis: Hodie non audietis moysen filium Amram et Iacobeth, sed illum qui pro vobis percussit egyptum, qui per mare iter dedit, qui cibum de celo misit, potum de petra concessit. Per quem Adam de fructibus terre comedit. Noe ymbribus erepto, abraham cananeam obtinuit, ysaac natus descenderunt, Iacob prole ditatus, Ioseph sublimatus. Fiant ergo verba hec vobis amabiliora quam filii vel uxores. Et eduxit populum in occursum dei ad radicem montis. Ascenderunt autem in domino iubente moyses et aaron, ulterius tamen sacerdotes, id est maiores, et populus non transierunt. Loquebaturque deus ita ut nullum vocem effugeret. Et sic quinquagesimo die dedit eis legem verbo tantum insignitam, quam datum erat scriptum sed in die quinquagesimo.

De decem preceptis xx.

Non habebis deos alienos coram me et cetera. Quod non nisi x. precepta dedit dominus scriptura asseruit. Sed in distinctione eorum differunt. Primum in unum per Augustinum dividit. Origenes in duo et que sunt duo unum. Sed Augustinus colligit in unum. Cui consentit Iosephus. Preterea dicit Augustinus tria fuisse in una tabula, vii. in alia. Iosephus et hebrei v. in utraque. Forte quia Augustinus tria voluit pertinere ad dilectionem dei et vii. ad dilectionem proximi, pro dignitate posuit

Iosephus dicit se vidisse duas tablas legis lapideas quas et utique continebat duo mandata et dimidium tantum. Item quamquam et ceteri

quam precepta, dixit ea per me tabule esse et se eidem. Sic dicere cosiue uiuit homines pre meditatione sua et fide. Quocumque vel ut distinguant idem est sensus. Primum preceptum

Non habebis deos alienos coram me, id est nunc solum deum habebis. Et ponitur habebis pro non habeas imperativus pro pro indicativo more hebreorum. Solo non asserit hoc deus, quamquam habuerit sed fugere et sculptile vel pictum. Alia licet aliqua non est in mundo, id est nulli rei naturali representatum

ut fiebat amon capite arietino. anubis capite
canino. vel eorum similitudinem que in celo vel in terra
vel aquis vel sub terra. quasi non facias tibi deo simulacrum solis
vel lune et huiusmodi. neque hominis aut iumenti aut huiusmodi
ut de consule vel re publica. cui hic colebat diversis hominum
numerum errorum. non coles vel et adorabis ea. Cole non
mente adorare. adorare autem sine animo saltem
pro metu sive adulando regibus. adorare postea
ad maculandam custodiam. et dilectorum addit
tradentem. Ego sum deus tuus fortis et zelotes visi
tans peccata patrum in filios usque in tertiam et quartam
generationem eorum qui me oderunt et faciens misericordiam
in milia his qui diligunt me et custodiunt precepta mea
Zelus dicitur invidia et dicitur amor. sed hic amor
viri ad uxorem pro quo sustinere nec alterius accessum
ad eam. Ad modum huius dicit dominus. ego sum zelotes
non patiens te fornicari post deos alienos.
Et addidit se visitare peccata patrum in filios
dicunt heretici. Non est bonum hic sermo. ut pro pec
cato alterius quis puniatur et dicunt veteris non esse
datum a deo. Non enim sic credibile est deus. sed est
in his multas apparet quod et hoc nomine iustitiam
tenuit. Ex pietate enim iustitiam confirmas
et ipse ex mansuetudine peccantem. Postea
punit. sed expectat usque ad generationem. quod diu
parentes vivere solent. et corripient parvulos sibi
ut imitabuntur ipsum patrem. Aliqui post longam
expectationem tunc punit. de temporali pena tamen
intelligendum est. sic de achab et de illis in potes
tate cum super eam legem. vel propter expromissionem se
vitas vere iudicamus. Gravius enim puni
unt parentes. si filios pro se videant puni
ri. et illi propter expectationem. Origenes tamen hoc
intelligit pro patres demones pro posteros
eorum adiutores. quia quando in peccando nobis tunc
gaudens. ut potest hoc intravit dyabolus in cor iude.
Sic et patres post accessit ad principes ut et ipsi in
hoc peccarent. Sic et filii. post accessit ad illius
cohortem et ministros. et ceteri usque ad tertiam gene
rationem. Hodie autem non visitat hic peccata patrum
que residuant signum ex eo modo tamen sepe punit.

Secundum [illegible]

Non assumes nomen dei tui in vanum. id est non
falso. non superflue. non dolose iurabis
per nomen dei. non honorem eius quantum in te est
evanescere facies de eo prave sentiendo.

Memento. Tercium

Memento ut diem sabbati sanctifices. id est sanctum et feria
tum habeas. non facias omne opus tu et
filius tuus et filia tua et servus et ancilla

et iumenta et advena qui intra portas tuas est. id est
tecum in domo et fuerit. Deus enim deum die
vii. et nos die vii. scilicet iam et si non hunc qui illi
na et mose. Sic ait. quartum sermo super sabbata
septimanas cum ab omni opere forent cessaturi
propterea de opere servili omnino intelligendum.

Honora patrem tuum et matrem. Quartum
tuam. duplici honore. reverendo scilicet et
necessaria ministrando. In his enim que
sequuntur secundum mores apte totum intelligit. Non
et dominus docet totaliter intelligendum implevit

Non occides. Quintum. legem
manu per te vel consensu vel violentiam
manuum inferens in sontem. vel sub thesaurum
litum vite cui potes et debes dare. unde quidem
non occidit secundum legem. Sextum

Non mechaberis. id est non misceaberis alieni
corrupto fide matrimonii

Non furtum facies. Septimum

Non eam rapies alienam. Octavum

Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium di
cens. Hic etiam prohibetur omne mendacium
sed quidam male sentiunt deum tacite
consensisse mendacium quod prodest si nulli obsit.

Non concupisces domum. Nonum
proximi tui. secundum augustinum hic prohibetur concupiscentia
rei aliene immobilis. Non desiderabis. Decimum
uxorem eius non servum non ancillam. non bovem. non
asinum. vel omnia que illius sunt. Hic etiam prohibetur
concupiscentia rei mobilis. Secundum origenem
unum est preceptum. De altari faciendo

Videbat autem populus voces. lampades
et vocem buccine et montem fumantem
et stantes procul dixerunt moysi. Lo
quere tu nobis et audiemus. ne loquatur nobis dominus ne for
te moriamur. Stetit etiam de longe populus. moyses autem
accessit ad caliginem. Dixit dominus ait. altare de
terra facietis mihi. Forte constructione altaris
portatilis voluit hoc fieri. vel illud portatile erat
sic infra dicemus. Quod si altare lapi
deum feceris mihi. non edificabis illud de sectis la
pidibus. Si levaveris cultrum tuum super eo polluetur.
Nolo quia in tractando effusionis sangui
nis edifices mihi sanctum. Inde et nos uni lapi
dis altare construimus. Forte prohibuit ne super
altare hostie occiderent. Et addidit. non
ascendes per gradus ad altare meum. ne reve
letur turpitudo tua. Forte nondum antiqui
utebantur femoralibus. De iudiciis. xxi

Deinceps addidit dominus iudicia quorum

ad terminandas lites. Nos quidem non omnia sed congrua consequimur sic. Si emeris servum hebreum, quamvis sit iam servus, non sit tamen nisi vi. annis. Si vero annus iubileus intervenerit, vii. egredietur liber. Et quali cum veste intravit, cum tali exeat. Si habens uxorem, cum uxore et liberis exeat. Si dominus dederit ei uxorem, mulier cum filiis quos fecerit erit domini. Quod si elegerit servus manere in servitute, offeret eum dominus diis, id est sacerdotibus, presentabit, et applicabit ad hostium tabernaculi, et perforabit aurem eius in signum perpetue servitutis. Eritque servus in seculum, id est dum vivet, vel usque ad iubileum. Idem et de vendenda ancilla. De famula

Siquis vendiderit filiam suam in famulam, non in ancillam, scilicet sed in concubinam, quam gratia moechetur dominus, vii. anno non egredietur sicut ancilla, scilicet sine pretio. Quod si eam humiliaverit, dotem, vestes et nuptias, id est nuptialia, vel iure eius meliorabit pro pretio pudicitie. Quod si ante vii. annum displicuerit ei, vendendi eam alii potestatem non habebit, quia sprete pudicitie pretium negabit. Quod si in eam agnoverit, et eam in uxorem duxerit, secundum quod dicitur iniuria catonis, iuxta legem uxorum faciet ei, non sine libello repudii egredietur. Si vero non sibi sed filio eam emerit, immo predictum faciet ei pro filio sicut sibi fecit. Si tamen iste non fecit, id est si non ipse eam humiliavit sine agnitione coniugii et eam agnoverit, vel filio eam accepit more ancillarum, gratis egredietur et absque pretio dato. De homicida

Qui occiderit hominem volens, moriatur; si vero nolens, confugiet ad unam de vi. civitatibus et ibi salvabitur, ut propinquus sua ne occidatur. Qui vero ex insidiis occisus, et erit ibi donec per iudices civitatis eius propinquis mortui reddatur vel usque ad mortem summi sacerdotis. Tunc vero redibit securus ad propria. Per industriam vero occidens et ab altari non evellatur, quod de Ioab fertur legitur. Instar vero harum civitatum nos habemus loca deo dicata, maiore tamen prestant immunitate, quia ille salvabant non volentes homicidas et quilibet fugitivos. Tamen quidam exceptione fraudant. Si vero pro homicidio facto in castris vel furto vel huiusmodi confugerit ad ecclesiam, inde ducitur cum exhibitione et punitur. De talione

Addidit et dominus preceptum talionis, iubens reddi animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, vulnus pro vulnere. De bove cornupeta

Si bos cornupeta suum occiderit, lapidibus obruetur, nec carnes eius comedentur. Dominus autem bovis xxx. siclos argenti reddet domino servi. Autem Hebrei ideo sic estimant pretium servi quia xxx. generationes fuere de Cham usque ad se quem Noe servituti addixit. ·xxiii·

Decimas et primitias. De decimis et primitiis

ne tardabis offerre tamen edum vel agnum vii. diebus dimittes cum matre sua, die viii. offeres domino et deinceps po-

Sex annis ·xxiiii· De septimo anno seminabis terram tuam et congregabis fruges eius. vii. anno requiescere eam facies. Unde et dicebatur annus requietionis et annus remissionis, quia in eo nulli licebat exigere debitum aliquod in eo terminato. Et si quid in eo exierat frugibus succrevit, ideo comedent pauperes populi et si quid residuum fuerit pauperibus, comedent bestie agri. Ita facies in vinea et in oliveto tuo. Dum hoc observaretur, fuit ut ait Iosephus, in anno vi. tanta habundabat fruges que sufficiebant ad usum vii. et viii. ad sementem. De tribus festivitatibus

Tres legimus decimas: primam levitis, quia ut liberi viverent in civitatibus, tantum quam in tertio anno colligebat pauperibus coram domino expendebatur. Tibi primitie vero fructuum. Et offerebat in pascha, in penthecoste, pro maiori parte, vel quadragesimam vel lx., pro vel quod inde xl. vel lx. erant volebat, et hanc in liquidis vel aridis exigebant de ceteris aliis unam de x. Tertium in Ezechiele habetur.

Addidit et de tribus populus festivitatibus: ter in anno voluit apparere omne masculum, sed non vacuum, de quibus infra dicetur.

Non coques edum in lacte matris sue. Quod Iosephus exponit sic: Non occidas cum infra viii. diem quia adhuc non differt a lacte. De edo non coquendo in lacte matris. Sed de Christo exponitur sic: Non occidas Christum in die receptionis sue. Quod tamen transgressi sunt. Dies enim conceptionis vocatur lac matris, quia crevit in matre pastus materia lactis. Hebreus habet non coques separatum in lacte matris sue. Et est sensus: separatum retine per tempus, id est quod per octenale genitum conceptum reditum non comedes coctum cum lacte vel cum aliquo lacteo caseo scilicet vel cum butiro, quod dicunt et ipsi qui nec de carnibus nec de ovis separant, qui a lacte coctas vel cum lacte comedunt. Non de lacte matris prohibuit dominus, quia in alio lacte liceat coquere. Sed quia lac illud pariter possit inveniri cum aliud, ideo et aliud per hoc prohibuit de omni lacte. Quidam tamen de hiis que domino offeruntur, dictum intelligunt, quia non offeras agnum vel edum infra vii. dies, quia non de se exibilis nec differt a lacte matris. Quod supra dixerat de primiciis agnorum et edo-

Vel ideo, quia Herodes non occidit Christum infantem vel quia apostoli non pertulerunt pressuras nisi roborati. Vel completis xxxiii. annis eodem die quo conceptus est dicitur esse crucifixus.

cinus. Iustine vel iudicio redditur. Si feceris hec
occidam omnem populum ad quam ingredieris. Et premittam
scrabrones et vespas que fugabant eos. Et tricentos
post tui paulatim eiciam eos ne redigatur terra
in solitudinem et crescant contra te bestie. Po
namque terminos tuos a mari rubro orientem usque
ad mare palestinum quod tu vertes dicit et a deserto
donec Iacesco, quod est bethleem quod capit per totas
usque ad fluvium Eufraten, que tota regio quondam
dicta est iudea. De federe firmato aspersione sanguinis

xxiiii. Venit ergo moyses et narravit plebi verba
cuncta domini. Et dixerunt omnes una voce:
Omnia que locutus est dominus faciemus et audiemus.
Nec proposite in mordiate domini prenuntiavit filios
Israel esse et in hoc illo modo dicitur. Scripsitque
moyses universos sermones domini post decalogum. Et
mane consurgens edificavit altare domino et
xii titulos per xii tribus israel. Fecit xii altaria
quos titulos dicit vel potius unum ex xii lapidibus
et in singulis singula nomina filiorum israel scripsit
qui tituli dicuntur. Misitque iuvenes scilicet nadab et
abyu qui filii erant sacerdotis et immolave
runt domino pacificos vitulos xii. Tulitque moyses
mediam partem sanguinis et misit in crateras vasa scilicet
in minores ... acceptis quod est crateres dicitur. Re
liquum sanguinis fudit super altare. Legitque volumen
federis audiente populo. Qui dixerunt: Omnia que lo
cutus est nobis dominus faciemus. Ipse vero sumptum sangui
nem respersit in populo et ait: Hic est sanguis federis
quod pepigit dominus vobiscum. q. d. Sic fundatur vita
eius et sanguis effundetur qui violaverit fe
dus hoc id est pactum inter nos et dominum. Sane hoc
signum ad confirmationem federis sic habuerunt gen
tiles qui per tam federis cede lani antes sic fir
mabant cede lani illud federis violatore. Tunc
aliud signum federis terribile habent iudei ex se
s. effusione aque quod fecit iosue et samuel. Quasi
sicut aqua tota funditur ita quod nihil ex ea remanet
in vase quod non alii liquores ex quibus aliquid perit
fusa maneant, sic penitus cum stirpe sua periret qui
solveret fedus. De primo ascensu moysi in montem

Hoc facto ascendit moyses et aaron, nadab
et abyu et lxx de senioribus israel super prep
cum domini usque ad cacumen montis et viderunt
deum israel et sub pedibus eius quasi opus saphirinum et
quasi celum cum serenum est. Nec in super eos qui erant
castris misit manum suam, id est non abscondit se
ab eis. Viderunt enim maiestatem domini et cum ipsum leti
epulabantur. Tunc vocavit dominus moysen ut da
ret ei tabulas lapideas inscriptas decalogo

et assumpto tantum iosue dixit timioribus senioribus
vero: Expectate hic scilicet in castris et usque ad tres. Sig
nificans tamen fuerit referens illud ad aaron et
hur. Operuitque nubes montem. Sicque dimisso
iosue in quadam planicie montis solus ascendit
moyses ad caliginem. Septimo autem die vocavit
eum dominus de medio caliginis. Ingressus quoque moyses
medium nebule fuit ibi xl diebus et xl
noctibus non comedens neque bibens.

De oblatione facienda xxv.

Et ait dominus ad eum: Sume primicias
id est preciosa queque a populo israel. Et aber
tum quod ultro obtulit aurum et argen
tum et es, iacinctum et purpuram, coccumque bis
tinctum id est sericum iacintinum et purpureum et cocci
nei coloris et byssum quod est genus lini egyptii
molle et candidum. Pilosque caprarum et pelles
arietum rubricatas quas parthicas dicunt quia
parthi sic coloratas eas excogitaverunt
et pelles iacinctinas et ligna sethim.
Est autem sethim nomen montis et regionis et ar
boris que similis est albe spine in foliis et est
levissimum lignum et imputribile et incre
mabile. Oleumque ad luminaria aroma
ta in unguenta et thimiamata boni odoris
et lapides onichinos ita quod sacerdotes
et gemmas. Facientque sanctuarium et habitabo in me
dio eorum ne sit eis labor recurrendum ad montem
hunc iuxta similitudinem tabernaculi quod
ostendam tibi facies illud. ita De forma arche

Archam de lignis sethim facies
que hebraice dicitur aron. Et notandum quod
moyses hoc ordine narrat. Primo de
hiis que fuerunt in tabernaculo, secundo de tabernaculo
tertio de atrio. Iosephus vero econtra. Ille per ordinem
operationis, iste per ordinem collocationis. Lon
gitudo arche habebat duos cubitos et se
missem. Altitudo cubitum semis et dimidium
et intellige cubitum humanum non geometricum
quod apparet in altari lateranensi in fine quod di
citur archa. Sed iosephus hic vocat cubitum
et duos palmos. Et dicitur archa non habuisse pe
des. Et deauratam intus et foris auro purissimo
id est mundissimo. Fecitque super coronam auream ad
modum labii quod in mensis et scutellis fieri solet
per circuitum. Lateris longitudinis erant bini circuli
aurei totum lignum penetrantes et per eos vec
tes de lignis sethim deauratos mittebat
quibus ferebatur. In qua reponebatur testificatio
id est tabule in quibus scriptum erat testamentum
Tam quoque in reponitur dici testimonium possunt

posita et in urna aurea plena manna in testifica
tionem quod panem dedisset eis de celo. tabule testifica
tionem quod legem ualde scriptam in cordibus suscitauit in
scripto. uirga aaron in testimonium quod omnis potestas
a domino deo est. Deuteronomium testimonium pacti quod pepige
rant scilicet omnia que dixerit nobis dominus faciemus. Ob hoc
dicta est archa testamenti uel testimonii. et ob hoc tabernaculum
aliquando tabernaculum testimonii dictum est. et ideo quia cause per eum
eius agebantur. De propitiatorio cherubin

Fecit et aliud scilicet super archam propitiatorium aureum
id est tabulam auream eiusdem longitudinis et latitu
dinis. et archa ut archam tegere posset.
nium inuoco. Canticum testimonium. xxx.
Locutus est moy. audiente uniuerso
cetu uerba carminis huius. Audite celi que
loquor. au. t. u. o. mei. Cuius huc
usque tamen ad litteram quod reliqua patet exponimus.
Constituit terminos populorum secundum numerum filiorum
israel. id est secundum numerum personarum quod in fuerunt in e-
gyptum posuerat dominus nationes linguarum. he-
bre sic legit. Constituit dominus terminos populorum
secundum terminos filiorum israel constituit iuxta nu
merum .lxx. israel tamquam carum nostri autem
alios quod uiles nichil non distinxit. Alia e
dicio habet iuxta numerum angelorum dei. De
morte moysi postquam benedixit eis. xxxii.
Locutus est dominus ad moy. eadem die. Ascen
de ad montem abarym in montem nebo
id est pillum contra iericho et uide terram
chanaan et morere. Itaque ascenderet
moy. benedixit filios israel. Benedictione .li.
incipit sic. Dominus de syna uenit. de seyr orts
est nobis. apparuit de monte pharam. et in dextera
ignea lex. Tradunt hebrei quod dominus misit
angelos suos ad ydumeos et ad ysmahelitas
in pharam. et obtulit illis legem suam
quam cum recipere nollet uenit ad iudeos in monte
syna cum multis milibus angelorum dans benedic-
tionibus angelorum tribuum. Ascendit moy. super
nebo usque ad uerticem phasga qui dicitur phasga. Et
ostendit ei dominus omnem terram usque ad mare no
uissimum et partem australem et latitudinem
campi iericho que alio nomine dicitur ciuitas
palmarum usque segor. Mortuusque est
ibi moy. in terra moab. et non cognouit homo
sepulcrum eius usque in hodiernum diem. Quod
ideo secundum autumant hebrei ne ipsi moy-
colerent pro deo. quia prius erant ad ydolatriam
proni. Moy. cxx. annorum erat quando mortuus est
non dum tamen caligauit oculus eius. nec dentes
eius moti sunt. Et fleuerunt eum filii israel. xxx
diebus. Et surrexit ulterius propheta in israel sicut
moy. quem nouisset dominus facie ad faciem id est adeo
familiariter. Hoc capitulum finale ut sancti
apposuit esdras sicut ab illo loco ascendit
moy. usque adhuc fertur. Josue apposuisse.
Liber. Prefacio iosue
Josue a nomine auctoris censetur
et est ihc deus. ... iosue
id est ihc idem nomen. Cognomen
tum aparte ihu naue uel iosue
bennun id est filii naue. uel filii nun quod idem est.
Cognominatur sic ad differentiam ihu filii syrach
nepotis ihu magni sacerdotis qui scripsit ecle
siasticum. Et nota quod secundum hebreos hic incipit
secundus ordo .u.t. qui distinguunt .v. tres ordines
ordines. Primus uocatur legem. secundus prophetas
tertius agiographa. In lege ponunt .v. libros
moy. In prophetis .viii. Josue. Judicum. Sa-
muel. Malachim. ysaiam. Jeremiam. Ezechi
elem. xii. prophetas. In agiographis ponunt
ix libros. .ii. t. qui supersunt .ix. dicuntur agio
grapha. id est sacrorum scripta. quod nomen commune
omnibus sacre scripture libris. Et quia hii .ix. non
huerunt eminenciam precipuam a quibus agnominarentur
communi nomine contempti sunt sed hii .ii. confessorum
generalem omnium sacrorum. Et sunt hii. Job. David. Salomon.
Danielem. paralypomenon.
Esdram. Hester. Alii que
supersunt. dicuntur apocrifa.
id est liber iudith. liber
machabeorum. liber
sapientie. et ecclesiasticus
qui dicitur positus a ihu
filio syrach. et liber
thobie. et pastor hii
dicuntur apocrifa quia auctor
Inquod illorum fere
minencia aliquam
quam hunc alii nomi
bus censentur. Di
cuntur alii apli. alii
aut mixtus et hi
subiunctione illarum
ordo angelorum co
muni nomine omnium
nuncupatur. Origo

Ro. d. s. plr. moysi

duces scribit in primo ordine vii ponunt libros. Addens pentatheuco cum Josue et eorum ignoravit. Sed quia de divinitate non dubitatur ab ecclesia receptus est. Si autem non auctor non lateret, non reciperetur, ut liber de infancia salvatoris et de assumptione beate Marie virginis. iudicum et vocant ordinem illum eptaticum ab epta quod est vii et teucos quod est volumen in quo eorum hystoria non mutatur. **De iosue**

Factum est autem post mortem Moysi et cessante luctu populi locutus est Dominus ad Iosue filium Nun. Moyses servus meus mortuus est. Transi Iordanem hunc tu et omnis populus tecum. Sicut fui cum Moyse et ero tecum et terram quam Moysi promiseram et eisdem verbis uere promisit ei et eosdem terminos terre descripsit. Et nota quia cum dixit mortuus est, singulariter quendam errorem dicentium Moysen raptum esse cum Helya et Enoch, quia nullum vestigium mortis eius relictum est. Quod non addidit servus meus destruxit aliorum errorem dicentium Moysen esse dampnatum eternaliter propter aquas contradictionis. Quod non dixit surge licet mortuus est et non sentiret, non credendum est siluisse vel tacuisse cum loqueretur ei Dominus. Tunc precepit Iosue principibus populi et nes. Preparate vobis cibaria quoniam post diem tercium transibitis Iordanem, quod de cibariis aliis quam manna intelligendum est, quia die tercio reservatum non poterat. Hoc de humano consilio dixit Iosue. Neque enim transierunt Iordanem usque in octavum diem. Exploratores enim tunc missi triduum morati sunt. Post reditum quorum triduo expectavit populus diminucionem aque, et tunc preparavit sibi cibaria in via. Mandavit Iosue. Promisit ei Deus ut ait Augustinus. Erat autem Iosue de tempore suo sine divino consilio ageret. Preterea cum Deus dixisset Moysi in electione eius: Iosue succedet tibi, pro eo si quid agere voluerit Eleazar consulet Dominum. Quod autem erat [illegible] ignorabat. Non enim tercia die iubet attolleret si cum motu non movent castra.

Quidam tamen assumunt hic participaciones dicentes non mandatum esse a Iosue donec reduceret nuncios. **De exploratoribus et raab.**

Misit ergo Iosue duos exploratores de Sethim in Iericho. Ipse vero interim movit castra et metatus est ea spacio xl stadiorum a Iordane. Exploratores autem sub simulacione faciendi diligenter considerauerunt urbem et in minuta loca eius. Ingressi declinaverunt in domum Raab meretricis, que iuncta erat muro et prope civitatis.

Nunciatum est autem regi Iericho dicentibus viros exploratores esse. Qui cum misisset ad Raab ut educeret eos, abscondit eos in stipula lini que siccabatur super murum, mentiens eos egressos dum clauderetur porta. Dixit que nuncijs: Persequimini eos per viam Iordanis et comprehendetis. Tunc ascendens illa ad viros quos operuerat dixit eis: Novi quod Dominus tradiderit vobis terram hanc et hostes quos audivimus per vos fecit Dominus. Iurate ergo mihi per Dominum ut quomodo ego feci vobis misericordiam sic et vos faciatis mecum, et cum universa domo patris mei ut salvetis animas nostras et universa que possidemus. At illi iuraverunt. Tunc dimisit eos per funiculum coccineum de fenestra domus que hebat muro. Et dixit eis: Latitate in montanis tribus diebus donec redeant qui vos persequuntur. Qui dixerunt ei: Non tenebimur iuramento si non collegeris cum capietur civitas omnem domum tuam tecum et ligabis funem hunc in fenestra ut hoc signo domum tuam cognoscamus. Qui vero cumque hostium domus egressus fuerit sanguis ipsius erit super caput eius et nos erimus alieni. Itaque post tres dies redierunt exploratores ad Iosue narrantes omnia que sibi acciderant. Josue vero et Eleazar et maiores populi tantum cum eis. **De transitu iordanis.**

Postea tribus diebus evolutis dixit Iosue ad populum: Sanctificamini, cras enim faciet Dominus inter vos mirabilia. Diluculo vero dixit ad sacerdotes: Tollite archam et precedite populum spacio cubitorum duum milium ut videri possitis ab universis. Cumque venerit ad partem Iordanis sistatis instar parietum. Cumque precedent sacerdotes cum archa, sequebatur universa multitudo populi et in medio collocatis precedebat quam Ruben et Gad et dimidia tribus Manasse sicut promiserat Moysi, et erant xl armatorum in expedicionem. Tunc legitur in quo mense inicio sceptrorum de persuasa sunt. Sacerdotes autem ad Iordanem repererunt eum innavigabilem plus solito tempore tritice messis erat. Quia cum per solucionem nivium que erat in montibus tamen per ymbres serotinum noverint. Cumque intrassent sacerdotes

signum. Steterunt aque descendentes ad instar mon-
tium intumescentes. Apparebant procul ab urbe que
vocatur Adom, usque ad locum qui dicitur Sarthan.
Inferiores vero aque descenderunt in mare mortuum.
Sacerdotes autem stabant in medio fluminis cum ar-
cha domini, donec universus populus per arentem alveum per-
transiret. Tunc elegit Josue xii viros,
singulos de singulis tribubus, qui attulerunt de lo-
co ubi steterunt sacerdotes xii lapides in
numerum filiorum Israel in signum. De sicco vero tule-
runt in alveum alios xii in eternum memoria-
le transitus eorum, et sunt ibi usque in hodiernum
diem. Ad quos Johannes videtur demonstratione
fecisse cum dixit: Potens est deus de lapidibus
istis suscitare filios Abrahe. Cumque transisset
populus et archa, et sacerdotes reverse sunt aque in alve-
um suum. Ascenditque populus de Jordane primo
mense x die primi mensis.
Tollentesque secum xii
lapides fluminis castra-
metati sunt in Galgal
per x stadia a Jericho ad orientem, l sta-
diis a Jordane. Josue vero construxit alta-
re de lapidibus quos extulerant, et super illud primus
sacrificavit domino. Et notandum quod sic legitur
in cronicis Eusebii: secundum Hebreos ille
annus erat iubileus, et erat l primus inter iubi-
leos qui fluxissent ab initio mundi, anni ii d
l, singulis iubileis per quinquagenos annos depu-
tatis. Secundum lxx vero longe plures anni
fluxerunt ab initio mundi. Eusebius quoque in ini-
tiis suis ponens numerum annorum secundum hebraicam
veritatem probat de propria summa annorum vii
annos defuisse. De circumcisione in Galgalis. v.

Eo tempore ex precepto domini circumcidit
Josue populum secundo cultris lapideis. Tamen He-
brei nolebant acuere. Sed est intelli-
gendum quia idem populus iterum circumcideretur, scilicet pueri
qui nati fuerant in deserto per xl annos in-
circumcisi erant. Alii ex mandato domini, alii ex
negligentia parentum, alii ex certitudine cau-
tela, ne forte movere contingeret, attolleretur
nubes, et nocte hostes irruerent, et sic pericli-
tarentur parvuli. Facta autem circumcisione dixit
dominus ad Josue: Hodie abstuli a vobis oppro-
brium Egypti, id est preputium, quod apud Hebre-
os opprobrium erat in iudicio gentium.
Ob hoc vocatum est nomen loci illius collis preputio-
rum, vel Galgala, id est revelatio, quod significat

[Margin gloss: Super Matheum dicit glossa ex demonstravit illos quos Josue erexit in situ.]

illud. Sed aliter Judei significatio eius pretendi-
ci opprobrium ablatum servitutis Egypti et
laboris deserti, quia egit per alia nomina imp
tacionem imperare in Galgala liberos. Por-
ro mansit ibi populus in medio castrorum loco donec sana-
rentur. Et fecerunt phase xiiii die ad vespe-
rum in campestribus Jericho, quod iam tercio sol-
lempniter fuerat: primo in finibus Egypti in Ra-
messe, secundo ad radicem montis Syna secundo
anno egressionis. Et tunc intermissum fue-
rat ex circumcisione usque ad eam. Et co-
mederunt de frugibus terre die altero azi-
mos panes et polentam eiusdem anni. Est autem
polenta grana tosta et manibus confricata
ad modum grani pilo tonsa. Et dicitur polenta
quasi pilenta. Quidam tamen dicunt polentam
esse pultes de purgatissima farina, et ideo
et dicunt polentam quasi pollentam a polline,
quod purgatissima farina. Statimque defecit
eis manna quo alimenti fuerant xl annis.
Eadem nocte. De circuitione Jericho.
cum esset Josue in agro Jericho
ad explorandum, vidit virum sta-
re contra se evaginato gladio, et ait:
Noster es an adversariorum? Qui ait: Nequaquam,
sed princeps sum exercitus domini, et nunc venio.
Et docuit eum modum expugnandi civitatem,
et quod ea in ius suum ei faceret anathema. Cumque
adorasset pronus in terra, dixit ei angelus: Sol-
ve calciamentum de pedibus tuis, locus enim in quo
stas sanctus est, quod intelligendum est significare
quod non pollueret civitatem in habitatione gentium ad
presens, quia eam angelus sanctificaverat; vel
pro nuditate pedum in his locis, scilicet in
penitentialibus, pro nomine innocentie que talibus
cognitur. Etiam nunc incedunt primi peni-
tentes nudi. Diluculo autem iuxta consilium
angeli vii sacerdotes vii buccinis
clangebant ante archam, omnisque populus ar-
matus precedebat archam, et reliquum vul-
gus sequebatur eam. Circuieruntque civita-
tem primo die azimorum semel cum silen-
cio et regressi sunt in castra. Sic fecerunt
vi diebus. Die autem vii septies eam
circuierunt. In circuitu vii Josue dixit
ad populum: Vociferamini et ascendite, sitque ci-
vitas hec anathema. Quod denotat unde vere
sit aurum et argentum et es et ferrum que
conservabitur domino in primicias operum nobis.

Sola raab cum suis salvabitur. Iosue vociferante populo
et clangentibus tubis muri corruerunt fun-
ditus. Et ascendit quisque per locum qui contra se erat
et interfecit omne vivens in ea et combusse-
runt eam et omnem supellectilem eius in thesaurum
domini sempiternum. Raab vero honoratam mun-
eribus cum omni domo sua receperunt in israel in perpetuum,
quam precedente tempore duxit salmon in uxorem
princeps tribus iuda.
Tunc imprecatus est io-
sue dicens: Maledictus
qui reedificaverit iericho in primogenito suo
fundamenta illius iaciat et in novissimo li-
berorum ponat portas
eius. Quod impletum est ut post legitur. vii.

Hec genuit booz avum illi. booz qui genuit obeth regis. n. z. iunius pr. filii nepos dei sive booz. Item ei tamen fuit. n. semel ponit illud in genealogia matthei.

De lapidacione achor

Porro achor vel achan filius charmi de tribu iuda tulit aliquid de anathemate,
clamidem scilicet coccineam contextam auro. Unde
per Iosephum auri massam id est cc siclos, tulitque
ducentos siclos argenti regulamque auream
vel linguam id est l siclorum. Misitque iosue
viros de iericho qui explorarent civitatem
hay que est iuxta bethel. Qui revertentes di-
xerunt: Non ascendat omnis populus quia suffi-
ciunt tria milia ad capiendum civitatem. Iose-
phus dicit tria. Qui cum ascendissent terga ver-
tentes percussi sunt a viris urbis hay et cor-
ruerunt ex eis xxxvi viri. Iosue vero
scidit vestimenta sua et iacuit pronus coram
archa usque ad vesperam et senes populi cum eo in-
duti saccis et ligno super capita eorum. Verebantur
enim ne timor eorum quod invaserat chananeos
transiret in audaciam. Unde ut imperium
facerent in ipsos. Dixitque dominus ad iosue: Pollu-
tus est populus anathemate, non ero cum eo donec munde-
tur. Applicans ergo populum ad te et fac sor-
tem per tribus ac familias et domos et capita.
Et quemcumque sors invenerit comburetur igni cum omni
substantia sua. Quo facto invenit sors tribum iude,
deinde familiam zare, tandem domum char-
mi, ad ultimum caput achor. Et dixit
ei iosue: Fili da gloriam deo confitendo
quid feceris. Quo confesso missi sunt nuncii ad
tentorium eius, qui predicta furtim recondita
inventa retulerunt ad populum. Tollens itaque
iosue illum cum universa domo eius et universa
supellectili et iumentis duxit eum in vallem
profundam. Lapidavitque eum omnis israel et cuncta
que illius erant igne consumpta sunt. Et cum
ipso lapidato fecerunt super eum acervum lapidum
qui permanet usque in presentem diem. Vocatumque est nomen
loci illius vallis achor. Et putandum est populum
neglexisse mandatum domini quod preceperat eum com-
burendum. Nam in scriptura igneis vehementi
pena accipi solet id est de fornace ferrea
egypti. Putat tamen hebreus dominum precepisse ipsum
lapidari et alia que lapidibus obrui possent,
certa que lapides non sentirent igne cremari.
Tradit eum augustinus iosue fecisse hoc quadam
consideratione. Aut enim penituit achor et
sic dignus non erat gehennali igne. Et
sic noluit eum urere quod dignus igne non erat.
Vel si non penituit et dignus erat igne e-
terno, reservavit domino penam ignis, puniens
eum alio genere pene, ne videretur bis puniri
in idipsum.

De incendio hay. viii.

Postea surrexit iosue et omnis populus
cum eo ut ascenderent in hay. Et pre-
misit xxx milia virorum inter bethel et
hay ad occidentem. Qui dimisit illos in
insidiis. Ipse rediens ad exercitum qui erat
ad aquilonem. Rex autem hay festinavit
mane egredi cum omni populo suo ignorans
quod post tergum laterent insidie. Iosue vero
fugiens cum longius processisset ab urbe elevavit
clypeum quem gerebat. Quo viso sur-
rexerunt qui erant in insidiis et intrantes
urbem succenderunt eam. Quibus egressis post
hostes et iosue faciente impetum in eos
fugitque pre cedebantur ab adversariis et interfecti
ceciderunt omnes a viro usque ad mulierem xii milia ho-
minum. Predam vero sibi diviserunt, suspen-
dentes regem hay in patibulo usque ad vespe-
ram. Quem deponentes eum proiecerunt in introitu
civitatis, congesto super eum acervo lapidum. Suc-
cendentesque urbem fecerunt ei tumulum sempi-
ternum. Hic preoccupat historia de altari
illo quod factum est inter garizim et hebal, et
quod scripsit iosue deuteronomium et de bene-
dictionibus et maledictionibus factis sicut moyses illos
dederat loco suo dicemus.

De dolo gabaonitarum. ix.

Gabaonite vero audientes
que fecerat iosue duabus urbibus
et quod ex mandato dei nulli poterat
et hiericontinis per non amicitias facere

cum eis. callide cogitauerunt inire fedus cum israel
Miseruntque nuncios qui de longinquo uenientes
quasi tanquam itineris longi uiri ueteres ferebant
et ueteres sotulares expictatos consutos pa
nesque in itinerariis eorum duri erant et immundi
et in frusta comminuti. Qui cum uenissent in gal
gal dixerunt ad israel. De terra longinqua ueni
mus quia exit fama quod forte uobis debetur. Sumus serui
uestri inite fedus. Crediderunt que eis filii israel
et os domini non interrogauerunt. Initoque cum eis fe
dere iurauerunt eis iosue et eleazar et omnes
principes multitudinis. Post triduum uero cogno
uit israel se circumuentum esse a gabaonitis. Mo
ueruntque castra et uenerunt ut delerent ciuita
tes eorum. Egressique sunt gabaonite obuiam
eis. Et ait iosue. Cur imposuistis nobis?
Qui dixerunt. Timuimus ualde et de consilio
prudentium quibus uiris. Facite quod nobis bonum
et rectum uidetur. Tunc acclamauit populus non esse stan
dum iuramento quod per subreptionem factum erat.
Presertim cum deus inhibuisset talibus federari.
Maiores uero qui iurauerunt pro religione
iurisiurandi seruanda et timore populi sedando
sic dispensauerunt ut non haberent eos socios
sed seruos agricolas et deseruirent nathinnei et ligna
rios qui ligna cederent et aquas porta
rent in usus altaris in locum quem deus elegisset. Iosue
sed redijt israel in galgal. **De v regibus su**
perensis. x.

Eo tempore regnabat in ierusalem
adonisedech. quod interpretatur dominus iustus
forte sic uocabant reges ierusalem a tempore
sem et melchisedech sonat rege iustum.
Qui cum audisset gabaonitas fedus fecisse cum israel ti
muit ualde et conuocauit iiii reges secum
et ascenderunt v reges amorreorum et ob
sederunt gabaon. Obsessi autem miserunt ad
iosue dicentes. Ascende cito et libera nos.
Qui collecto exercitu irruit repente super
hostes. Et uersi sunt in fugam per descensum
bethoron. et deus immisit grandinem et plu
res occidit grando quam gladius. Videns autem
iosue sole descendente ad occasum et lunam
ascendentem timens ne beneficio noctis eua
derent hostes. clamauit ad dominum dicens
Sol contra gabaon ne mouearis et luna
contra uallem haylon. Steteruntque sol et lu
na spacio unius diei. v reges absconderunt se
in spelunca urbis maceda

Sub ezechia addi
te sunt diei x hore
huius diei.

Precepitque iosue saxis et lignis uolui saxa
ad os spelunce et apponi custodes. Vos autem
persequimini hostes. Cesis itaque aduersariis
plaga magna redijt exercitus ad iosue
in maceda ubi tunc erant castra. sanus et integer
nimio. Et ait iosue. Producite v reges de spe
lunca. Quibus adductis dixit ad principes exercitus
ponite pedes super colla regum istorum. Ne time
atis. Sic faciet deus cunctis hostibus uestris. Iosue
sed suspendit reges in patibulis. Depo
sitosque ad uesperam proiecit in speluncam in
qua latuerant et posuerunt super os saxa in mo
numentum sempiternum. Eademque die percussit
macedam et regem illius in ore gladii. Preterea
et uastauit lebnam et lachis et eglon
et hebron et dabir. Et reuersus est cum omni
israele ad locum castrorum in galgalis.

Quod cum audisset iabin rex asor
misit ad omnes reges chananeos.
Egressique sunt et iiii reges cum tur
mis suis. habentes secum et equos innumerabiles
et currus. conuenerunt ad aquas merom
ut pugnarent contra israel. Dixitque deus
ad iosue. Ne timeas eos. Cras tradam
eos uulneratos. Equos eorum subneruabis et currus
eorum igne combures. Fecitque ita. Per
cusseruntque omnes filii israel eos quia se in
ciuitates munitissimas receperunt. Fecerant
enim chananei plures munitiones per ualles
a die quo audierant regnum israel. Vastauerunt
que uniuersam eorum regionem nullum relinquentes homi
nem preter aut seruum. Diuiseruntque super
me ex hostium predam. **De altari in hebal**
et prima distributione. xii.

Quintus autem
annus transierat a transitu et transtulit
iosue a galgal locum castrorum
in sylo. et ibi transtulit tabernaculum
cum omni ornatu suo pro loci opportunitate
et inde processit in sychem cum omni populo
et construxit in monte hebal altare domino de
lapidibus impolitis. obtulitque super eo ho
locausta et pacifica. Scripsitque super illud
deutronomium quod quidam intelligunt manasse
et tamen deutronomii. posuitque mediam
partem populi super montem hebal cum sacerdotibus
et leuitis. aliamque mediam in monte gar
rizim cum sacerdotibus et leuitis et accla
mauerunt sibi alternatim benedictiones et ma
ledictiones. sic mandauerat moyses. illic

porro Iosue dicit benedicta et maledicta in al
tari conscripta reliquisse. Quo facto redierunt
in sylo. Concessit autem iosue tribui iuda
morandi ad meridiem quam iam acquisierant. sed
non dum sorte tradidit. Effraym quoque concessit
morandum ad aquilonem inter utramque mediam
tribum manasse collocavit. His tribubus
concessit terram aliis inclusis manentibus.
tum quia bellicosi erant. tum quia digniores
censebantur. non unde regnum promissum erat. et
manasse et effraym benedixisse iacob pro
beneficio ioseph patris eorum. Sed et ipse quoque iosue
effraytha erat. Dedit autem effraym in eius
sorte aliorum agrum sychem quem dedit ia
cob singularem ioseph filio suo et sepeli
vit in eo ossa ioseph. Ideo tamen testa
se vidisse in sychem sepulcra aliorum pa
triarcharum et credibile est quod quaque tribus
suum patriarcham retulit in illam sortem
Accessit. De ebron data caleph. xiiii.
autem caleph filius iephone ad iosue
.xiiii. corde omni spiritu et ait. Tu scis que
locutus sit deus de me et de te ad moysen. et quod
iuravit mihi moyses cum venissem ab exploratione
dicens. Terra quam calcavit pes tuus
.xv. erit possessio tua in eternum. Pollicens quod
.xvi. in terram intraremus in caleth. enachite au
dierant. xl. anni et quinque sunt ex quo locutus est
deus verbum hoc. Hodie lxxxv. annorum sum sic
.xvii. valeo ut eo tempore valebam. Benedixitque
ei iosue et tradidit ei hebron in posses
sionem et ceteris terram apostolis. Quomodo
Iosue sorte divisit terram. xviii.
Iterum convocatis iosue cetum in sylo et ait
senioribus. Bonum est ut terram quam promisit
nobis deus sorte dividamus. Assumpsit ergo
de singulis tribubus tres industriosos viros
ad considerandum terram. Dedit quoque eis .x. viros
metiendi geometras qui per artem uterentur non la
terent. ingredi eis nec ignorarent terram
metirentur. sed et estimationem feliciter terre
quam minus esset ydonea. fructus sepe plus sufficit
ubertatis quam. c. Et quia in scriptis redigerent
terre divisionem. viri autem reversi terram
in septem partes. vii. in scripto reversi sunt ad
eum in sylo. proiectis quoque sortibus prima sors
iude cessit. ii. symeonis terra. Be
niamin. Hec sors angustissima fuit
propter terre fertilitatem. tulerunt enim iericho
et ultimam. iiii. effraym. v. medietati tribus
manasse. vi. ysachar. vii. zabulonitis. .xix.
viii. aseritis. ix. neptalim. ultima dan
tis. Et notandum quod post concessionem terre prius factam
duabus tribubus et dimidie et tradicionem post
factam per sortes ix. tribubus et dimidie videre
quomodo locuntur auctores legitur enim quod iudas ha
buit terram sine sorte et quod obtinuit urbem non
potuit inde eicere iebuseum quod de concessione dictum
sit. Ubi legitur quod beniamyn possedit urbem
quod de tradicione dictum est. Et legitur quod iosue locutus est
vii. tribubus usquequo torpetis ignavia. Da
te in viros qui dividant nobis terram. Cum hoc
omnibus dixisset vii. tamen legitur. hoc dixisse quia
due tribus et dimidia terram concessam quam terram
dictam possidebant. Inde est quod hic non iudea
divisit modo accipitur. Quia dicitur iudea tota
terra ex ratione a iudeis dicta quod dicitur populi
iudeam fecisse tributariam. quia iudeam
totum regnum iude. ut ibi audivit ioseph
quod archelaus regnaret in iudea. quia pro sola
sorte iude ut in iudea et iherusalem. idest sors
iude et beniamyn. Si ei circa hoc sibi
obloqui videntur auctores determinandum est
per terram concessam vel traditam. non iudas et
effraym minorem habuerunt concessam quam
traditam. Soli autem duo cum privilegiati
sine sorte terram habuerunt. Caleph hebron
habuit. Iosue habuit tannatsare. .xx.
et sychem post iosue. Hanc partem elegit
iosue. post distribucionem omnibus factam tamquam
bonus dispensator. Sed et levites sepulturam
.xl. et .viii. civitates. ad habitandum quarum
.x. prius acceperant in amorreis. De le
vitis .xxxviii. tres constituuntur civitates
refugii. hebron. de iuda. sychem. de
effraym. de neptalim ceteris. Tunc lo
cuti sunt filii ioseph ad iosue. Cur de
disti nobis quam possessionem unius funiculi cum
sim tante multitudinis. Respondit iosue ad
effraym et manasse et dixit. populus multe
es et fortis. non erit tibi sors tua sed
transibis ad montem et purgabis tibi terras ex
pergere. et fere et loca. De ingressu
Eo tempore arce datis a patre. xxi.
ascendit caleph terram sibi traditam
et percussit in hebron tres filios e
nach. et descendens inde obsedit civitatem
dabyr que prius vocabatur cariathsepher

i. vel chariath baal i. ciuitas insilvarum

.i. ciuitas litterarum. Cives non eius septores cariaro. Quam cum ulcisset. Qui primus dixit: Qui percusserit urbe hanc et ceperit, dabo ei Axam filiam meam uxorem. Cumque cepisset eam othoniel filius ceneth frater caleph iunior eo. Canit non ceneth, frater caleph iunior, et si ille filius iephone iste filius ceneth, et non forte patre eorum bino mi fuit. Dedit ei caleph filiam suam Axam uxorem. Quam pergentem in itinere monuit vir suus ut peteret a patre suo agrum irriguum; suspirauitque ut sedebat in asino. Cui caleph: Quid habes? inquit. At illa: Da mihi benedictionem. Terram arentem dedisti mihi, iunge et irriguam. Deditque ei caleph irriguum superius et irriguum inferius, i. agros irriguos circa ciuitatem ab oriente et occidente.

Tralipomenon dicit: Hebron, cariathiarim, i. ciuitas gigantum, ut uxores Hebrei in nepotes coniugium uel coniugium quia coniuges sepulti sunt, i. cum uxoribus.

Iosephus quod caleph malum seruante nouum sumpsit legem, que interdicit matrimonium cum filiis fratris, nisi forte intelligatur lex de filia fratris expatre.

Elyc ponit receptionem excelsorum et receptionem humilium sabaudi fluentorum.

De reditu duarum tribuum et dimidie. xxii.

Eodem tempore cum iam xiiii. annis transissent dixit iosue ruben et gad et dimidie tribui manasse: Fecistis que precepit vobis moyses famulus dei, et quia dedit deus fratribus vestris requiem, reuertimini ad terram possessionis vestre, tradunt ut custodiatis legem dei et colatis eum, non eatis post deos alienos, quia archam et tabernaculum non habetis, fratres sunt et serui uni dei. Et transiecto flumine separati sunt, et ea que diuiserant dimidie cum fratribus qui remanserunt omnia. Qui reuertentes peruenerunt ad tumulos iordanis, hec non deserti loca que transierunt. Alii proprie transierunt filii israel dicitur uada iordanis, et edificauerunt iuxta iordanem altare infinite magnitudinis, uocantes illud hoc nomine testimonium nostrum quod deus ipse est deus. Videtur quod uellet iosephus quod altare super sepulchrum illud. Cumque redisset ad aures iam dictum iosue et hiis qui remanserant de edificatione altaris, et arbitrati sunt illos erexisse illud ut immolarent super eo uictimas, quod non licebat nisi super altare quod construxerat deus ante tabernaculum. Cumque arripuissent arma ut eos delerent, de consilio missus est phinees ad eos et x. honorati cum illo, qui dixerunt ad illos: Que est ista transgressio? Cur reliquistis deum israel et cultum eius, edificantes uobis altare sacrilegum? At illi dixerunt: Absit a nobis hoc scelus; aliorum ipse deus queratur et iudicet. Sed timuimus ne dicerent filii uestri filiis nostris: Quid est nobis et uobis? Ergo nobis et domino deo israel terminum posuit deus inter nos et uos. Quin obtinere memoriale hoc ereximus in signum quod fratres uestri sumus et deum colimus uobiscum. Hiis auditis placatus est phinees, et cum retulisset uerba hec ad cetum populi, laudauerunt deum. Hic ut quidam dicunt femina que legitur in iudicum, quod angelus domini transiuit de galgala ad locum flentium. Sed quod potius ut augustinus hoc factum est post mortem iosue. Sed non audierit filii israel eo uiuente aptius uere de adeo. Nos loco suo explicabimus.

De federe quod statuit populus cum deo. xxiii.

Euoluto autem multo tempore congregauit iosue omnem israel in sychem et ait: Ego hodie ingredior viam uniuerse carnis, et scio uos quod nos adiuuerit deus. Eligite hodie quod placet, cui potentissime seruire debeatis, utrum diis quibus seruierunt patres uestri in mesopotamia, an diis amorreorum in quorum terra habitatis. Ego autem et domus mea seruiemus domino. Et ait populus: Domino seruiemus, absit ut a deo recedamus. Et dixit iosue: Testes uos estis quod elegistis hodie uobis dominum. Et responderunt: Testes sumus. Et ascenderunt in sylo ut starent coram domino. Percussitque populus in die illa fedus cum domino, et missus sedens effudit iosue aquam super terram. Mos erat gentilibus in signum et robur federis, illius sanguinem fusum effundere, quod diceret: Sic effundatur sanguis illius qui uiolauerit fedus hoc. Hebrei uero aquam fundebant, ab eo quod pena in uiolatorem iudicabatur. Alii non liquores non effunditur de uase quin aliquod uestigium eius appareat in uase relinquatur, solus aque liquor sic effunditur. Quasi faciebat hebreus: Sic fedus hoc cum domino, quod dicitur, non solum uiolatum huius federis peribit sicut in aliis fit federibus, sed tota progenies eius peribit cito, ut nullum uestigium eius appareat super terram. Scripsitque iosue in

die illa uerba hec in uolumine legis dei · i ·
in libro hoc · et tulit lapidem grandem · posuit
que eum sub quercu que erat ante sanctuarium dei · et
ait · En lapis iste erit uobis in testimonium
Solebant enim ueteres sibi durabilia erigere ut
sui diuturnitate positis iudicibus in memoriam
reuocaret · Dimisitque iosue populum singulos
in possessionem suam · **De morte iosue et eleazar**

Post hec mortuus est iosue cum esset
c · et x · annorum · xl · iiii · annorum
erat cum accessisset ad moysen · et xl ·
annis fuit cum eo in deserto · ergo colligitur
quod xxvi · annis rexit populum in solitudine et se
pelierunt eum in thamnathsare que sita est in mon
te effraym · Eleazar quoque mortuus est · et
sepelierunt eum in gabaa phinees filii
eius que data est ei in monte effraym qui succes
sit ei in sacerdocium · **Incidencia**

In diebus iosue erictonius primus iunxit quadrigam
in grecia · Et hoc tempore apud alias naciones
Busyris tyrampnidem exercebat in hospites
Phenix et cadmus de thebis egypciorum in
syriam profecti in regione tyri et sydonis reg
nauerunt · sed cadmo recedente in greciam
terra a phenice phenicia dicta est · Europa
filia phenicis rapitur a ioue · Danaus
cum l · filias · l · filios egysti fratris sui inter
fecit uno tantum superstite qui regnauit post

Hystoria iudicum [illegible]

Liber iudicum hebraice sophthim di
citur qui iudices describit usque ad heli
sacerdotem · et ob hoc dicitur iudicum liber
amatiq · videtur tamen quibusdam ab auctoribus
sic notatum · ut quasi cronice scriberet quisque
iudicum tempore suo in actis redegit · Et
aut in unum congregati dubium est · dicunt quidam
quod samuel · alii quod hesdras · veri similius
ut quod ezechias · qui parabolas salomonis
et librum regum in unum collegit · Siquidem
inter iosue et moysen iudices non annu
merantur · quia non soli iudicauerint
populum sed et rexerunt · Ceteri autem nil nisi in populo
fuerint nisi in tribulacionibus suis · filio et
prudencia eorum populus utebatur · **Quomodo
iudas pugnauit contra
chanaan**

Post mortem iosue consuluit
deum populus per phinees · Quis
ascendet ante nos contra chana

neum · aut quis erit dux belli · et dixit dominus · Iu
das non personam sed tribum designans · Credunt
tamen caleph prefuisse populo · sed et modicitate temporis
sui rectoribus non iudicibus annumeratus est · Et ait
iudas symeoni · Ascende mecum in sortem
meam · et pugna mecum contra chananeum
et ego pergam tecum in sorte tua · Sors tamen legis
symeon partem pretium fuisse sortis · sed adhesit
iude ut impleretur quod predixerat iacob de symeon
et leui · Diuidam eos in iacob · et dispergam
in israel · Ascenderuntque iudas et symeon in
beseth · et percusserunt inde · x · milia
Comprehenderuntque adonibezech · i · dominum be
seth · adonay · enim dominus sonat · Inciderunt
summitates manuum et pedum eius · Ut hebre
um signum ut sonare pollices quibus cessit nos
pacione homo ad arma ferenda · Et ait ado
nybeseth · Mercedem pacior hic · Idumea
enim fecerim · lxx · regibus qui colligebant sub
mensa mea reliquias · Et ascendentes in ierusalem
percusserunt eam et dederunt in incendio et reliqu
erunt in adonaybeseth et mortuus est · Nec
intelligendum est quod filii israel tunc habuerint ierusalem
in dicione sua expulso iebuseo · hoc enim
factum est usque ad tempora dauid · Qui expulsis
iebuseis sedit in ea · et transtulit eam de beniamin
in sorte regni · Et sic ut aquibusdam re
capitulando dicitur et factum est in uita iosue in
distribucione sortium quando cessit iudas ha
bebat ierusalem · et totum recapitulando dicitur usque
Et surrexerunt alii qui non nouerunt deum · Filii
et dixit eo ordine dicitur · Et hoc uult aug · hec
esse quod factum est in deinde · ordine suo dicitur io
inchoat recapitulando · sine preoccupacione ·
Dimisit ergo iosue populum et cetera · Ascen
dit et caleph in ebron · et dixit · per quos adiutor
et percussit hostibus plenis possedit eam · Et
recapitulat hic hystoriam quam supradiximus factum in
cariathsepher · Cepitque iudas gazam et
ascalon · et accaron · cum finibus suis · et non potuit
delere habitatores uallis · quia falcatos currus
habundabant · **De cyneis et tribus migracione populi**

Filii autem ietro cynei · cognati
moysi · ascenderunt de ciuitate pal
marum cum filiis iuda in desertum sortis
eius quod est ad meridiem · Isti sunt filii abab fratris
phore uxoris moysi · qui relicto patre et patria
secuti sunt moysen · et deinceps habitauerunt in medio
filiorum israel · Ciuitas autem palmarum dicitur hic

engaddi. vel que iericho sic solebat appellari forte
de campestribus eius. Non enim cum beniamyn transtu-
lerunt se ad iudam. Beniamyn autem per iudam
ascendit in ierusalem. Hunc putant quidam eum fuisse
commixtum. Non potuit eicere iebuseum. sed passus est
eum habitare secum sub tributo. Effraym etiam a-
scendit in bethel que prius luza vocabatur. Vide-
runtque hominem egredientem de obsessa civitate
dixeruntque ei. Ostende nobis introitum civitatis
et faciemus tecum misericordiam. Qui ostendente percusse-
runt eam. hominem autem et domum eius dimiserunt. Qui egressus
in terram ethym. edificavit ibi civitatem et voca-
vit eam luzam. Nec delevit effraym cha-
naneum. sed passus est eum vivere sub tributo. Similiter
et reliquae tribus cum essent confortatae maluerunt
eos habere tributarios. quam delere contra preceptum di-
vinum mandatum domini. et contulerunt se ad agri-
colandum. Et addiunctas se tradentes epulis
et libidini iam rebelles facti in eo quod in sacramento le-
gis integri non erant. De loco flentium. ij.

Angelus autem domini apparuit in galgala. al. quia
et dominum convenisset adversum filios israel de fi-
nibus suis transtulit se ad alium locum. et
secuti sunt eum. Cumque in galgala eis dominus promisisset
beneficia que eis contulerat. addidit. Cur iu-
ssis meis fedus cum habitatoribus terre huius et aras eius
reservastis. et noluistis audire vocem meam.
Quamobrem dii eorum erunt vobis in ruinam. Cumque
angelo loquente elevaverunt vocem suam et fle-
verunt. Et vocatum est nomen loci illius locus flentium
agnomine. abeuntes sic ex galgala callis
fluviorum. Immolaverunt ibi hostias domino.
Post hec recapitulat hystoria de iosue ad
continuandum ordinis seriem dicens. Dimisit ergo
iosue populum. et abierunt filii israel unusquisque in
possessionem suam. servieruntque domino cunctis diebus
iosue et seniorum qui post eum vixerunt et noverant
opera domini que fecerat cum israel. Mortuus est autem
iosue. et omnis illa generatio seniorum congre-
gata est ad patres suos. De othoniel. iij.

Et surrexerunt alii qui non noverunt
dominum. et non iudicant eis ubi tunc que per-
fecerat eis in exitu de egypto in deser-
to. et in ingressu terre promissionis. feceruntque ma-
lum in conspectu domini. et servierunt baal. et asta-
roth. et diis terre. contra quos ad iracundiam conci-
tavit eum alienigenis. Quamobrem indig-
natus dominus non delevit gentes de me-
dio eorum. ut essent eis in aculeum et laborem.
Et tradidit eos dominus in manibus cusanrasathaym
regis mesopotamie et syrie. Servieruntque
ei. vij. annis. et clamaverunt ad dominum
qui suscitavit eis liberatorem othoniel filium
caleph. quem iosue cenez vocat. qui equivo-
cum patri. vel dicitur cenez. quia cenezeus a loco
et fuit dux cum eo. et pugnavit contra cusan-
rasathaym. et oppressit eum. Et quievit terra
xl. annis. Et mortuus est othoniel. Hic
de iose. occisione in beniamyn fratrum pro
uxore levite quam nos infra ponemus
secundum rei ordinem. hic liber
sub hoc numero comprehendens.
Et non quia hebrei excepto tempore cum annis non addunt annis precedentis servitutis
runt annos servitutis et gentis
et similiter sub aliis iudici-
bus. alias non staret hy-
storia. Incidentia.

In diebus othoniel cadmus regnavit thebis
ereci filius semele natus est dyonisius liber
pater. Bitynus codicem aphenice quod
fenicibus apud quos edidit litteras et adscribit
inicialium institui. unde et color ille se
moteus dicitur. quod post ea littera mutata punic-
eus dicitur. Ephyra que nunc chorus dicta a fili
pho condita est. Minos autem filius europe reg-
navit in creta.

Addiderunt autem filii israel facere malum
coram domino. Qui confortavit adversus
eglon regem moab. et copulavit
ei filios amon et amalech. Qui transiens
iordanem percussit israel. et posuit populum suum
in galgala. et fecit sibi domum in urbe palma-
rum iericho. et servierunt ei filii israel. xviij.
annis. Et clamaverunt ad dominum qui susci-
tavit eis salvatorem aioth filium gera
filii gemini qui utraque manu utebatur
pro dextera. Geminum quidam dicunt fuisse
quendam filium nobilem in beniamyn quem posterius
suis sepe legitur imputare obignominiam.
Hebrei dicunt hunc fuisse beniamyn. et quia
dixerunt ut nos ponimus gemini ibi
ponitur iamin. quod sonat dextrum vel dexte-
lem. quod latine gemini dici possit. quia
geminatum cum trahente ingeminatur iamin
per i. et sonante scriberetur. Ei autem a
iamin geminus sicut dicitur
vera dextera. Miserunt
que filii israel per aioth mu-
nera regi eglon. qui fecit

Tunc regnum incipiet agere de saul dicitur fortis

Sibi gladium ancipitem longitudinis palme unius et accinctus est eo in dextro femore sub sago quod quadrifide forme militaris erat induitus. Erat autem Eglon crassus nimis. Cumque obtulisset munera et sequeretur socios qui cum eo venerant, et reversus ad regem ait: Verbum secretum habeo ad te, o rex. Et egressis omnibus qui circa eum erant, accessit ad eum Aoth et ait: Verbum Dei habeo ad te, quasi intelligendum de sompnio commendato diuinitus. Et statim surrexit de throno. Extenditque Aoth manum sinistram et tulit sicam de dextro femore et infixit eam in uentre eius ita ualide ut capulus sequeretur ferrum, sed reliquit in corpore. Ipse uero clausis diligenter ostiis cenaculi per posticam egressus est et aufugit. Serui regis prolongatam moram mirantes inuenerunt eum mortuum et iacentem in terra. Venitque Aoth in Seirath et insonuit buccina in monte Effraym, et descenderunt cum eo filii Israel ad uada Iordanis que transmittunt in Moab, et uolentes transire Moabitas percusserunt circiter x milia. Et humiliatus est Moab die illa sub manu Israel, et quieuit terra lxxx annis. Et mortuus est Aoth. Et tūc de phylisteis uolentes intrare terram Israel Sangar occidit dc uiros uomere uno. Ipse quoque defendit Israel, et eodem anno uitam finiuit.

Ab hoc Aoth quidam putant dictum geminum, quasi bihominem.

Incidentia

In diebus Aoth Cyrene ciuitas condita est. Et Triptolemus longa naui Eleusim ueniens frumenta distribuit. Proserpinam rapuit rex Molossorum Orchus, et ingens canis Cerberus Pyrithoum deuorauit qui cum Theseo ad raptum Proserpine uenerat. Et Theseum deuorasset nisi Hercules superueniens eum liberasset. Frixus et Helles insidias nouercales effugerunt in naui cui insigne fuit aries. Ericthonius regnauit. Tros a quo Troia condita fuit. Perseus Gorgonem occidit meretricem que ob nimiam pulcritudinem suam spectatores suos mentis impotes reddebat. Dyonisius in India Nisam condidit et a suo nomine eam appellauit.

De Delbora et Barach. V.

Post mortem Aoth addiderunt filii Israel facere malum coram Domino qui tradidit eos in manum Iabin regis Chanaan qui regnauit in Asor, et habuit ducem exercitus sui Sysaram. Ipse autem habitabat in Aseroth gentium que sic dicebatur quia in abundo [illegible] similes collectis gentibus habitabat, et oppressit filios Israel per xx annos. Et clamauerunt ad Dominum. Erat autem Delbora prophetes uxor Lapidoth, que posuerat tentorium suum in monte Effraym sub arbore palme que dicebatur palma Delbore, et ascendebant ad eam filii Israel in omne iudicium querendum. Que uocauit Barach filium Abynoe de Cedes Nepthalym. Alii uero tenent ad plenum uocauit uirum suum quem fuisse dicunt Lapidoth. Creditur uero fuisse Barach et Lapidoth, quia est utrumque nomen interpretatio, interpretatur enim utrumque choruscatio. Delbora uero hebraice lapis. Que dixit ad eum: Precepit tibi Dominus Deus Israel: Duc exercitum in montem Thabor, x milia de Nepthalym et Zabulon. Ego adducam Sysaram in manu tua ad torrentem Cyson. Cui Barach: Si uenis mecum io pergam. Cui ait: Ibo, sed in hac uice uictoria tradetur in manus mulieris. Nunciatumque est Sysare quod ascendisset Delbora et Barach in montem Thabor ad pugnandum. Et congregauit exercitum ad torrentem Cyson ccc armatorum ut ait Iosephus et x milia equitum et nongentos currus falcatos et alios currus [illegible]. Et ait Delbora ad Barach: Descende, hac die dabit enim Dominus Sysaram in manus tuas. Et descendit cum x milia, Delbora stante in monte ad orandum. Et perterruit Dominus Sysaram et uniuersam multitudinem eius. Venit grando et pluuia que uerberabant in facies eorum, arcus et fundibula inutiles fiebant. Plurimi de equis et curribus suis excussi sternebantur. Sic conuerso in fugam exercitu Sysara de curru exiliens et fugiens peruenit ad tentorium Iahel uxoris Aber Cynei. Aber enim cum omni domo sua recesserat a fratribus suis qui habitabant ut diximus in sorte Iude, et tetenderat tabernacula sua in ualle Sennym iuxta Cedes, et erat fedus inter regem Asor et domum Aber Cynei. Porro Iahel suscepit fugientem et rogantem ut celaret eum et petenti potum dedit ei lac ut grauius obdormiret. Illa uero dormienti clauum ferreum malleo percussum per utraque tempora immisit usque ad terram. Et Barach post paululum ueniens ostendit eum terre confixum. Et sic impletum est quod dixit Delbora quod per mulierem

triumph' decider. Barach ũ agens exercitu fi
assor obuia ueniente iabyn int'fecit ciuitate
fundit' deiecit ut dic' Io. Cecinitq; delbora
et barach canticu dn̄o in q̄ hortabant' uiuto
res ad bndicendu deu. rememorando q̄ fe
cerat de isrł dn̄s dans lege in m̄te monti et plu
uia. addendo et quo p̄ singula ut diximus
conuerint hostes a semitis isrł. et quo defe
cerit fortitudo isrł donec surgeret delbora q̄
noua bella elegit dn̄s ut mli de uiris tum
pharet. q̄ sequit' in cantico. Surge
delbora et loq're canticu nō. in hebreo
additq; de amalech. uicto in raphadim
ab effraym .i. Iosue. effraimita. Et p̄phauit
eide p̄ech' ascendit p̄siul de Benyamin
Et comedauit eos q̄ de manasse et ysach
ar. et zabulon et neptalym cu eis uenerat
ad p̄liu. Uitupans e contra rubuen et gad
et dan et as. q̄ noluerunt cu eis uenire. Q
aut ē ruben .5. se diuisu intelli. q̄ separat
se a pugnantib'. uł q̄ ruben inter se diui
si erat q̄bdam hortantib' ut iret ad p̄liu
aliis dehortantib'. Q aut ē pugnasse
eos in thahanne iuxta aquas mageddon
intelligendu est regione ee sic' cyson qui
p̄fluit mageddon. Hebrei hł t'ramez
ache. q̄ int'p'tat' ꝑ altitudinem campi
et significat q̄ tempo ubi p̄liati sunt hosti
bus fortiores facti sunt. Q aut sequitur
stelle pugnauerunt contra sysara nō ma
thematice intelligend' est q̄i fatali constella
tione h' fcm fuerit. sed q̄ choruscationes
et fulgura ira de sublimi ferebant' in eos. ac
si stelle ruerent. et est yp̄bolicus. Sequit'
Torrens cyson traxit cadauera eorum. sic' torrens
cadumyn .i. mare rubru. supple traxit cada
uera egypcior'. Cadumyn int'p'tat' antiquor'.
et ponit' pro mari rubro. eo q̄ antiquitus fcā fuerint
miracula q̄ refert. Conculcat aīa mea ro
bustos. uox est ip̄ se se adhortantis. Sequit'
Maledicite terre meroth dixit angls dnī.
Meroth fuit un' de p̄ncipib' chanaan.
Delbora ũ se ipam dixit angłm dnī
uel misahel michahel. q̄ p̄erat isrł dixit
ut malediceret meroth q̄ sonat alcham
.i. angls apostatans q̄ adiutabant ei in
alchamo. p̄ hec bndixit iahel quo forti
ter egit. et q̄euit t'ra .x. xl. annos

E o tempe regnum. fratrum.

defecit aps̄ agros argos et translatum
in mycenas. obiit iub p̄r. c' sepultum apd
delphos. iux' apolline aureum. pingitur
ũ mulieb' corpe q̄a mulieres militabant cum
eis hunc incredibili ylium. abylio conditum
mileus condita. De Gedeone. vij.

Fecerunt aut filii isrł malu coram
dn̄o. l' coram dn̄o. q̄ tradidit eos in man'
madyan .vij. annis. Ascendebat
.n. madyan et amalech singlis annis in
isrł uastantes segetes eor' et uniuersa
iumenta thenentes in p̄dam. Cumq; clamas
set isrł ad dn̄m. misit ad eos uiru p̄pham
p̄ q̄ exp̄brauit eis dn̄s bnficia q̄ contulerat
eis. et tn̄ noluerunt audire uoce eius
Uenit aut angls dnī et sedit sub q̄rcum
q̄ erat in effra. Hic est ut q̄ dn̄ sic fa
lapis aut sub q̄ sedebat et q̄ et ager
p̄tinebat ad ioas p̄rem gedeon .i.
honorabilior' int' alios illi familie.
Gedeon ũ filius times hostes q̄ irruerant
fr̄um in occulto excuciebat frumenta
i torcular ut haberet uiaticu ad fugam
Io. d̄ hoc in maximum fuisse diuine p̄uida
tionis indicium q̄ tunc uteretur torculari pro
area. futurum .n. p̄ eū erat ut aree i
plerentur torcularia. Et ait angls ad eum
Dn̄s tecum uiror' fortissime. Cui gedeon
Si dn̄s nobiscum cur ap̄henderunt nos tot
mala. Et respexit eu dn̄s in angelo et
ait. Uade ego mitto te in hac fortitu
dine tua qm̄ .s. confero t' respiciendo uł
mitendo t' p̄cuties madyan q̄i unum uir
Cui gedeon. Si gratiam inueni coram
te nō recedas donec reuertar. Et coxit
gedeon hedum. posuitq; carnes et azi
mos panes i canistro. et ius misit i olla.
offerens eū angelo. Cui angls. pone
carnes et panes sup petram. et ius desu
funde. Q° fcō tetigit illa angls sum
mitate uirge q̄m gerebat. Et ascendit ignis
de petra et absumpsit omnia. Angls aute
euanuit ab ocul' eius. Timensq; gedeon
ait. Heu m̄ dn̄e q̄ uidi angłm dnī.
Cui dn̄s. Ne timeas nō morieris. Ea
de nocte ait dn̄s ad eum. Destrue ara
baal. quam erexit p̄r tuus. et nemus
circa eam succide. et occide taurum ex
saginatum p̄ eo. Aliud uero taurum

sepcene qp ciues dedicatunt ydolo offeres
in in holocaustum sr altare qr edificabis
i sumitate petre sup quam ante sacrificium
posuisti. Gedeon times prem et ciues
cum .x. suis omia nocte compleuit. et uocauit
uit altare pax dei et sacri. Incrastino dix
erunt ciues ad Ioas. Educ filium tuum ut
moriatur qr fecit hoc. Quibus ille ait. Nunquid
ultores estis baal? Si deus est baal uindicet
se. Et inde dictus est gedeon ierobaal .i. for
titudo baal. qui fortis contra baal. Igitur. ma
dian et amalech transito iordane sederunt
i ualle iesrael. qui locuste. Spiritus autem domini in
duit gedeon. uocauitque domum abyezer
de qua familia ipse erat. et ipse misit nuncios
ad manassen et aser et zabulon et nep
talim. Qui occurrerunt ei ait .xxvii. Et
pecijt a domino gedeon signum uictorie uellere
posito in area. si nocte illa uellus rore compluatur
et area sicca remanente. factum est ita.
Et expresso uellere rore concam impleuit. Se
quenti nocte ne ceu factum putaret pecijt
signum in contrarium ut area irrigaretur et uellus
siccum esset. Quod factum est. Reuertitur gedeon cum
·vij· suis ad fontem qui dicitur arad. Et ait deus ad ge
deon. populus multus est tecum. ne dicat israel.
meis uiribus liberatus sum. clama ad populum. Qui
formidolosus est reuertatur. Non intelligendum
est alia esse quam mandauit deus clamandum in populo
cum non tacuisse. quod moyses. dixit in deuteronomio.
Qui edificauit domum et non dum dedicauit eam
reuertatur. Similiter qui plantauit uineam et non
dum fecit eam communem. Et qui desponsauerit
uxorem et non dum accepit eam. Et reuersi de
populo .xxij. et tamen .x. remanserunt. Et ait
dominus ad gedeon. Adhuc populus multus est. Duc
eos ad aquas in caloe mediei. eos qui lambu
erunt aquam manu et lingua sicut canes
existimans magnanimos separabis. Et
inuenti sunt exceptis tantum .ccc. uiri. Et ait
dominus. In his trecentis tradam madyan in
manus tuas. Qui assumptis et cibarijs
in pruno et tubis gedeon se credimi dedit.
Eadem nocte dixit dominus ad gedeon. De
scende in castra madyan tu et phara
puer tuus tecum. et audies quod loquentur
et confortabuntur manus tue. Dissolutum
non erat cor eius. Qui descendens in prom
castrorum stetit ubi erant uigilie. et audiuit

in domum hely quam prius fecerat per virum dei. Non tamen putandum est irritam factam promissionem quam fecerat dominus aaron de sacerdotio sempiterno, promissionibus enim huiusmodi semper subaudienda est condicio: quamdiu potestis. Si custodierint filii tui terminum, videtur velle. Non dominus id est vocasse samuelem ut prefiguraret tres in eo dignitates futuras: fuit enim propheta, quod ab hac vocatione dicitur fuisse, fuit et iudex. Obtulit etiam quasi sacerdos, eo quod puer esset. Ychaboth nepos hely. Mane adiuravit hely samuelem ut indicaret ei omnem sermonem domini. Et indicavit ei omnia. Et ait hely: Dominus est, quod bonum est in oculis suis faciat. Crevit autem samuel, et cognovit universus israel quod fidelis propheta esset samuel domino. Et consuluit eum omnis populus verbum domini. Precepit enim dominus ut abicerent divinos et ariolos, quia hii et suscitaverunt a filiis suis verbum domini.

De morte hely et filiorum eius et captione arche. iiij.

Et factum est convenerunt phylistiim in pugnam. In asser quod dicitur locus princeps adiectus est in hebreo, quod vocatur nunc civitate amphaolem. Israel egressus est in pugnam iuxta lapidem adiutorii, quod ebenezer dictum est. Facta pace bello, victus est israel, et cecidit ex eo circiter iiij milia virorum. Et dixerunt seniores israel: Afferamus de sylo archam domini sedentis super cherubin, quod idem est ac in propiciatorio. Quod sedes super cherubin quia gloria domini ibi apparebat. Et tulerunt archam, et venerunt cum ea duo filii hely, offni et phynees, iam fungebantur sacerdotio patris sui, et acceperunt mandatum ab hely ne ad eum redirent sine archa. Et timuerunt phylistiim, et acrius pugnaverunt. Fugitque israel, et cesa sunt ex eo xxx milia peditum, et archa domini capta est, et duo filii hely mortui sunt. Cucurrit autem puer beniamyta ex acie, et indicavit in sylo quod factum fuerat. Hely autem sedebat contra viam que ducebat ad castra, spectans, id est auscultans. Iam enim cecus erat ut traditur. Hebrei enim noctem. Qui audita strage populi et morte filiorum, contremuit. Cum autem audisset archam captam, cecidit retrorsum et fractis cervicibus exspiravit. Nurus autem eius uxor phynees pregnans erat, et pre dolore incurvavit se et peperit filium, vix in sinu ut dicitur. Vocavit eum ychabot, id est ubi gloria dicens: Translata est gloria domini

---

a et superhabundabat. Hunc autem sensum videtur consentire hebreus quod distinguit: non poterat videre et subiungit: lucerna domini nondum extinguebatur, et sic congrue sequitur.

de isrl. porro phs hely iudicauit isrl. xl.
annis. cui concordat. Jo. lxx. et paralypomenon
dnt. xx. pre dicit q post samsone. xx. anni.
fluxerunt sine iudice. et aggregati sunt annis
quib iudicauit hely. Quidam tn dnt. xx.
annos quib iudicauit samuel aggregan
dos annis hely. magis tn. Sz illi anni
samuel annis saul ascribuntur. Sane potui
sset ut hely fecit uiuente transtulit sacerdociu
de domo eleazar. Eleazar quidem successit
phynees. cui successit abyezer. cui succes
sit. bozi. cui successit ozi. et translatu est
in diebus hely. Incidencia. Eodem
fere tpe rex latinoz siluius postumus
filius enee et lauinie. a quo deinceps latini
reges siluij denominati sunt. Huic ascanius
here reliquit. adhuc paruulo filio suo iulio. a quo
iulioz familia et origine traxit. et nomen.
hectoris filij hylium recepit expulsis po
steris nestoris.

De remissione arche.

Tulerunt aut phylistei archam dni
in azotum. et statuerunt eam iuxta
dagon. quasi trophem. Et surgentes
diluculo inuenerunt dagon prostratum in terra
ante archam. et quasi adorantem ut dicit Jo. et
restituerunt eum in loco suo. Rursum mane
sequenti inuenerunt eum prostratum. caput uero
et manus eius abscise a trunco iacebant super
limen. Ob hoc ingredientes templum in azoto
calcant super limen usq in hodiernum diem
Et aggrauata est manus dni super azotios
et percussit eos in secretiori parte natium
et putrescebant prominentes extales eoz.
Q. Jo. dicit. sem crudeli passione dissinte
rie iusti ut pulsetis egerent interna. et mu
res egredientes de agro corrodebant exta
les eoz. Et satrapis conuocatis dixerunt. Quid
faciemus de archa. Qui dixerunt. Circu
ducatur. Quacumq aut die circumducebatur
percuciebantur in posterioribus. Et fecerunt sibi
sedes pelliceas. Et uenientes principes
v. urbium retrahabant quod factum erat. Et erat
quod dicebant eam passionum factam per archam
alij percussi. alij per corruptionem aeris. et fruc
tuum terre. Et dixerunt sacerdotes et diuini
Cur aggrauastis corda vestra sicut pharao
et egyptij. Remittite archam. sed non uacuam.
reponite in capsella iuxta archam. v.
anos aureos. et v. mures aureos pro
nulo ciuitatum que percusse sunt. Jo. tamen dicit
v. similitudines hominum aureas. et ponentes archam
super plaustrum nouum iungentes duas uaccas
fetas quibus non est impositum iugum. et uitulos earum
includetis domi. Et si recto itinere ascendat
contra bethsames ipsa fecit nobis hoc malum
alioquin hoc casu fuit. Et ibant uacce mu
gientes in directum. non declinantes in dextram
neque ad sinistram. prima que ducit bethsames
Et hec una sacerdotalium ciuitatum in tribu
beniamin. Est alia bethsames in tribu
neptalym. Porro bethsamite metebant
triticum. et uenit plaustrum in agrum Josue
bethsamitis. et stetit ibi. Et posuerunt
archam super lapidem grandem. quem putant
hebrei fuisse aram edificatam ab abra
ham. et capsellam que erat iuxta eam. Et
conciderunt leuite ligna plaustri. et uac
cas posuerunt super eam holocaustum dno.
Viri aut bethsamite obtulerunt holo
causta et uictimas in die illa. Asserunt
quidam. v. tantum ee ciuitates phylistiim
et ideo. v. tantum misisse anos aureos. et v.
mures. Sz in sequentibus legitur sychelech fu
isse ciuitatem phylisteoz. Vnde melius in
telligitur v. fuisse tantum metropoles. et
quaeque obtulit anum aureum et murem. Alie
solum mures obtulerunt usq ad abel mag
num super quem posuerunt archam dni. Et tu
sonare quod abel sit nomen lapidis super quem fuit
archa posita. alii asserunt ciuitatem que tunc
bethsames dicebatur. quod postea dicta est abel
quod interpretatur luctus propter luctum bethsamitarum
quod sequitur. Sz additum est magnum ad dictionem
aliam abel. quia in sequentibus abela dicitur ubi
sapiens mulier exclamauit ad ioab. Qui
interrogant interrogent in abela. et tunc legitur
super quem posuerunt archam. i. iuxta quam. Et per
cussit sunt de bethsamitis. lxx. uiri. et
milia plebis. eo quod uidissent archam. Cre
dunt aut illi. lxx. deposuisse archam
cum non essent sacerdotes. Sz et quamuis cum
non mortui sint phylistei quando uiderunt
archam. pro dicitur quod non peccauerunt uide
re quibus non erat prohibitum uidere. Timentes
aut bethsamite miserunt ad uiros cariath
thyarim ut re
ducerent ad se ar
cham. Qui uenien
tes tulerunt eam et tule
runt eam in domo

De uiris cariathyarim

Transtulit post eam samuel in
masphat. Postea saul
in galgala. Post saul in
nobe et de nobe tetulit

aminadab viri | in gabaa · post hec in domum obeth
iusti in gabaa · et | post in silo · post salomon in templum
eleazarum filium eius sacerdotem instituerunt in custodia archе · Fuit ibi · xx · annis · usque ad · viii · annum regni saul · quia ipse tulit eam in castra · Mansit autem apud philisteos · vii · mensibus · et tunc clamavit omnis israel post dominum ·

Quod audientes samuel et videns eorum fiduciam in domino ait · Ascendamus in masphat ut oremus pro vobis · Cumque ascendissent in masphat · effuderunt aquam coram domino in qua maledicta congesta erant · Quam si bibebant ydolatre labia eorum adherebant · et inseparabili forte insignita fedis · sicut fecit iosue · Et iudicavit eos ibi samuel · id est docuit eos iudicia dei · Quidam tamen asserunt samuelem quoddam ydolum redegisse in pulverem · et mixtum dedisse populo ad bibendum · et in barbam eorum indicasse reos ydolatrie a non reis · sicut ante fecit moyses · Et audierunt phylistei congregatum esse israel in terme in masphat et armati ascenderunt adversus eos · Et timentes israel ait ad samuelem · Clama pro nobis ad dominum · Et obtulit samuel lactentem agnum in holocaustum · Et dum clamaret samuel ad dominum · tonitrua et pluvia · Et intonuit dominus fragore magno super phylisteos et mota est terra · et in locis pandebatur hyatus · Et phylistei in fugam conversi cesi sunt a filiis israel qui persecuti sunt eos usque ad terminos terre sue · Tulitque samuel lapidem et posuit eum in terminis · et vocavit nomen illius lapis adiutorii · et non apposuerunt ultra phylistiim ut intrarent terminos israel dum viveret samuel · Iudicabat itaque samuel israel in bethel et galgal · et masphat circuiens per singulos annos · et revertebatur in ramatha · sed et ibi iudicabat israelem · Tres ille civitates famose erant · Bethel propter sompnium iacob · galgal propter circumcisionem · et masphat propter frequentiam iosue · Et ascendebat ad eam samuel vicissim in tribus sollempnitatibus ebdomadarius · et iudicabat ibi populum · Aliis diebus ascendebat ad eum populus in ramatha ad iudicandum ·

Quod israel petiit regem · viii ·

Cum autem senuisset samuel posuit filios suos iohel et abyam · alterum in bethleem · et alterum in bersabee · ut ibi sedentes iudicarent populum · Qui declinaverunt post avaritiam et perverterunt iudicia · quod non ferens populus dixit ad samuelem · Da nobis regem ut iudicet nos · sicut cetere gentes habent · Quod graviter tulit samuel pro iniuria sibi illata et eorum odium regis · Cumque consuluisset dominum dominus ait illi · Audi vocem populi · Non te tamen abiecerunt sed me ne regnem super eos · verumtamen predic eis ius regis · Et ait samuel ad populum · Hoc erit ius regis · filios vestros faciet suos equites et precursores · agricolas et fabros armorum · filias vestras faciet ungentarias et cogstricas et panificas suas · servos vestros et ancillas et iumenta ponet in opere suo · optima quoque vestra dabit servis suis · et vos eritis ei servi · Et ait populus · Non audiemus te · sed erit rex nobis et pugnabit ante nos · Et ait samuel · Ite ad vestra optime · nos convocabo cum cognovero a domino quem daturus sit vobis regem ·

De unctione saul et electione · ix ·

Et fuit vir de beniamin nomine cys de stirpe gemini cui erat filius saul · et non erat vir melior illo in israel · Cumque perdidisset asine cys dixit ad filium · Tolle unum de pueris et quere asinas · Cumque transissent per montem effraym · et terram salym · et terram beniamyn · et non invenissent · et venissent in terram suph que fuit patria samuelis · ait saul ad puerum · Revertamur ne pater meus sollicitus sit pro nobis · Cui puer · Est vir dei in civitate hac qui absque ambiguitate loquitur · Eamus ad eum · si forte indicet nobis de via nostra · Et ait samuel · Quid feremus ad eum? panis defecit in sitarciis et sportulam non habemus · id est argentum in sportula · Errabat ut ait Iosephus · putans prophetam accepturum munera · Tamen non saul legitur obtulisse · Cui puer · Ecce in manu mea quarta pars stateris argenti · Et ascenderunt in ramatha in qua erat vir dei · Et dixerunt puellis egredientibus ad aquam hauriendam · Est hic videns? Que dixerunt · Est hic hodie sacrificium populi in excelso · Cumque ambularent in urbis medio | Sacrificium dicit prandium quod paraverat samuel · apparuit eis samuel · cui predixerat dominus · Cras hac hora mittam ad te virum de beniamyn quem inunges super populum meum · Cum samuel aspexisset saul · dixit ei dominus · Ecce vir quem dixi tibi · Et ait ad saul · Ego sum videns · Ascende ut comedas mecum · cras dimittam te · et que sunt in corde tuo indicabo tibi · et de asinis non sis sollicitus que inventa sunt · posset videri saul

buisse sollicitudinem in corde pro asinabus. Vel h
dimittas prophetia. Volunt autem Hebrei Saulem
vidisse per sompnium se collocatum in vertice pal
me, quod est signum regnandi, unde sollicitus erat.
Et ob hoc dixit Samuel: Cuius erunt optima
quaeque in Israel? Sicut enim ascenderunt in ex-
celsum ante templum, licebat enim sacrifica-
re in excelso. Cumque recumberet in triclinio
dedit ei Samuel locum in capite xxx virorum
qui fuerant invitati, et posuit ante eum armum
quem partem regalem quia de industria servaverat
ei. Cumque mane surrexissent et egressi
essent civitatem dixit Samuel: Antecedat
nos puer, et tu subsiste ut indicem tibi verbum
domini. x. Tulit autem Samuel lenticulam
olei, quod est vas fictile quadrangulum habens
foramen in medio lateris, et effudit super caput
eius et osculatus est eum et ait: Unxit te dominus in princi-
pem super hereditatem suam, et hoc signum.
Cum recesseris a me invenies duos viros
iuxta sepulcrum Rachel, quod dicitur est in vente
sunt asine. Cumque veneris ad quercum Thabor
et est Thabor nomen hominis non montis, invenient
te tres viri unus portans tres hedos,
alius tres tortas panis, et alius lagenam
vini. Et accipies de manu eorum duos
panes. Post hoc venies ad locum qui dicitur sta-
tio Phylistinorum eo quod quandam in Phyliste-
is castra metati sunt, et habebis obviam cune-
um prophetarum descendentium de colle domini et
psallentium in instrumentis et prophetantium,
et insiliet in te spiritus domini et prophetabis cum
eis. Et non quia Samuel primus instituit
conventus religiosorum iugiter psallentium domino.
Et dicebantur coetus eorum cunei quasi co-
nei. Et dicebatur prophetare id est iugiter deum
laudare. Et forte quia aliqui erant pro-
phetantes. Et addidit Samuel: Cum
videris hoc signum, scias quia deus tecum est. Et
descendes ante me in Galgala, ego
quippe descendam ad te ut offeras ob-
lationes vii diebus. In coronatione enim
sacerdotis et regis tot diebus fiebat ob-
latio quotidiana. Et addidit: Expectabis donec
veniam ad te et ostendam tibi quid facias.
Non quidam vii dies restitit ad accipien-
dum ut sit sensus: vii diebus expectabis
donec veniam, quod post explicabitur. Cum-
que venisset Saul ad cuneum prophetarum pro-
phetavit cum eis. Aiunt Hebrei eum pro-

phetasse de Gog et Magog et de premissi-
one et penis malorum. Et amici eius qui no-
verunt eum dixerunt: Numquid et Saul inter prophetas?
Et eos pater eius, quasi diceret: Cum non sit de gente prophetarum.
Alia littera habet: Et quis pater eius? quasi diceret: Dominus est
pater prophetarum. Et spiritus ubi vult spirat non
tantum filios prophetarum. Et inde versum est in pro-
verbium: Num et Saul inter prophetas? Vel forte
de populo Saule dicebatur, ut deceret cumque repen-
te sublimato. Et intravit ad unum patruum
suum. Qui cum quesisset ab eo de verbis Samuelis,
de verbo regni tacuit, cetera indicavit. Vo-
cavit autem Samuel populum in Masphat. Et ait:
State coram domino, et faciam sortes per tribus
et familias et capita. Et invenit sors tribum
Beniamin, et descendit usque ad Saul filium Cys.
Et dicitur Samuel composuisse sortes iuxta consilium
Sciebat autem Saul quod queretur latuit quia nolebat susci-
pere principatum. Quem inventum statuerunt
in medio populi, et fuit altior universis ab humero
et sursum. Et ait Samuel: Ecce quem elegit do-
minus, quia ei similis in omni populo. Et exclamavit omnis
populus: Vivat rex. Et scripsit Samuel legem
regni et legit universa audiente populo et rege.
Et reposuit libellum in tabernaculo, quod adhuc
erat in Sylo cum altari quod adhuc erat
in Sylo. Et redierunt ad propria. Et Saul in
domum suam in Gabaa. Quidam vero despe-
xerunt eum et Saul dissimulabat. De Naas

Amon et secunda unctione Saul. xi.
Fuit autem quasi post mensem Naas Amoni-
tes obsedit Iabys Galaad. Cumque
petissent ab eo obsessi fedus fedus, ait: In hoc feriam
vobis fedus ut eruam vobis oculos dextros omnibus.
Et sic in quos bello capiebat dextros oculos
eruebat, ut sinistros scutis celantes
ad bellum forent inutiles. Et dixerunt ei:
Concede nobis vii dies et mittemus in omnes
terminos Israel, et si non fuerit nobis defensor
egrediemur ad te. Venerunt autem nuntii in Gabaa
ad Saulem. Et cum nuntiassent hec, flevit populus.
Et ipse Saul veniebat de agro post boves
et innotuit Iabytis se venturum tertia die
in auxilium. Et misit aliquos equorum pro-
ductu [illegible] sustinere. Et divinitus
inspiratus secuit utrumque bovem in frusta
et comminatus est in omnes terminos Israel dicens:
Qui non exierit post Saul et Samuelem sic
fiet bobus eius. Et egressi sunt quasi unus
vir ... milia virorum. Et constituit Saul

ab ut

ait

populus mecum partes. Et ingressus est castra in vigilia
matutina, et percussit Amon plaga grandi. Et ait
populus ad Saul. Quis est qui dixit: Non regnabit Saul
super nos? interficiatur. Et ait Saul. Non interficiatur
hodie quisquam, quia fecit dominus salutem in Israel. Et
ait Samuel. Eamus in Galgala et in-
novemus ibi regnum. Et unxerunt Saul in re-
gem ibi in Galgala. Et ait Samuel ad populum.
Ecce rex graditur ante vos. me abiecistis et
deum. Et non erit vobis sicut precedit vobis deus re-
gem vestrum. Ecce messis tritici est hodie et
invocabo deum et dabit tonitrua et choruscatio-
nes grandines et pluvias. Et sic factum est sta-
tim secundum naturam tunc illius. Et populus timens ait.
Ora pro servis tuis. Addidimus enim peccatis nostris
malum ut peteremus nobis regem. Et ait Sa-
muel. Peccastis. Nolite deinceps recedere
de a domino et inveniatis. Alioquin peribitis vos et
·xiii· rex vester. Quod Samuel predixit Saul de
Filius unius anni translatione regni
erat Saul cum regnare cepisset, hu-
milis tamquam puer. Duobus autem annis
regnavit super Israel. Hic est textus. Inchoat
annis regum quia tyrannus fuit et non rex.
Quidam hic legunt de Ysboseth filio eius dicentes
eum annicolum esse in principio regni patris
et de eodem dicunt esse quod duobus annis regna-
verit in Israel. Quod autem duobus annis reg-
navit Ysboseth verum est. Quod autem annicolus
esset cum regnare cepisset pater eius stare non potest.
Saul enim erat xx annos regnavit. Ys-
boseth vero regnans post patrem iam quadra-
genarius erat. Quidam tamen ipsi contraire conantes
dicentes Saul cepisse regnare post Hely et
ponunt eum in annis Saul annos Samuel.
Hebree sic habet: Filius unius anni Saul cum esset
in regno et duobus annis regnavit. Elegit
sibi iii milia de Israel, id est cum regnasset per annum
et post per duos, quasi per tres annos elegit etc.
Et erant ii cum Saule in Machinas et
in Bethel. Mille autem cum Ionatha in
Gabaa Beniamin, que fuit urbs Phine-
es filii Eleazaris. Et percussit Ionathas
stationem Philisteorum que erat in Gabaa,
id est locum munitum in quo posuerant Philistei
custodes tamquam dominantes in Israel. Et tunc
erexit se Israel adversus Philistiim. Quo audito
Philistei congregati sunt ad pugnam contra
Israel. xxx curruum et vi milia equitum et vul-
gus innumerabile. Et ascendens Saul in

Galgala convocavit populum et Samuelem ad con-
sulendum dominum. Et cum expectavit Samuelem
vii diebus, universus populus dilapsus est ab eo. Et
timidi absconderunt se in speluncis et abditis
et in ~~antris~~ antris. Hebrei vero transierunt Ior-
danem. Quidam enim cantant in Israel apparato vocabu-
lo dei, quod pre timore credunt descendisse in ca-
stra Philistiim ad obsequendum eis. Cumque
audisset Saul moram esse dampnosam, vii die ob-
tulit holocaustum et pacifica. Cumque con-
plesset, ecce Samuel veniebat, et arguens Sau-
lem ait. Quid fecisti? Et dixit Saul. Populus
fugiebat et tu non veneras iuxta placitos di-
es. Et timui ne hostes venirent ad nos prius-
quam placarem faciem dei, et necessitate compulsus
obtuli domino. Videtur Saul fecisse quod sine Sa-
muele obtulit ad consulendum. Unde quidam
ut sic dixerimus vii dies quos dixit Samuel
non esse expectationis sed oblationis, in eo scilicet quod
ne regem et dominum numquam sine eo esse offerendum
ad consulendum. Verumtamen ut oblationes vii
dierum fierent pro sanctificatione legis. Pro rege si non
memini me legisse. Adhuc valde mirandum
est cum tam bis iuvenis esset Saul in rege quod inventis
illarum facta fuit oblatio talis pro rege. Et Io-
sephus dicit Samuelem sic mandasse ut cum vellet
immolare ad consulendum dominum, scitaret eum
ut ostenderet ei quid futurum esset. Et post scitationem
sine mora faceret. Expectaret eum vii diebus. Saul
vero die scitationis anticipavit in hoc. vii. enim
expectavit eum ii vi diebus. Et addidit Sa-
muel. Nequaquam regnum tuum ultra consurget,
sed quesivit dominus virum iuxta cor suum ut regat
populum suum. Abiit Samuel in Gabaa Benia-
min. Et egressus est Saul cum populo obviam
Philisteis, qui erant cum eo quasi dc viri et Io-
nathas filius eius. Porro faber ferrarius non
erat in Israel. Caveant enim Philistei
ne facerent Hebrei gladium aut lanceam.
Et descendebat Israel ad Philistiim ut
exacueret acies omnium ferramentorum usque
ad stimulum corrigendum, id est emundandum
et exacuendum, vel ita ad stimulum quod
ad corrigendum scilicet boves. Cumque
venisset dies prelii non est inventus ensis vel
lancea in manu totius populi excepto Saul
et Ionatha. Et fecit Saul afferre ar-
cham domini in castra. Et Achyas filius
eius Achytob frater Ychabod portabat
ephot. De clade Philistiim et Saulo

Accidit autem ut quadam **q comedit ionathas. xiiij.** die exiret ionathas cum armigero suo ut exploraret stacionem phylistinorum patre suo ignorante. Et voluit transire ionathas ad phylisteos per vallem inter duas rupes scopulos hinc & inde eminentes in modum dencium. Et ait ionathas ad puerum. Cum apparuerimus eis si dixerint manete donec veniam ad vos stemus. Quod si dixerint ascendite ad nos ascendamus quia tradidit eos dominus in manibus nostris. Hoc erit nobis signum. Cumque dixissent phylistei ascendite ad nos ascendit ionathas manibus reptans & pedibus & armiger post eum. Et cecidit eos dominus ante ionatham. Et percussit ionathas cum puero circiter xx viros in media parte iugeris & conturbata sunt castra & diffugiebant mutuo se perimentes. Et indicaverunt speculatores Saulis fugam hostium. Cumque quesitum esset quis de nobis abiit repertum est ionathan abesse & armigerum suum. Et ait ad Achyam. Applica .i. prepara archam domini ad consulendum dominum. Cumque tumultus crebresceret in castris ait ad sacerdotem Contrahe manum tuam. Et exclamavit cum ipso populus persequens fugientes. Sed & hebrei qui transierant ad castra phylistinorum reversi sunt ut essent cum Israel. Omnes quoque qui se prius absconderant reversi sunt in prelium & iam erant cum Saul quasi x milia. Videns quoque Saul moram dampnosam si comederent adiuravit populum dicens. Maledictus vir .i. dignus maledictione. dignusque erit morte qui comedit panem usque ad vesperam donec ulciscar de inimicis meis. Cumque transiret populus per saltum apparuit mel fluens & nullus gustavit ex eo. Ionathas qui non audierat maledictionem patris tinxit virgam in favo & cum gustasset illuminati sunt oculi eius .i. facti sunt exhilarati quasi vespertinis urbibus. Dicit quod tanta copia mellis erat ibi in cavis arborum & in cavernis petrarum & abditis terre quod quia plures reperiant favi sed etiam decidentes. Dicit Iosephus invenisse ionatham apum alvearia in agro qui erat in sorte effraym. Cui indicasset quidam maledictionem patris. Assumpto ipso cibo maiorem plagam fecisset in hostibus. Inventusque ergo populus fessus nimis & pre fame moram non sustinens pecora mactavit in terra & comedit cum sanguine. Hoc est quamquam non occidit & comedit antequam sanguis [illegible] non dum purgant cadavera [illegible]

more priorum cum carnes lavaverat & eliquaverat sanguinem. Dicunt quidam quod post hostium necem licuerat edere donec ymolasset victimas domino. Alii dicunt qui cum sanguine edebat. Et ait Saul populus prevaricatus est. Volvite ad me saxum grande. & precepit ut omnes super illud saxum & coram ipso secundum morem priorum pecora lavarent ne forte quis aliter faceret occide. Tunc primum edificavit Saul altare domino. Unde patet quod non altare recessisset alia quod obtulerat in galgala putatur tunc quod adaceliqui obtulerint non altare construxisse. Hoc est dicit primum quod nunc plene iuxta dei placitum obtulit. Cumque nocte vellet irruere in hostes ait sacerdos Consulamus dominum. Qui cum consuleret dominum non audivit deus in die illa. Scilicet nec nocte nec die sequenti. Et ait Saul. Cautius scilicet laterens cum peccatum punietur divinum & si ionatham fuerit absque retractatione morietur. Et stetit ipse in parte una & ionatham in altera. Et cecidit sors super ionatham. Et ait Saul. Morieris ionathas. Qui cum hoc fecisset hec faciat mihi deus & hec addat. Et ait populus Ergo ionathas morietur qui fecit salutem in Israel. Vivit dominus .i. per vivere domini vel sicut vivit dominus non decidet capillus de capite eius. Et liberavit populus ionatham de manibus patris & redierunt ad propria. Saul autem confirmat in regno quoque se videbat. Stabat hostes Israel & percutiebat amalech & delevit exterminato domino. Fuerunt autem filii Saul ionathas & iessui & melchisua. Quidam dicunt ysboseth tamquam puer non dum militans. Filiarum Merob & Mychol. & uxor Achynoen & princeps milicie eius Abner filius Ner patruelis eius. Nam Cys & Ner fratres filii Abiel. Legitur tamen in paralypomenon quod Ner fuit pater Cys quia forte nutrivit eum. **Quod Saul vicit Amalech. xv.**

Tunc ait Samuel ad Saul. Hec dicit dominus. Demolire Amalech & universa eius que restitit Israeli cum ascenderet de egypto. Iuramentum quod voluit deus in terra ut omnino aliquam memoriam amalech [illegible]. Sed quid dominus

[Cumque ... comedit] quod fecisti. Cui ionathas non sum conscius sum nisi quia heri nesciens maledictum mel comedi & ait Saul

[boxed note: Causa erat quia populus non edebat donec sacrificium vespertinum fieret pereis alioquin edebant cum sanguine quod fuderant in bello.]

[left margin: Fede cessavit no appbat maledcm patris]

[right margin: Fuerut]

illos maleficos fuisse et in pecudes se uertendi
habuisse peritiam. Ideo ne sub forma pecudis e
uaderent et peccudes perisse. Et recensuit saul
cc. peditum et x. milia uirorum iuda. Et non queris
utique deum uiri iuda tamquam potiores ceteris
ut alibi. Saul leonis iudas. Fugitans
fert saul amalech dixit cyneo. Recede a
me ne inuoluam te. Quia tu fecisti misericordiam cum isra-
hel. n. quod israel et omne dicit. Unum co
plura dederunt in me. Quidam habitabant in amalech
pro filios obab. Et egressi sunt cynei et de
inceps habitauerunt in israel. Et hic ortus
rechab ut iosephus ponit leges. Hii sunt cynei
qui uenerunt de calore domus patris rechab. Et per-
cussit saul amalech in ore gladii. In illa sta-
tione qui in deuoratione. uel loquendo. i. in
gladio. Et pepercit saul agag regi ama-
lech. et optimis armentorum. Et ait deus ad
samuelem. penitet me quod fecerim saul regem.
Et orauit samuel pro eo deo tota nocte. Et
cum accepisset quod saul erexerat sibi fornicem
triumphalem in carmelo. uirtutis. scilicet signum generum
quod faciebat arcum de myrtis et palmis et
oliuis in signum uictorie descendit ad eum
in galgala. Et occurrit ei saul. Cumque
culpasset eum quod quedam preda reseruasset de amalech
in excusatione sui dicebat populum reseruasse
optima ad offerendum domino in gratiarum actione.
Cui samuel. Melior est obedientia quam
uictime. Super bonos delectat deus et non sa-
crificia. Preterea sibi obtulerunt que deuouerant
de iure. Et ait saul. peccaui. Sed hac
uice porta peccatum meum. i. ora et satisfac
pro me. ut dimittatur michi. Cui samuel. Precipit
ut te de ne sis rex in israel. Cumque uellet
abire samuel apprehendit saul summitatem
pallii eius quod scissum est. Et ait samuel. Sic scin-
dit deus regnum a te hodie. i. a tua potestate.
Cumque adorasset simul deum precepit samu-
el adduci ad se agag regem. Et oblatus
est ei pinguis et tremens. Et dixit samuel
ad agag. Sic me separat amara mors quia
d. Sicut est quia sic te occidit mors et separa-
uit animam tuam a te. Quia dum duas dedo
nes se pariunt. et supplent ad uos te. uel
secundum aliam litteram. Et dixit agag. Sic me
separat amara mors. q. d. Mors que
separabat a me meos. amarissime separat
me ab hominibus. Et concidit eum samuel in
frustra. Et abiit in ramatha. Saul autem

ascendit in domum suam in gabaa. Et non uidit
ultra samuel saulem in habitu regio. Nam in
prophetico uidebat iudicio. De unctione dauid in
Samuel autem regem domo patris
lugebat saul. Et ait deus. Usquequo lu-
ges saul cum ego abiecerim illum.
Imple cornu oleo et uade ad domum ysai
ut ungas in regem unum de filiis eius. Et quia
timebat saul. fecit titulum quasi ad immolandum.
Cumque uenisset in bethleem. dixerunt senio-
res ad eum. pacificus ne est ingressus tuus. Ti-
mebant. n. ne per aliquam correptionem
misisset eum rex. uel quia offensus fore regi fu-
isset et non auderent eum recipere. Cum dix-
isset se uenisse ad immolandum. sanctificauit
ysai. et filios eius. et statuit eos coram
altari. Et uidens helyab primogenitum procerum
et optimum estimauit regem futurum.
Et ait deus ad eum. Ego non corporis pulcritudi-
nem aspicio facio regalem. sed animi uirtute.
et eundem modo reprobauit deus. Alios statuerat an-
te ysai. vii. filios coram samuele. vi. proprios
et nathan adoptatum filium samaa filii
sui. Et ait samuel ad eum. Numquid completi
sunt filii. Qui respondit. Adhuc reliquus est paruulus
et pascit oues. Et iubente samuele ad
ductus est dauid rufus. i. rubicundus et pulcher. Et
unctus est in medio fratrum. Et directus est spiritus
domini in dauid. a die illa. et deinceps. et recessit
sic spiritus domini a saul. et exagitabat eum spiritus
nequam a domino. Dicit iosephus dauid tunc accepisse
spiritum prophetie. sicut et ille qui prophetare cepit scilicet
super se spiritu ueniente. Sed quod dicit est spiritum
recessisse a saul et directum in dauid. uel quia
de eodem spiritu dicatur. i. de gratia spiritus. quia hucus-
que saul uictor hostium extiterat. Ait
dixerunt ad saul serui eius. Spiritus malus exagi-
tat te. adhibe psalterium in cythara
et leuius feres. Tradunt philosophi quod armonia
leticiam reddat leciorem. et tristem tristiorem.
Tradunt mathematici quod musica demo-
nes armenia ferre non possunt. et cetera.
nulli. Et indicatum est regi. quod dauid esset sci-
ens psallere et uir bellicosus. Cumque misisset
rex ad ysai pro filio eius. tulit ysai asi-
num plenum panibus et uinum et hedum
et misit eam regi per manum dauid. Uidi autem
asinum plenum. i. sufficienter onustum. uel for-
te sic ex boue et hyrco fiunt utres ita
et de asinis fiebant sacci ad aliquid

nō

fenda. Cumque spiritus arripuisset saul. david psal-
lebat in cythara et levius erat ei. Et qui vexa-
bat spiritus. Cumque aliquando diu cessisset spiritus a saul
remissus est david ad patrem. **De morte**
.xvii. **golye.**

Factum est ut congregarent phy-
listiim adversus israel in prelium. porro saul
et israel castrametati sunt in valle terebinti
sub qua iacob abscondit ydola. Et egressus est vir
spurius de castris phylistinorum golyath gethe-
us de semine giganteo altitudinis sex cubitorum et
palmo. Iste spurius dicitur quia de ignobili patre
i. gentili et nobili matre i. iudea natus erat.
Spurius et ybrida dicitur ignobilis ex patre sicut ma-
nzer et nothus ex matre. Hic exhibuit israeli se
sui centum phylisteorum et proponebat eis mono-
machiam ita ut qui vinceretur athleta suus
centum aliorum. Hebrei autem
stupebant et metuebant
nimis. Sic dicebat goly-
ath .xl. diebus.

Monomachia: Monos quod est unum et machos quod est bellum

Erant autem tres maiores fratres
david in exercitu et eis misit ysai per manum david
ephy polente et .x. panes et tribuno sub quo
militabant .x. formellas casei i. .x. case-
os parvos et recentes. Hebrei habent .x. secto-
nes casei. hec est .x. genera et diversitates
caseorum et precepit ei ut secum afferret pigno-
ra fratrum i. libellos repudii. Mos erat
euntibus ad prelium ut libellos repudii darent
uxoribus ut si capti essent vel non redirent usque ad tres
annos liceret uxoribus nubere. Cumque ve-
nisset david ad locum certaminis egrediebantur in
singulis diebus aliqui plangentes. Ecce ascen-
debat golyas exprobrans ut heri et nudius-
tertius et fugerunt israelite a facie eius. Et nar-
rans david audivit a pluribus virum qui percussisset
istum ditabit rex et dabit filiam suam.
Cumque audiret eum elyab frater eius iratus fra-
tri est et increpavit eum timens ne pug-
naret et occumberet. Et vidit david. Quid
feci? Numquid non verbum est? supple dignum me-
moratione q.d. Cum pro solo verbo me increpas
me vel ita. Verbum tantum et non res i. non
animo pugnandi hec dico sed ut rem sciam.
Nunciata sunt autem verba david ad saul. Et ait
ad regem. Ego servus tuus pugnabo ad-
versus phylisteum. Cumque prohiberet eum
rex quia puer esset addidit. Ego servus
tuus interfeci leonem et ursum cum invade-
rent gregem. Erit igitur hic incircumcisus
quasi unus eorum domino me liberante. Et in-
duit eum saul armis suis et deposuit ea david
quia non habebat armorum consuetudinem. Et tu-
lit in manu baculum pastoralem et elegit de
torrente v. lapides limpidissimos i. planos
et volubiles et misit in peram pastoralem
i. vas quo lac mulgebat vel ferebat panem
et fundam manu tulit et processit adver-
sus phylisteum. Qui despexit david et ait. Num-
quid canis sum ego quia tu venis ad me cum baculo?
Cui vidit david. Tu venis ad me cum armis
ego autem venio ad te in nomine domini ut sciat uni-
versa ecclesia hec quia non in gladio salvat dominus.
Cumque iecisset lapidem funda percussit eum in
fronte. Iosephus quod in .ii. lapide percussit eum in
eodem loco et tertio iactu deiecit eum. Et accur-
rens eduxit gladium illius et precidit caput
eius. Hic fabulantur quidam iudei quod fuit galea
et lorice obsequium prestitit domino dans locum
lapidi ut intraret hominem ad occidendum.
Hebrei dicunt de incepto circumcisio facta cultello
siliceo quia prius fiebat petrino. Fugerunt
itaque phylistei et israel persecuti sunt usque ad por-
tas acharon. David autem gladium posuit
in tabernaculo suo. Longo tempore post tulit
illa in nob. Hebrei non habent suo. Sed hic credit
quod in ephot posuit eam in tabernaculo domini
Unde postea ab abymelech accepit gla-
dium. Cum autem vidisset david de prelio ait saul
ad abner. De qua stirpe est hic adolescens? Quod
forte volens scire cum daturus esset filiam suam
non recognovit eum saul quia aliquando diu absens
fuerat et alterat per etatem facies. Saul
erat labilis memorie. Et iurat abner.
Vivit anima tua rex si novi eum i. pueri-
tiam non novi eum vel perverti. Hebrei
sepe notant mala a contrariis eorum ut hic
benedic deo et morere. Cumque quesisset saul
a david cuius esset ait filius servi tui ysai.
Et tunc anima conglutinata est ionathe anime
david et dilexit eum. Et dedit ionathas david
vestimenta sua usque ad arcum et gladium
et balteum. **Quod saul persecutus est david**

Factum est cum reverteretur triumphantes
de prelio et david disponeret ferre caput
golye in ierusalem ut ait Iosephus hoc
secum habebat sed hastam iam dicaverat deo.
Egrediebantur mulieres ex universis urbibus et cum
instrumentis canebant mulieres. Saul per-
cussit mille et david decem milia. Et dixit
Audiens saul eam victorie potius attribui david

quasi dolens intra se ait. Quid ei superest nisi solum
regnum? Et timuit ne a domo sua transferret
regnum. et invidebat David. Non ita rectis oculis
inspiciebat eum. Post dies invasit spiritus
malus Saul. et quasi prophetabat. et missa lan-
cea quam tenebat David psallentem putavit con-
figere parieti. Declinavit autem ab eo secundo.
tem primo recessit bello imminente. Et postea
statuit eum Saul chiliarcham. et ait. Filiam
meam Merob dabo tibi. tantum esto vir fortis et
preliare bella domini. Tractabat enim apud se. Non
sit manus mea in eum sed manus philisteorum. Cum
autem Merob debuit dari David data est Adria-
hel Molatite. Dilexit autem David Mychol
et placuit Saul. Et ait ad eum. In duabus
rebus gener meus eris hodie. quia in duabus fi-
liabus meis. Nam alteram habuisti sponsam
alteram habebis uxorem. vel ita. Quia stra-
visti gygantem. et dabis centum prepucia. Hoc
enim significaverat ei Saul per servos suos. Non
enim habet rex necesse spon-
salia i. munera pro dona-
tione pro nuptias nisi tantum
centum prepucia philiste-
orum. Et abiit David in acha-
ron cum viris qui cum eo erant.

Iosephus dicit duas res
fuisse. c. prepucia
que prius decreverat
regi pro Merob
et c. capita que prestare de-
bebat pro Mychol.

erat et percussit de philisteis cc viros. et attu-
lit prepucia eorum. annumeravit ea regi. Iosephus tamen
dicit abscidisse cc capita. venit ad regem et
nuptias exigebat. Et dedit ei Saul filiam
suam licet invitus. Cumque videret eum apud deum
et homines acceptabilem timuit et tractabat
de morte eius. et iam malum suum celare nolens
dixit Ionathe et servis suis ut occiderent
David. Quod indicavit Ionathas David dicens.
Absconde te usque mane. cras loquar patri
pro te. Intravitque locutus est Ionathas ad patrem.
Cur peccas in sanguine innoxio. qui fecit
salutem in Israel. et opera eius tibi valde sunt
necessaria. et cum morte filia tua vidua vex-
abitur. Et placatus Saul iuravit. Vivit
dominus quia non occidetur. Et introduxit Ionathas
David ad regem. et stetit coram eo ut prius.

Rursus inito certamine **Quod Mychol deposuit David per fenestram**
percussit David philisteos plaga magna.
et invasit Saul. et illum demon exagi-
tabat eum. et David psallente sicut prius
voluit perforare. Et fugit David in domum
suam. Misit autem satellites Saul nocte

circa domum ut mane egredientem occiderent. Quod
cum presensit Mychol deposuit eum per fenestram
et aufugit. Mychol autem stravit lectulum
quasi egrotantis [illegible] imo posuit statuam
et pellem caprarum [illegible] ad caput eius similitudi-
nem capillorum exprimens. et sagis superposuit ut reputaretur
capite spirans et exspirans hanelantem.
Cumque Saul deprehendisset se illusum dixit
ad Mychol. Cur dimisisti inimicum meum?
Que ait. Timui. Dixit enim mihi. Dimitte
me. alioquin interficiam te. David autem fugiens
venit ad Samuelem in Ramatha. et indicavit ei
omnia que fecerat ei rex. Et abierunt ambo in Na-
bayoth. quod est collis in Ramatha ubi erat cuneus
prophetarum. Quod cum accepisset Saul misit lictores
in Nabayoth ut raperent David. Qui cum
vidissent prophetas et Samuelem stantem super eos
factus est spiritus domini in illis et prophetaverunt. Et iratus
Saul misitque Saul secundos et tertios nuntios
qui et ipsi prophetaverunt. Et iratus Saul abiit per
se et antequam veniret in Nabayoth ingrediens
prophetabat. Et quasi amens factus. et exuit vestes
regias tota die et nocte canebat cum ceteris
David et Samuele clam videntibus. Quod est ergo
quod legitur non vidit Samuel Saul usque in diem
mortis sue. quia non vidit eum in habitu regio
ut predixi. Fugit autem David inde et venit ad xx
Ionatham et conquerebatur. Cui Ionathas. Absit
moveris. Nichil parvum vel grande faciet pater
quod non indicet mihi. Cui David. Scit pater tuus
quod diligis me. et dicet. Ne sciat hoc Ionathas.
Vivit anima tua quia uno tantum ut ita dicam
gradu ego et mors dividimur. Et gradum unum
dixit pariete domus sue. quo inter postes evaserat
manus apparitorum. Hebreus habet. uno tantum passu
et est sensus. minimum intervallum fuit inter me
et mortem. Fac ergo obsecro quod dixi. Cras
erunt Kalende. et ego abscondar in agro
usque ad vesperam tercie diei. Si requisierit me
rex qui sedere consueveram iuxta eum ad come-
dendum dicetis ei. Rogavit me David ut iret
in Bethleem quia victime sollempnes sunt in
omnibus contribulibus eius. forte erat neomenia
aliqua sollempnis per triduum. Quod si dixerit
bene par erit servo tuo. Si autem fuerit
iratus completa est eius malicia. Et ait
Ionathas quicquid boni vel mali invenero apud et egrediamur in agrum. Cumque essent
patrem indicabo tibi. Et iuraverunt mutuo egressi iuravit ei Ionathas.
sed inter se et semen suum. Et addidit Iona-
thas deierare in plurimum iurare. Qui autem

ī repositū ē ⁊ requisiuit dd̄ de manu īnimicoꝝ dd̄ h̄
de suo addidit scriptor ī [illegible] premides dd̄ uiolā
sp̄u. Et addidit iona turū pactū ⁊ obli
thas. Jn die q̄ operari ꝑmanu īnimicoꝝ
.i. p̄ die. Kalāꝫ ut quida suoꝝ ꝑtinentium
uoluit. Sꝫ meli hic de a domino.
signatur die intelligit egrediens ⁊ sedebis latens
iuxta lapidē ezel ⁊ ueniens ad te p̄t sollēp
nitatē iaciā tres sagittas iux eū q̄ si exer
cens me ad sig. Si dixero puō q̄ tollet eas ecce
sagitte intˀ te sunt pār ē uel ad me q̄ si
dixero sagitte ult̄ te sunt uade qˀ sit ī me
⁊ te usq̄ ī sempiternū. Porro p̄ma die sol
lempnitatis apparuit loc dd̄ uacuꝰ ⁊ siluit
saul. estimās dd̄ n̄ ee purificatū. Altera aūt die
requisiuit a rege excusauit eū ionathas. Et
iratus saul dixit ad eū. Fili mulieris uirū
ult̄ rapientis scio q̄ ī confusione tuā diligis
filiū ysai. Nō stabilieris eo uiuēte tu
neq̄ regnū tuū. Adduc eū ad me. q̄ filius
mortis ē. Et ait ionathas. Cur morietur.
Et arripuit saul lanceā ut percuteret eum.
Et declinauit ionathas abeo constat. n̄ co
medit panē ī die illa. Et egressus in agrū
fecit ꝑ q̄ dixerat dd̄. Et dixisset puero
ult̄ te sunt sagitte remisit puerum ī ciuita
tem cū arcu ⁊ sagittis. Et surgens dd̄
de latibulo adorauit ter dd̄ .s. uel ipm̄ io
nathā. Et fleuerunt ualde. Et ait iona
thas. Quecumq̄ iurauimꝰ stet ī sempiternū
īter nos ⁊ semen nostrum. Vade ī pace. De
xxi Et fugit dd̄ in nobe. fuga dauid
ad abymelech sacerdotē frēm achye
ꝗ̄ dō ipm̄ fuisse achyam filiū achi
thot filij phinees filij hely. Qui cū miraret
q̄ q̄si solus uenisset gener regis ait ad eum dd̄.
Secret sermo regis urgebat me. ⁊ dixi pue
ris illuc ⁊ illuc locū. Nunc siq̄ habes ad manū
saltē .v. panes da mihi. Forte ex nimio panū nu
mero intelligit puoꝝ. Nec ē mirū dd̄. Nō .n. sem
per dd̄ ad fallendi dixit h̄. Et uidit sacerdos
Nō h̄eo panes laycos ad manū s̄ tantū
panes scōs. panes .s. ꝑpositionis. Si mundi sunt
pueri maxime a mulieribꝰ manducet. q.d.
Necessitas nō h̄t legē. si tn̄ ī mundi sunt ꝑ contu
itu ī necessitate dabo uobis. Et ait dd̄ ad eum
Continuimꝰ nos ab heri ⁊ nudius tertius ⁊ fue
runt uasa puoꝝ scā .i. corpā ingrediebamur
tur die. uel ī ipsi pueri. Porro uia h̄ polluta
ē. s̄ ipa sanctificabitur hodie ī uasis. q.d. forte
uia hec ad īmunditie contraximꝰ. Sꝫ mū
dicia corpꝰ sufficit ad eā mundanda. Sensus
est h̄. Sunt uasa puoꝝ scā. ⁊ dr̄ de uasis ad
edendū. q.d. In uasis mundis h̄ ē pone pa
nes mundos. Sequitur. Porro uia hec laicaꝫ
.i. interrogacō tua laycalis ē. q.d. Cur q̄ris de
mundicia. q̄ si ⁊ si mundi ee n̄ uestiti n̄ debe
rent. s̄ ⁊ ipa sanctificabitur hodie ī uasis. .i. in
confectis nris. Scimꝰ .n. q̄ necessitas excu
sat nos. ⁊ q̄ sanctificat. Et dedit ei panes
ꝑpositionis q̄ sublati fuerāt ut apponerentur
calidi. Ex hoc ꝑpendi q̄ sabbatum erat. Cumq̄
q̄sisset abeo dd̄ arma dedit ei gladiū go
lye. Jo. dr̄ lanceā q̄ erat īuoluta pallio
ī tabernaclo. Erat .n. ī tūc archa cū aliq
tabernaclo. Et considerauit h̄ oīa doech ydu
meꝰ. potentissimꝰ pastoꝝ saul. q̄ erat ibi
adorandū obligatus uoto. Hebrei tradunt
De fuga dd̄ ad achis regem dd̄ nō comedisse usq̄ cō
xxii Fugit dd̄ in die illa medit apte
ad achys regem geth h̄ legitur.
Et indicauerunt eū serui
regi q̄ q̄ rex erat in isr̄l. q̄ latebat apud eum
⁊ de manu hostem recepit si saluū eū ser
uaret. Et timuit dd̄ ꝑ sermōnem q̄ misit saul
ad achys ut redde ei seruū suū fugitiuum. Cumq̄
traheret ad regē simulabat furore. ⁊ in
pinguebat in ostia porte. q̄ q̄ ꝑclausum ꝑ se
in godi nollet ⁊ q̄ furiosi sunt agebat ut sic
regi ne passionis ostenderet. Et ait rex. Nō
indigimus hic arreptitiꝰ ī domū meā. Et di
misit eū. Et abiit inde dd̄ ⁊ latuit in spe
lunca odolla. Nō tamen statim. s̄ prius uenit
ad naas regē amonitaꝝ ut dr̄. Jo. insequi
tibꝰ ī q̄dam glo. Et uenerunt ad dd̄ omnes
cognacō eiꝰ. s̄ ⁊ alij quibꝰ aut odiū aut
timoꝝ erat uel q̄ here ꝑmebant alieno cō
uenerunt ad eū. Et fuerunt q̄ .cccc. armati
Et ꝑfectus ē dd̄ cū eis ī masphat q̄ ē moab
Est .n. altera iuda ⁊ deposuit apud regē
moab patreꝫ ⁊ matreꝫ suā. Et manserunt
apud eū q̄ diu dd̄ fuit ī ꝑsidio .i. ī spelun
ca. tn̄ q̄ quebat munitiones ad inueniendū
Et De morte abymelech ⁊ sacerdotū
amonuit eū gad ꝑpheta ut inde recederet
⁊ ueniret ī terram iuda. Venit ī saltū
areth. Et audiuit saul q̄ apparuisset dd̄. Et
cū eēt saul ī nemore q̄ ē ī rama tenens
hastā ait ad seruos suos. Numquid dabit uos
omnes filius gemini filius ysai. Nō ē ex uobis

qui doleat vicem meam. Et ait doech ydumeus
Vidi eum in nobe apud abymelech sacerdotem filium
achytob, qui consuluit pro eo dominum et dedit ei cibaria
et gladium golye. Et vocavit rex duo cautus
abymelech et omnes sacerdotes qui erant in
nobe. Et ait ad eum. Cur coniurasti adversum
me cum filio ysai. Dedisti ei panes et gladium.
Qui rendit. absit hoc a me. Non fuit res hec in uni-
versa domo patris mei. Nesciui quare fu-
gisset. Et ait rex emissariis suis. Irruite
in sacerdotes. Qui noluerunt extendere manum
in xpos domini. Et ait rex ad doech. Irrue in
eos. Et trucidauit in die illa. lxxxv. viros
vestitos ephot lineo. Forte viri erant ducti
ut presentia religionis mouerent animum regis.
Aiunt hebrei non omnes fuisse sacerdotes nec
induto ephot, sed omnes dignos esse. Percussit
et saul nobe urbem sacerdotum et mulieres
et viros et ninfantes. Sic quod dominus heli sacerdoti
comminauerat, ut le ei radicitus euellenda. Solus
abyathar sacerdos filius abymelech euasit et
fugit ad dauid ferens ephot secum. Qui fecit notum
et declarauit ei interitum patris et seruorum. Et ait
dauid. Ego sum reus omnium animarum patris tui. Mane
mecum. Qui quesierit animam tuam querit et meam.
Et annunciatum est dauid quod phylistei obpugnarent
ceyla, et diripient areas, id est annonam de areis
vel vastarent segetes. Consuluit igitur dauid dominum
vadam et percuciam phylisteos? Et ait dominus
vade et percucies et saluabis ceyla. Cumque
timerent viri eius ire cum eo, rursus consuluit dominum.
Et accepit responsum ab eo quod et prius. Et abiit
dauid et percussit phylisteos plaga magna.
Et intrauit ceyla. Quod audiens saul ait.
Conclusus est dauid in urbe. Et congregabat exerci-
tum ut obsideret dauid et viros eius. Quod cum audisset
dauid consuluit dominum per abyathar. Descendet
huc saul et viri ceyle tradent me in manus eius?
Et ait dominus. Descendet, et tradent te, quasi diceret. Hec
est voluntas regis et illorum quamdiu late non po-
test. Et egressus est dauid et viri eius cum eo, quasi dc.
et uagabantur incerti. Quod cum accepisset saul
dissimulauit exire. Mansit autem dauid in
monte solitudinis ziph. Et abiit ionathas
ad eum in locum silue qui uocatur naua et con-
fortauit manum eius in deo et ait. Tu regnabis
nabis in israel, et ego ero tibi secundus, sed et pater
meus scit hoc. Et innouauerunt iuramentum
federis inter se coram domino, id est coram gad
propheta et abyathar. De zypheis et quod

Ascenderunt autem dauid latuit
zypheri ad saul in gabaa dicentes.
Dauid latet apud nos in colle
achille. Veniet et trademus eum in manus tuas.
Et benedixit eis saul et ait. Considerate
et videte si sit perfectus et renunciate mihi, et
sequar vos. Dauid autem et viri eius erant
in deserto maon. Cumque egressus esset saul
ad querendum eum, ascendit dauid ad petram
locum scilicet munitissimum ut dicit Josephus, in quo se
ergo hominis reposuit. Et transibat dauid in
deserto maon in monte opaco. Porro viri
saul in modum corone cingebant montem.
Cumque desperaret dauid se posse euadere, venit
nuncius ad saul. Festina quia infuderunt
se phylistiim super terram. Desiit saul per-
sequi dauid pergens in occursum phylisteorum. Ob
hoc vocauerunt locum illum petram diuidentem
eo quod ibi separatus esset saul a dauid. Ascendit
ergo dauid inde et habitauit in locis tutissimis
engaddi, hoc est oppidum in quo erant vinee
balsami. Assumens autem saul iii. electorum
insequebatur dauid et suos per abruptissimas pe-
tras que solis ibicibus sunt peruie. Et intrauit
vit saul speluncam ut purgaret ventrem.
Porro dauid et viri eius in interiori parte spelunce
latebant. Et dixerunt servi dauid. Tradidit eum
dominus in manus tuas. Et precidit dauid oram cla-
midis saul silenter. Et rediens ad viros
percussit cor suum. Methonomicos, id est percussit
suum in quo ponitur cor, vel momordit eum
consciencia sua de eo quod fecerat. Cumque mur-
murarent socii eius aduersus eum timens ne
irruerent in saul ait. Viuit dominus quia nisi
percusserit eum aut ierit in bellum aut in prelio, a propi-
ciis sit, quasi diceret. Decreto non peccem ei. Propi-
cius sit mihi dominus, id est hanc vindictam faciat me-
cum ut non mittam manum meam in xpm domini.
Et confregit viros suos sermonibus.
Porro saul egressus ibat cepto itinere. Et
egressus dauid post eum clamauit. Domine mi
rex. Cumque respexisset saul adorauit
dauid in terram et ait. Quare audis verba
dauid qui querit malum aduersum te? Cognosce
oram clamidis tue in manu mea. Cum
eam praeciderem pepercit tibi oculus meus. Quem
sequeris rex? canem mortuum et pulicem vnum.
hec audiens fleuit saul et ait. Iustior
es me. Reddat tibi dominus. Ego quia reg-
naturus sis. Iura mihi in domino ne deleas

seru meu prime. Et iurauit sauli. Abiit ergo
saul i domu sua. Dauid aut ascendit ad tuti
ora loca i angustias masphat. De morte

samuel et nabal

Eo tempe mortuus
e samuel et fleuit. xiv.
eu uniuersus israel singuli tribus ipsum
lugentes. Et sepelierunt eu in ramatha
Ceterum e itaque q ab hoc loco usque i fine sedi
lib n scripsit samuel. Cui et nome prelatum
hii duo lib. q reliq scripsit un. Iprhat de
disciplis ei. op ascribit magro Quidam
tn dnt nathan scripsisse sequitur Dauid
aut descendit i desertu pharan. Oppidu
e in arabya. Erat aut uir i ciuitate a
maon i solitudie maon et posso ei erat
i carmelo. Mons e in sorte iude. Alt car
melus e i confinio palestine et fenicis ubi
helyas occidit prophas baal. Et hic erat de
gene caleph. Iuxta hypponi ita leg. Ca
leph genuit geren. Hic e ut iudei pu
tant nabal. Cu ergo audisset dd q ascen
disset nabal ad tondendos greges misit
ad eu x iuuenes ut mitteret eis aliqua
benedictione i die bono. Exultabant n et epu
labant iudei i tonsione ouiu. Et ait na
bal nuncijs dd. Non mittam. Qs e filius ysai.
Hodie increuerut serui fugitiui. nescio
eos. Cumque audisset dd q improperauerat
ei nabal accinctus e gladio cu cccc uiris
et ait. Hec faciet dd i inimicis meis et ad
dat. si reliq ro de omib q ad eu pertinet
mingente ad parietem i salue canem ul infirmi
u. Porro abygail uxor nabal formo
sa et prudens hec ignorabat. Et indica
uit ei custos ouiu quanta perfidiam tulisset
ei dd in deserto. Festinauit ig abygail
et tulit in occursu dd pane et uinum
et arietes coctos. sata pollente et liga
turas uue passe et massas caricarum
et adorans dd ait. In me sit dne mi h
iniquitas i pro dono mi hac iniquitate uiriul
ita. Si putas ee iniquitate n doleas eum
qa iurasti in i puteo. porro fecit u
ind s nomen sui. Nabal n. stult i interpretat.
Constituet te dd ducem sup isrl. n debes
fundere sanguine innoxiu. Hic n e nomi
n sua e no dedit. et aia tua erit custo
dita q i fasciculo uiuentiu. Hebreus
ht i iuncto uite q idem e i. i collegio
sanctorum. Alia littera ht in fasciculo uitiu

q. d. Sic custodiet dd aiam tua ad multipli
candu sicut fasciculus uitiu custodit in aqua
ad transplantandu. Et ridit dd. Benedictus
dns q misit te in occursu meu. Vade i pace
audiui uoce tua i iniuria remittendo et
honoraui facie tua exenia recipiendo
de manu tua. Cu ei i dicasset abygail
omnia h uiro suo emortuu e cor ei pro
re. Timuit n ne dd uellet deuertere et
mortuus e post x dies. Quo audito dd ait
Benedictus dns q custodiuit manus meas a sangui
ne et reddidit malicia nabal i caput eius
et uocauit abygail et duxit eam in uxore
Accepit q3 dd tercia uxore achynoem de iez
terum. De fuga dauid. Et iterum
nunciauerunt ziphei ad saul. Ecce absco
ditus e dd in colle achille. Et abiit saul et cu
eo iii. electorum. Et descendit dd nocte ad
castra saul. ducens secu abysai filiu sar
uie sororis sue. Hui fuerunt tres filii io
ab et abysai et asael nepotes dd. Cumque
clam intrasset tentoriu regis cunctis dor
mientib dixit abysai. perfodiam saul lancea
a mica. Et prohibuit dd dicens. Qs exten
det manu suam in xpm dni et erit i nocens
s3 tolle hasta q e ad caput ei et sciphum in q
u nas aq et eam. Et egressi sunt nullo ui
gilante q2 sopor dni irruat sup eos. Cumque
transisset torrente et stetisset i uertice mo
tis. unde posset audiri exclamauit dd
ad abner et ad pplm. filii mortis uos estis q
no custodiuistis dnm urm xpm dni. In
gressus e q3piam ut interficeret regem. Vi
dete ubi sit hasta regis et ciph aq. Et agno
scens saul negligencia suorum. bussiu
dd exclamauit Tu uox tua h e fili mi
dd. Qui ridit. Cur persequeris dns mi seruu suu.
Quid feci. Si dns excitat te aduersum me
me odoret sacrificiu. i. placatur opter eu
sacrificio et pce. uocandat nob sup h q ue
lit. uel ira. Tu ipe occidas me et erit q
sacrificiu deo in odore suauitatis. Quidam
ita legut. Odoretur sacrificiu si dns in
citat te aduersum me. i. sacrificantes p
bem iudiciu dei. si dns h facit. Si aut
filii hoim i citant te maledicti sunt qui
cogunt te transire ad ydola gentiu ne seru
iam deo isrl. Et ait saul. dd. peccaui
reuertere fili mi. Non ultra male faciam
t. Et ridit dd. Iudicet dns inter nos

Marginal notes:

n archa genui
geren.

Hinc memoria prin
cipum q fuerat
tonsoras ouiu

Ecce hostia regis. veniat ergo qui tollat eam. Cui saul. Videns tu fili mi. Et que facies facies et potens poteris. Et saul reversus est in locum suum. Et dixit david in corde suo. aliquando incidam una die in manus saul. melius est ut salvet inter phylisteos. Abiit ergo david et sexcenti viri cum eo ad achis filium maoch regem geth. Iste fuit filius supradicti achis cuius mater dicebatur maoch. Et erant cum david due eius uxores achinoe et abigail. Saul enim dederat mychol phalti regalli. Et dixit david ad achys. Nolo esse honerosus regi. Det mihi vel locum in quo habitem. Et dedit ei achys sichelech. que exinde facta est regis iuda. Et habitavit david ibi. iiii. mensibus. et xx. diebus. Et agebat david predas de vicis phylisteorum existentibus qui non erant super parte achys. virum et mulierem non adducebat captivum ne forte loqueretur adversus eum. Cumque quereret achys quos percussisset. dicebat se depredatum esse habitantes ad austrum iude et in campestri.

De suscitacione samuelis. xxvii.

Factum est autem eo tempore congregati sunt ad pugnam contra israel phylistei. et ait achys ad david. Sciens scito quia mecum ingredieris in castris tu et viri tui. Ego custodem pono te capitis mei semper. Congregavit et saul omnem israel et venit in gelboe. Samuel autem mortuus erat. Hoc ideo repetit hic ut ostendatur angustia saul. in qua plurimum esset ei necessarius samuel. vel ut ostendatur samuel recenter mortuus quia in proximo erat suscitandus. Traditur enim nemine posse suscitari arte phytonica nisi recenter mortuum et adhuc in corpore vitalibus. Timuitque saul. et consuluit dominum. Qui non respondit ei. neque per somnia. neque per prophetas. id est per discipulos samuelis. neque per sacerdotes. Hebreus habet neque per doctrinam. per ephot. in quo erat doctrina et veritas. Et ait saul servis suis. Querite mihi mulierem habentem phytonem. Ipse enim occiderat magos et ariolos et phytones una tantum. Io. testatur quod mater erat abner que latens habitabat in endor. que civitas est iuxta fontem endor. phytonem quidam tradunt esse artem suscitandi mortuos. quam phyton adinvenit. quasi dicat. Querite mihi mulierem peritam artis illius. quod in hebreo ubi legitur mulierem balgoph. Balat interpretatur domina. et oph est nomen artis illius.

Mutavit itaque saul habitum suum et venit ad mulierem nocte cum duobus viris et ait. Suscita mihi quem dixero tibi. Que respondit. Nostis quanta fecerit magus saul? Quare ergo insidiaris anime mee? Quidam tradunt saulem ob hoc eos delevisse quia pronosticabant david futurum regem. Iuravitque saul quod propter hanc rem nichil mali pateretur. Et dixit ut suscitaret samuelem. Et videns mulier virum senem conturbata est et ait. Quare imposuisti mihi? Tu enim es saul. hoc enim et samuel indicaverat ut ait Io. Quidam fabulabantur mortuum magice suscitatum a pedibus primo moveri. nisi qui suscitaretur rege suscitante. tunc enim a capite surgit. Alii dicunt phytonem non posse suscitari nisi rege suscitante. Tunc saul indicavit saulem se esse et ait. Noli timere. Quid vidisti? Respondit. Virum senem et gloriosum et amictum pallio sacerdotali. Et intelligens saul quod samuel esset adoravit eum. Et ait anima samuelis ut ait Io. Quare inquietasti me? Cui saul. Coartor nimis. phylistei pugnant adversum me et deus non vult respondere mihi. Ob hoc dicere mihi quid faciam. Respondit. Quid interrogas me cum deus recesserit a te? Faciet tibi deus sicut locutus est. Tollet regnum tuum de manu tua. Cras autem tu et filii tui mecum eritis. id est in numero mortuorum. sicut ego sum. vel in inferno. De hac suscitacione dicunt aliquidam quod spiritus malignus apparuit in specie samuelis. vel fantastice ymago eius apparuit. Alii quod corpus tantum suscitatum est spiritu invisibiliter manente in loco suo quiescente. Hoc audiens saul prostratus est in terra pre timore. nec comederat panem in die illa. Et coegit eum mulier et servi eius ut comederet. Cumque comedisset recedit in castra per noctem. Solvitur enim sententia quod consuluisset phytonissam.

Quod david vitat abymelech.

Congregata sunt ergo phylistei in affec. et ipsi castra metati sunt super fontem qui erat in iezrael. Satrape vero phylistinorum videntes david et suos eius cum achys dixerunt. Revertantur hebrei isti in locum suum ne forte cum ceperimus preliari fiant nobis adversarii. et in capitibus nostris reconcilientur reddi gratiam domino suo. Tunc ait achys ad david innocens et fidelis. Bonus es in conspectu meo. sed satrapis non places. Surgite de nocte et abite diluculo. Abiit ergo david cum sociis suis in sichelech die tercia. Amalechyte vero interim impetum fecerant in sich

Vel quod deus samuel. Traditur quidam quod deus permiserit animam ipsius cum simili corpore induta apparuit ubi

elech, et succenderant eam, et captivas duxerant mulieres et parvulos, et universam praedam. Planxerunt ergo David et populus qui erat cum eo donec deficerent in eis lacrimae, et volebant eum seditiosi lapidare. Confortatus autem David in Domino consuluit Dominum per Abyathar dicens: Persequar latrunculos hos et apprehendam eos? Qui ait: Persequere et apprehendes et reduces praedam. Abiit ergo David et sexcenti viri cum eo, et venerunt ad torrentem Besor, et ibi ducenti lassati substiterunt ex mandato David. Cumque alii transissent, invenerunt puerum Aegyptium fame deficientem quem reliquerat dominus suus Amalechita cum aegrotare cepisset tertia die, et dederunt ei cibum. Et reversus est spiritus eius. Et ait ad eum David: Potes me ducere ad cuneum istum? Qui ait: Si iuraveris mihi quod non occidas me nec tradas in manus domini mei, ducam. Et iuravit ei David. Et eo ducente invenerunt hostes epulantes et quasi diem festum celebrantes. Et percussit eos David a vespere usque ad vesperam alterius diei. Soli quadringenti adolescentes evaserunt camelis. Eruit ei David omnia quae tulerant Amalechitae ab homine usque ad pecus. Dicitur quod in hac die victoriae pervenerunt ei auxilio septem principes militum de Manasse qui confugerant ad ipsum dum rediret in Sichelech. Porro non venerant ad eum tamen de Iuda et Beniamin. Porro cum redisset ad eos viros qui lassi substiterant, salutavit eos David pacifice. Et indignati sunt qui cum eo erant dicentes: Sufficiat unicuique uxor sua et filii, de praeda non dabimus eis. Et ait David: Non audiet vos quisquam fratres mei in sermone hoc. Et qua portio descendentis ad praelium et remanentis ad sarcinas, id est ait: Non autem qui lassi manserunt, quia lassis non debet dari de praeda pretio. Et factum est hoc ex die illa et deinceps quasi lex in Israel usque ad diem hanc. Venit ergo David in Sichelech et misit dona de praeda senioribus Iuda proximis suis et reliquis cum quibus moratus fuerat ipse et viri eius.

De morte Saul et filiorum eius

Porro Philistei pugnabant adversus Israel. Saul autem sciens et prudens festinabat ad mortem et viriliter dimicabat. Soli quippe magnanimes regum tribulum sunt contemptores. Haec magnanimitas maxime convenit regibus quos pro cumulo principatus non solum malos non licet esse circa subiectos, sed nec mediocriter bonos esse. Fugerunt autem filii Israel a facie Philistinorum, et ceciderunt in monte Gelboe et percussi sunt tres filii Saul: Ionathas, Aminadab, Melchisua. Isboseth autem domi erat. Cumque gravatus vulneratus esset Saul, dixit ad armigerum suum: Percute me gladio tuo, ne forte incircumcisi isti illudant mihi vivente et interficiant me. Et noluit armiger. Et irruit Saul super gladium suum, adeo non [illegible] fecerat quod non potuit se transliberare. Quod ut vidit armiger Saul irruit et ipse super gladium suum. Hic fuit Doech Ydumeus ut aiunt Hebrei, qui timuit ne suspectus Saul perderet. Et mortui sunt omnes domestici Saul qui erant cum eo. Videntes autem filii Israel qui trans vallem Iordanis erant stragem suorum, egressi de civitatibus fugerunt. Altera die venientes Philistei ut spoliarent interfectos, expoliaverunt Saul armis suis et filios eius, et praecisa capita eorum cum armis miserunt in terram suam per circuitum ut annunciarent haec in templo idolorum et in populo. Et posuerunt arma eius in templo Astaroth, caput vero in templo Dagon, ut in Paralipomenon legitur. Corpus vero eius et filiorum eius suspenderunt in muro Bethsan, quasi in oculis Israel. Est enim civitas Philistiim in terminis Israel. Viri autem de Iabes Galaad quos liberaverat Saul ab Ammonitis ambulaverunt tota nocte et tulerunt cadavera de muro Bethsan, et combusserunt ea igni et sepelierunt ossa in nemore Iabes, et ploraverunt cum ieiunantes septem diebus. Et hoc est quod in Paralipomenon legitur: Mortuus est Saul propter iniquitates suas, et additur quasi cumulus peccati: Sed insuper phytonissam consuluit, propter quod interfecit eum Dominus. Huius peccati magnitudinem nisi non attendunt. Et regnavit Saul vivente Samuele xviii annis, eo mortuo duobus annis. Horum tamen annos sacra scriptura non annotavit. A Samuele propheta incipit tempus nominatorum prophetarum, sicut a Saule tempus regum Israel.

Incidentia

In diebus istis apud Latinos regnavit quartus Silvius Aeneas filius Postumi. Alia tamen historia quartum ponit Silvium Latinum, vel Silvium fratrem Postumi, et quintum Silvium Aeneam. Huius temporibus Homerum quidam fuisse dicunt.

de quo magna dissonantia est apud veteres
Tradunt enim posuit eum ante descensum in pelo
ponensum urbe heraclydarum. Eusebius per
c. annos a captivitate Troie. Aristarchus et
phylochorus tempore emigrationis yonice. Apol
lodorus atheniensis c. xl°. anno eusionis
ylii. Alii medio tempore ante olympiades

Factum Incipit

est postquam mortuus est Saul adolescens fugi
ens de prelio venit ad David in Siceleg
et adoravit. Cumque dixisset ei David victum
esse Saul cum filiis suis mortuum, ait David. Un
de scis quod mortuus est Saul et Jonathas filius eius.
Qui ait. Vidi Saul incumbentem super
hastam suam et hostes appropinquabant ei.
Cumque conversus esset post tergum et vidisset me, dixit mihi quis es? Dixi Ama
lechites sum. Ait. Interfice me quia op
pressus est ne occiderent me; recumbens. Et
occidi eum quia vivere non poterat et tuli dia
dema quod erat in capite eius et solebat in capite
esse et armillam de brachio eius et attuli ad
te domine meum. Aiunt Hebrei hunc fuisse fili
um Doech ydumei, cum patre prius vivo in venerunt
super gladium suum et dedit insignia regis quae cu
stodiebant ut ferens ea David redderet eum
sibi placabilem non obviavit quia erat ydumeus
et filius Amalechites dicitur quia Amalechite
sunt ydumei. Amalech enim fuit filius
Eliphath filii Esau. David ergo et omnes
qui cum eo erant sciderunt vestimenta sua
plangentes et ieiunantes usque ad vesperam
super regem. Et ait David adolescenti. Quare
non timuisti mittere manum tuam in christum domini.
Os tuum locutum est contra te. Et iubente David
iuvenis de pueris eius occidit eum. Et precepit David
ut patres docerent filios suos arcum, id est ar
tem sagittariam, quam audierat ipse a sa
gittariis inefectam. Sicut scriptum est in libro
iustorum. Hic liber non habetur, sicut et plures alii
qui fuit medio in v. ea quos combusserunt
domini a babylonis. Fuerunt qui dicerent hunc
librum dici librum iustorum, eo quod de iustis agit
scilicet Samuele et David. Alii dicunt pentatheucum
librum iustorum in cuius genesis artem sagitta
ri utilem esse, quia dicit Iacob se tulisse
arcum de manu Amorrei in gladio et arcu.
Quidam legunt rectorum, nec illi dicunt librum
rectorum, quia agit de his qui recti sunt, scilicet Iudicum.
Iudiciarum ut sit sensus: sic precepit David arte
illa fruendam sicut fruitur et scriptum

est in libro iustorum. Hoc planxit David carmen lu
gubre super Saul et Ionatham. Et creditur
metrice compositum fuisse. Et continentia hui
carminis separatim. Primo ait de loco ubi facta
est strages et imprecatur ei. Secundo commendat Saul
et Ionatham. Tertio specialiter commendat Iona
tham ostendens quantum dilexerit eum. Recolo
est si aliquid singulariter, aliquid pluraliter
de eodem more loquitur. Est enim mons plu
res colles habens. Ubi legitur montes Gelboe
nec ros nec pluvia veniant super vos. Ma
dicunt sic debere sic legentes Iheronimum. Montes
Gelboe sub audi ne vobis. Preterea inferunt
nec ros et pluvia veniant super te. Montes
hii ut dicunt prius uberrimi fuerant et
imprecatur eis non aviditate sed stilistarum
qui audiebant. Unde sub dit. Neque sint sup
vos agri primitiarum, id est fructuum optimorum
sicut prius. Alii dicunt spiritum esse qui implorat
est in diebus Helye. Alii dicunt inde calamitatem mo
tis nec ante nec post pluisse, sed per maledictionem
confirmatum est. Plangitque David Saulem eo quod
inglorius interfectus est, sed non est velut oleo. Et sub
dit etiam hic vero sanguine interfectorum et ab
adipe fortium, id est per sanguine fusorum quos
occidit in nobilem. Hebrei eum inchoant ver
sum ita: a sanguine interfectorum ab adipe for
cium sagitta Ionathe. De prima unctione
David in regem. ii.

Post hec ergo
consulto domino ascendit David in Hebron et
habitavit ibi cum duabus uxoribus suis et cum
omni domo sua, virique eius manserunt in
oppidis Hebron. Et unxerunt eum viri Iu
da in regem super tribum Iuda. Hic inchoat
quantum erat non principio regni inde orum
ut quidam volunt, quia tunc inchoasset
a Saule, sed a renovatione promissionis
que patribus olim data erat de regno Iu
da, quod prefiguratum est in David. Iurante domino de
veritate de fructu ventris tui sessuro super
sedem suam. Nuntiatumque est David quod Iabytae
sepelissent Saul, et nuntiavit eis dicens.
Benedicti vos a domino qui fecistis misericordiam cum do
mino vestro. Retribuet vobis deus, sed et ego
retribuam, et timueritis quia non habetis rege
quia unxit me domus Iuda regem. De
regno Ysboseth.

Abner autem
princeps exercitus Saul tulit Ysbo
seth et circumduxit eum per castra, id est
ubicumque dispersus erat exercitus et cum

lib. ii.

cum rege super reliquas tribus. Vel per castra intel
lige manaym locum munitissimum ubi unxit
eum in regem. Erat autem Isboseth quadraginta an
norum et duobus annis regnavit super Israel. Da
vid vero vii. annis et vi. mensibus regnavit
in hebron super domum iuda. Eo tempore ortum
est intestinum bellum inter hebreos. Procedentibus castris
suis est abner et pueri eius de castris in gaba
baon. Ioab autem et pueri david occurrerunt
eis ad piscinam gabaon. Et convenit inter
eos quod xii. tantum exirent atque pro se pugnarent
in medio exercituum. Et apprehenso unusquisque
capite comparis sui defixit gladium in latus
contrarii et ceciderunt simul. Unde dictus
est locus ille ager robustorum. Iosephus tamen ubi vellet quod
pueri david saulitas occiderunt comparibus suis. Or
tum est autem bellum inter reliquos et fugatus abner
cum suis. Erant autem ibi cum ioab duo fratres
eius quorum azael velocissimus qui unus de capreis
persequebatur abner instantissime. Cui abner
Noli me persequi ne compellar confodere te et non po
tero levare faciem meam ad ioab. Ille vero noluit
declinare. Et percussit eum abner in inguine
aversa hasta id est cum ligno posteriori non cum
mucrone haste vel versa ad eum hasta. Perse
quentibus autem ioab et abisai fratre fugientem abner
sol occubuit. Et venerunt ad collem aqueductus
in cuius summitate congregati sunt abner filii
benyamyn in cuneum unum. Et ait abner
ad ioab. Numquid usque ad internecionem deseviet gladius? An ignoras quod periculosa sit desperatio? Usquequo non dicis populo ut omittat persequi fratres suos?
Cessavit ergo ioab et omnis exercitus persequi eos.
Porro abner cum suis nocte illa transiens
iordanem venit ad isboseth in manaym. Io
ab vero et viri eius tulerunt asael et sepelie
runt eum in sepulcro patris sui in bethle
em et redierunt ad david in hebron.

De filiis David

Facta est autem
ergo longa concertatio inter hos re
ges et david crescente aliis decresce
bat. Natique sunt filii david in hebron
primogenitus amon de achynoem. Secundus cel
eiaph de abygail. Tercius absolon de uxo
re gentili maacha scilicet filia tholomai
regis gessur. Quartus adonyas filius
agyth. Quintus saphacyas filius abygal.
vi^us. tertaam qui Iosephus vocat nathan de
egla uxore sua. Quam hebrei dicunt fuisse
mychol et solam dicunt uxorem eius quia in adoles

centia sortitus est primam uxorem quia non videtur
posse stare cum in sequentibus legatur mychol
in ierusalem subsannasse david et dicitur quod non est ei natus
filius de david usque in diem mortis sue quia in
ipso partu occubuit. Sed potuit fieri ut viven
te patre de ierusalem descenderet in hebron ut
ibi pareret tamquam in tuciori loco regni.

De interfectione Abner.

Eo tempore
festinatum est quod abner intravit ad concubinam
saul respha pulcram nimis et obiur
gatus est ab Isboseth adversus eum pro obprobrio do
mus sue et timens ne forte concubinam usur
paret sibi regnum, iratus abner ait
ad eum: Numquid caput canis ego sum contra iudam qui fe
cissem misericordiam hodie? Quasi diceret: propter te iudas ha
bet me quasi caput canis mortuum. Vel ita: propter
te factus sum caput canis id est princeps ira
cundia latrancium contra christum domini. Et mi
sit abner ad david nuncios dicentes: Cuius est
terra? quasi diceret: Mea. Pone mecum amicicias et
mecum amicicias et reducam ad te universum
israel. Qui ait: Optime faciam tecum amici
cias. Sed non videbis me antequam reduxeris
mychol. Sed ad ysboseth mandavit david
dicens ut remitteret ei uxorem suam michol.
Tulerunt ei eam a viro suo falchyel qui
persequebatur eam plorans
usque ad bauryrm. Sed
non cognovit eam
eo quod illa diligens
david sciens quod ipsius erat et
locutus est abner ad se
niores israel et insuper
me ad beniamyn
ut transiret ad david
quem elegerat dominus. Et
ascendit abner in he
bron ad david et su
sceptus est ab eo magni
fice et ait: Surgam
Aiunt hebrei quod hic
pro lege non cognovit
eam timore dei et ideo nomen
eius addidit filius dei el
et dicitur falthyel re
vatio a deo. Iste
falthyel doctus erat
in lege et ideo nolebat
uxorem alterius violare
nomen suo ad dictum
el quod est filius dei quia pro
timore et reverentia
dei et legis abstinu
it. Hebrei sic dicunt
ut congregem ad te omnem israel. Cumque abi
isset in pace. Ecce ioab et pueri david veni
ebant cesis latronibus cum preda magna nimis
et dictum est ioab de adventu abner et de
pace cum rege. Qui cum reprehenderet eum re
gis dicens: Intravit abner ut deciperet
te et non cognovisti. Tunc misit nuncios
post abner qui a rege vocantes eum et redu
xerunt eum et occurrens ei seorsum ad
duxit eum quasi secreto locuturus et percussit

eum in igne et mortuus est. Qui in Ucone fuit suis
sed vivus est quia timebat ne fieret ei secundum
regem. Quod cum audisset David ait: Mundus ego sum
et regnum meum a sanguine Abner. Et redeat super
caput Ioab. Non deficiat de domo Ioab seminis
fluens et leprosus et tenens fusum, id est effeminatus,
et cadens gladio et indigens pane. Sed hic
vindicte imprecari: seminifluum et lepram
et eiulationem et stragem in bello et mendicitatem.
Quidam legunt pro uno leprosus et tenens
fusum, id est breve ventilabrum quod fit de foliis
palmarum et volvitur inter digitos instar fusi.
Scidit ergo David vestimenta sua et flevit super
Abner et omnis populus qui erat cum eo. Et indixit
omnibus ieiunium usque ad vesperam et ait: Nescitis
quoniam princeps maximus hodie cecidit
in Israel? et cetera. Ego autem delicatus rex et cetera. Cum
sim novus rex, indigebam auxilio istius.
Porro filii Sarvie nimis duri sunt.

De morte Ysboseth et secunda unctione David

Cumque audisset Ysboseth de morte Abner dissolute sunt manus eius et omnis Israel perturbatus est. Duo autem viri principes latronum erant Ysboseth, Baana et Rechab de filiis Beniamin, qui iam recesserant ab Ysboseth et venerant ad Myphiboseth filium Ionathe ut facerent eum regem. Qui noluit, immo prodidit eorum consilium. Quidam tradunt quod Ysboseth offensus erat eis quia dicebant ei Myphiboseth regem esse debere cum filius esset primogeniti Saul. Erat autem Myphiboseth iste claudus utroque pede. Quinquennis enim erat cum nuntiatum est ei de morte Saul et Ionathe et tollente eum nutrice ut fugeret cecidit et confractus est. Porro Baana et Rechab ingressi sunt domum Ysboseth ferentes spicas tritici quasi portaturi regi. Ostiaria autem domus obdormierat, et invenientes Ysboseth dormientem in meridie interfecerunt eum et attulerunt caput eius ad David in Hebron dicentes: Ecce caput viri qui querebat animam tuam, estimantes se munera accepturos a David. Et ait David: Interfecistis virum innoxium, sanguinem domini vestri fudistis, et ideo auferam vos de terra. Et precisis manibus et pedibus eorum suspenderunt eos super piscinam vel spinam in Hebron. Caput vero Ysboseth sepelierunt in sepulcro Abner. Et venerunt seniores de Israel ad David et percussit cum eis fedus. Et unxerunt eum in regem super omnem Israel. Primo ergo unctus est in signum regni, secundo in regem

super Israel. Filius triginta annorum erat David cum regnare cepisset. Et iuxta [illegible] Hebreorum ydiomate et quadraginta annis regnavit. In Hebron septem annis et sex mensibus super Iudam, secundum David imperium. Ita secundum istam postquam Ysboseth regnavit in Israel non nisi duobus annis regnavit in Iuda. Sed aiunt Hebrei eum regnasse in Hebron aliquibus annis adhuc Saule vivente, quia domus Iuda iam affectabat eum in regem, sed ipse mittebat eis munera tamquam suis. In Ierusalem autem regnavit triginta tribus annis super omnem populum. Si quis querit de summa regni sex mensium, dicunt Hebrei David egrotasse sex mensibus et non dignum regem fecisse, vel quod Absalon persecutus est eum sex mensibus et tunc quasi non regnavit David. Qualiter expugnavit David Ierusalem et munivit.

Postea collecto exercitu ascendit in Ierusalem ut peteret Iebuseum. Qui posuerunt cecos et claudos super murum in derisione David dicentes: Non ingredieris huc nisi abstuleris cecos et claudos, quasi dicerent: Adeo urbs fortis quod forti auxilio non indigemus. Alii dicunt eos imposuisse imagines super murum quas dixerunt cecos et claudos, id est non agentes, quasi dicerent: Quia nobis hi agentibus intrare non poteritis, vel se ipsos dixerunt cecos et claudos quia debiles et similes his reputabat David eos. De inceptis in proverbium venit: Cecus et claudus non intrabit templum domini. Primo simpliciter in lege prohibitum erat cecum et claudum intrare ad offerendum preter usum in proverbium. Forte cum ianitores arcebant inmundos dicebant enigmatice: cecus et claudus non intrabit, ponentes cecitatem et claudicationem pro qualibet immunditia. Porro in flore civitatem obtinuit David tradente eam sibi horna Iebuseo. Cumque arcem Syon obtinere non posset, proposuit in premium principatum militie illi qui primus percuteret Iebuseum et tangeret domatum fistulas, id est tectorum canales per quos defluunt stillicidia. Alii dicunt fistulas cuniculos subterraneos per quos erat ascensus usque ad tecta. Multis igitur festinantibus Ioab prevenit universos et clamavit: Adversum erigens mihi principatum. Et obtinuit David arcem expulsis omnibus Iebuseis preter Horna. Et edificavit per circuitum et incipiens a Mello intrinsecus, et partem illam civitatis vocavit civitatem David. Reliquam partem urbis extruxit Ioab. Mello autem erat principium partium et quidam vocant vallis profunda. Porro ubi civitas David postea vocata est Mello. Et edificavit mea David domum

yram regi tyri fenie qui auxiliu mittedo ligna cedrina et artifices. Porro dd accepit alias
uxores et nati sunt ei in ierlm filii xi. preter
amulatam nathan al. f. a nathan ppha
q dd adoptauat post morte patris. Et ne
q ierlm usque admelchisedech dicebat ieb
a q dcā ē salem. Postea a dd iebusalem
post mutata b. in r. dicitur ierlm. qi mu
nita salem. Ieru hebraice munitio. Ita
dic Io. q hec lra mutatio abhomeris fac
tam quidam putant. Postea dcā ē a salomo
ne ierosolima. et tande p sincopam ie
rosima

Qd dd infecit phylisteos

Audientes aute phylistei dd regna
re sup isrl ascenderunt uniuersi
ut quererent dd. et castra meta
ti sunt i ualle raphayn. no paul. et ierlm.
Et egressus ē ad eos dd ex iussu dni. Et per
cussit eos more gladii. et diuisit eos sallac haec
in fugam. Vbi uocat ē loc baalpharasim
i. uirorum diuisio. uel qr ibi fugientes reliq
runt ydola. q tulit dd secu et conflauit. Et
addiderunt adhuc phylistym ut ascenderent
i ualle raphaym. et posuerunt ydola sua sbar
borib piroz. Hebre hic fletuu i. ploratu
q s. digna sunt fletu. et cultores suos adfle
tu eternu trahunt. Cumque angelus dni i cedris
sup cacumina piroz sonitu faceret irruit
in eos dd. et percussit eos usque ad gazer

De reductione arche in ierlm. vi.

Porro fecit dd tabnaculu uxt domu
sua ad reponendu archam. et posuit
in eo quanda de uectib cortinis ta
bulas u columpnas et bases porcs resulu.
Et descendit dd cu. xxx. uiroz. et posuerunt
archa sup plaustru nouu. et tulerunt ea de
domo amynadab q erat in gabaa i. colle
uel cariathyarim. Sic ē ibi gabaa p q̄da no
m urb uel loci. q ex sua preparatione sua colle
sonat. Duo aut filii aminadab mina
bant plaustru. Ayoth precedebat. et oza
sequebatur. Dauid aut et omis isrl psal
lebant cora archa i musicis istrumentis.
Cum aut uenissent ad area nachor calcit
rauerunt boues et inclinata ē archa. Et
extendit oza manu et tenuit eam. et aliu
der uera est ei inqua archam sic debuit
sicut pat ei iusserat. et percussit
Et uocatu ē nom loci illi p cussio oze.
Dicit Io. cu percussum q̄ … teriget

Archam cu sacdos no eet. Alii dnt qr posue
rit archam sup plaustru cu humis portare
debuisset. Hebrei tradunt q ea nocte dormi
erat cu uxore sua. Timuit itaque dd diu
te archam ad se et posuit ea i suburbio i do
mu obeth leuite filii gedeon gethei. Et
fuit i trib mensib. Et bndixit dd domui
obeth. Aiunt hebrei q uxores ei et nurus
et nurus pepererunt masculos. et unaqueque duplices
fetus. Quo audito abiit dd ut adduceret
archam i ciuitate dd cu gaudio. Dauid
aut accinct ephoth lineo psallebat coram
archa in organis armigatis i. ad armu
ligatis. uel p qndam gen ē organi qd fit
cu aq. Et uidit eu psallente mychol p
fenestra. et despexit eu in corde suo. Cumque
posuissent archam i loco suo. obtulit
dd holocausta et pacifica et bndixit po
pulo et partiti sunt p singula capita collyrida panis
una. et assatura bubale carnis. et simila
frixam oleo. Cumque redisset dd i domu sua
sbsannauit eu mychol dicens. Qm gloriosus fu
it hodie rex isrl nudat qi unus de scurris. Et
ridit dd. Viuit dns qd ludam et humilior fiam
an dnm q poti elegit me q prem tuu. Ergo
obhanc mychol no ē natus fili usque in diem
mortis sue. q inclusiue legendu ē i. nunqm
occubuit inpeu. uel exclusiue i. nuq q uoce
nelle. Io. qui dt etiam de dd minime filios
peperisse. sz de uiro cui dederat eam pat suus
sbl atam a dd. v. filios huisse q intellige
dicunt adoptiui. Merob. n. merob soro
re sua. v. filios eius adoptauit mychol

De uictoriis dd et officialib ei. vii.

Factu ē cu sederet rex i domo sua hns
requiem ab hostib suis dixit ad nathā
uides q ego habitem in domo cedrina
et archa dei posita sit i medio pellium. Et
eam ei domu. Et ait nathan. Fac qd co te
cu ē. Nesciens qd diceret. Eadem nocte fac
ē ūbu dni ad nathan. Dic suo meo dd
No edificabit iste m domu. qr sanguinari ē. s
sz filius ei succedens ei in regno. Faciet domu
noi meo. et stabiliā eu usque in sempitrnu
et ego ero ei in prem. et ipe erit m i filiu.
Ex hac pmissione coniciat q salu sit sa
lomo. huius audita gratias ē dd de succes
sione regni. et exinde papue grās egit
deo dicens. ista ē. n. lex adam. dne deus
i. lex hois ut sit sollicitus de successione

filiorum .xii. ut gratias agat deo de beneficiis
sibi collatis. Post hec percussit David philisteos et ab
stulit frenum tributi quod solvebat in
israel de manu eorum. Et percussit moab et men
sus est eos funiculo et quos voluit dedit gladio
coequans eos terre. et valde humilians et men
sus est duos funiculos unum ad occidendum et
unum ad vivificandum. id est ad arbitrium suum quos
voluit occidit quos voluit reservavit. Et factus
est ei moab tributarius. Et percussit adadezer
regem soba. Cum autem venisset presidium syrie de da
masco percussit ex eis .xxii. et ponens in sy
ria presidium fecit eam tributariam. Audiens
autem thou rex emath percussum ada
dezer hostem suum misit ad David Joram
filium suum cum muneribus et gratiarum actione quod
hostem suum percusserat. Cumque rediret David
a syria occurrerunt ei ydumei in valle sa
linarum. Et percussit ex eis .xviii. Josephus corrigit
.xviii. et in iebel. paralipomenon .xviii. et ponens in ea
presidium fecit eam tributariam. Tunc impletum
est quod dictum est Rebecce. Maior serviet mino
ri. Et retulit in Ierusalem aurum et argentum
multum nimis. quod sanctificavit domino in fab
ricam future domus. Ex ere corynthio sanc
tificatum deo fecit Sa
lomon mare eneum colum
nas et altare. Porro
ioab erat super exercitum.
Josaphat erat a com
mentariis id est scriptor
gestorum. Scribebat
enim singulos reges cro
nica gestorum.
Sadoch et abyathar

In corintho fuit quondam
templum edificatum ydo
lorum ex ere et argen
to et auro quo combusto
metalla fluxerunt
et mixta sunt quorum
maior pars erea
generali nomine voca
tum est talis mixtio
chorynthium

sacerdotes erant. Saraia autem scriba erat id est
cancellarius. Banayas autem erat super che
rethi et phelethi qui erant custodes capitis David
hii dicuntur fuisse .lxx. iudices locorum. vel vide
mus elegit .lxx. unde cerethi sonat ex
terminatores. pheleti admirabiles. Filii
autem regis sacerdotes erant. id est digniores
potentes post regem. Sic dicitur Jetro sacerdos
fuisse madyan. De myphyboseth .ix.

Et recordatus est David federis quod fece
rat cum ionatha et ait. Num
quid superest aliquis de domo saul cum quo
faciam misericordiam propter ionatham. Cumque adce
pisset super se myphiboseth filium io
nathe debilem pedibus vocavit eum et re
stituit ei omnem possessionem saul avi sui et consti
tuit eum commensalem suum tamquam unum de filiis
suis. Porro syba puer saul ~~qui erat~~ cui erant
.xv. filii et .xx. servi ex mandato David exco
lebat terram et ferebat fructus ad myphibo
seth in Ierusalem. Erat autem myphiboseth filius
mycha. De morte urye et penitentia David .x.

Factum est ut moreretur naas rex amonitarum
et regnavit pro eo filius eius amon. Misitque
David nuntios ut consolaretur eum de morte
patris. monens ut amicitiam quam cum patre eius habue
rat permaneret. Cum enim David fugisset ab achys
sub simulatione furoris a patre isti benigne
collectus fuerat. Principes autem amon eracuerunt
regem suum dicentes. Estimas quod misit David ut vide
ret ingressum et exitum tuum ut percuciat te
et terram tuam. Tulit itaque amon servos David
et rasit dimidiam partem barbe eorum. et precidit
vestes eorum usque ad nates. Videntes autem amo
nite quod iniuriam fecissent David conduxerunt .xx. mili
tes de syria roob. et syria sobal. et a rege
maacha. et a rege ystob. Misitque David Jo
ab et omnem exercitum adversus eos. Stabant
autem amonite ante ingressum civitatis et sy
rorum exercitus erat in campis. Joab quoque divi
sit exercitum partem tradens abysai fratri suo par
tem quam retinuit. Et vertit syros in fugam
et eos in ore gladii. Quod videntes amo
nite et ipsi terga dederunt abysai et re
ceperunt se in urbe. Joab vero rediit in Ierusalem
cum triumpho. Videntes igitur syri quod corruissent
coram israel. collegerunt iterum exercitum ampli
orem. David quoque contraxit populum israel et transi
ens iordanem direxit aciem adversus syros
et percussit ex eis currus et equites .xl. et sobal
principem militie. Timueruntque syri auxilium
deinceps prebere filiis amon. fecerunt que pa
cem cum israel et servierunt eis. De thamar

Factum est autem quam oppressit amon. xi.
anno vertente illo tempore cum solent
reges ad bella procedere. misit David Jo
ab et universum israel et vastaverunt filios
amon. et obsederunt rabath. David autem
remansit in Ierusalem. Accidit autem ut sur
geret David de strato post meridiem et deam
bularet in solario. videtque bersabee
uxorem urye ex adverso filiam helye filii
achytofel lavantem se aqua frigida cuius
specie inspiratus ad se vocatam cognovit
statimque sanctificata est ab inmunditia sua

i. post coitum lavit se vel concepit. Et cessavit menstruus sanguis. Quia natura dicitur reservare post conceptum in alimonia fetus. Quidam tradunt eam tunc menstruatam esse et ad tactum regis cessasse menstruum. Dicit Epyphanius quod cum vocasset David Bersabee cognovit hoc Nathan propheta et festinavit ad David ut prohiberet antequam vellet mittere, et impedivit eum Belyal. Nam in via invenit hominem occisum nudum iacere et moram fecit ibi. Eadem nocte rex implevit peccatum et luxit Nathan. Cumque accepisset David eam concepisse revocavit Uriam armigerum Ioab. Sed Ioab expeditione ut ingrederetur ad uxorem ut partus ei ascriberetur. Quesivitque David ab Uria de statu belli, monens ut intraret ad uxorem et paululum recrearet se. Esto sequitur ei Urias et dormivit cum servis regis. Quam ob rem vocavit eum David altera die et statuit eum secum in mensa invitans ad pocula usque ad ebrietatem. Sed non sic coactus est ire de studio uxoris. Et ait: Archa Domini et Israel habitant in papilionibus et dominus meus Ioab manet super faciem terre, et ego ingrediar domum meam? Per salutem tuam rex non faciam rem hanc. Certus ergo David quod non intraret scripsit ad Ioab quem dereliquisset Ierusalem Urias ut poneret ipsum in media prelii et periret interim. Cumque tulisset Urias epistolam mortis sue per mandatum regis interit. xij.

oris

Porro Bersabee accepta morte viri planxit eum. Transactoque luctu vocavit eam David et facta est ei uxor. Et peperit ei filium. Et tunc misit Dominus ad David Nathan qui posuit ei paradigma de divite habente oves plurimas qui rapuit pauperi vicino oviculam unam quam habebat ut ex ea pararet cibos hospiti qui supervenerat. Et indignatus rex in hominem dixit illi: Vivit Dominus quia filius mortis est vir ille qui hoc fecit. Ovem reddet in quadruplum. Et ait Nathan: Tu es vir ille. Uxorem Urie accepisti et ut occultares adulterium interfecisti eum gladio filiorum Amon. Quam ob rem hec dicit Dominus: Non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum. Ecce suscitabo super te malum de domo tua. Hoc ultimum factum est quando persecutus est eum Absalon, primum vero in divisione regni post Salomonem. Et ait David ad Nathan: Peccavi Domino. Et descendens de throno consistorii sedit in terra et tamquam vir devotus coram omnibus confitens peccatum suum non erubuit. Et ait Nathan ad eum: Dominus transtulit peccatum tuum; non morieris, nec regnum amittes. Verumtamen filius qui natus est tibi morietur quia blasphemare fecisti inimicos Domini. Dixerunt enim ydolatre vel dicere potuerunt: Non est iustus Deus Israel quod Saul amovit a regno et sustinuit David, cum David gravius peccaverit quam Saul. Percussit ergo Dominus parvulum usque ad desperationem vite. Et deprecatus est David Dominum pro parvulo et ieiunavit et iacuit super terram et noluit consolari. Accidit autem die septimo ut moreretur infans. Et videns David suos mussitantes intellexit quod mortuus esset. Quo accepto lotus facie et mutata veste intravit ad Dominum et adoravit et exhylaratus comedit. Et admirati sunt servi quod contra consuetudinem egisset. Et ait ad eos: Cum adhuc viveret puer flevi et oravi ut viveret. Eo mortuo quare flerem? Numquid potero revocare eum? Ego vadam ad eum, ille non revertetur ad me. Hoc autem agebat David ut consolaretur Bersabee quia diligebat eam. Et procedente tempore genuit ex ea filium quem vocavit Salomonem. Misitque eum in manum Nathan qui vocavit eum ydida id est amabile Domino.

Igitur pugnabat Ioab contra Rabath et expugnavit eam. Misitque ad David dicens: Veni et cape civitatem ne nomini meo ascribatur victoria. Congregavit David omnem populum et profectus cepit urbem et vastavit eam et tulit dyadema de capite Methol quod sonat rex eorum, et erat ydolum Amonitarum. Et erat in dyademate gemme preciose et auri talentum. Quod conflavit David et formavit sibi ex eo dyadema in medio gemmarum statuens sardonicem in capite. Post reliquas civitates Amonitarum vastavit et milites de his serravit vehiculis ferratis et plures divisit cultris et tradidit in typo laterum.

De morte Amon et fuga Absolon. xiij.

Factum est post hec suscitavit Dominus malum in domo David in hunc modum. Amon primogenitus David diligebat Thamar sororem Absalon utroque parente

ita ut depereret mea et egrotaret. Hic erat
cognatus et familiaris Ionadab filius Semaa
fratris David prudens valde, quem Io[sephus] Ionathan
vocat. Hunc quidam Hebrei tradunt fuisse Na-
than. Sed absit ut propheta flagitiosum dederit
consilium. Hic ait ad Amon: Quare sic atte-
nuaris macie fili regis? quasi dicat: qui debes succe-
dere regi in regnum. Respondit Amon: Diligo Tha-
mar sororem meam. Cui ille: Simula languorem.
Cumque venerit pater tuus ad te visitandum,
dic ei: Veniat oro Thamar soror mea et
faciat michi pulmentum ut comedam sicut de ma-
nu eius. Cumque venisset Thamar missa a rege
coxit in oculis eius sorbiunculas vel secundum Io[sephum] col-
lyridas frixas. Et eiecit Amon a se omnes
foras. Cumque intrasset Thamar ad eum in con-
clavi, apprehendit eam et ait: Cuba mecum
soror mea. Que ait: Noli frater opprimere
me et facere opprobrium generi tuo in Israel, sed
loquere ad regem et non negabit me tibi. Hoc
dicebat ut sic effugeret manus eius. Non enim fas
erat per legem ut quis duceret uxorem sororem
suam ex patre. Tamen quidam determinant hoc dictum
esse, si fuerint ambo eiusdem patris. Hec autem fue-
rat de matre gentili Maacha, quam David
ceperat in prelio et raserat et unguibus cesis per legem
duxerat eam in uxorem. Et ita tradunt illos
potuisse fieri coniuges. Noluit autem acquiescere
Amon, et oppressit eam, et statim
exosam habuit eam magis quam ante dilexe-
rat. Et eiecit eam a se rogantem ut a-
pud se maneret et esset ei uxor. Cumque eie-
cisset eam puer Amon, aspersit cinere capiti
suo et rupit tunicam talarem qua utebantur
filie regis virgines, quam Io[sephus] vocat colo-
bium manicatum. Et impositis manibus
super caput ingressa est ad Absalon fratrem suum
eiulando. Cui frater ait: Tace soror, frater
tuus est. Et mansit in domo Absalon longo
tempore sustinens viduitatem. De consilio
Chusi et morte Achytophel

Factum est autem post biennium ut ascenderet
Absalon ad tondendas oves et ait
ad regem: Veniat rex oro cum servis suis ad
convivium pueri sui. Cumque abnuisset ne
gravaret eum, ait Absalon: Veniat sal-
tem obsecro Amon frater meus et filii regis cum
eo. Et abierunt cum Absalon. Cumque te-
caluerent pueri Absalon ex precepto eius in-
terfecerunt Amon temulentum. Et ascenden-
tes filii regis mulas suas fugerunt. Et
prevenit fama ad David dicens: Percussit Absalon
omnes filios regis. Et scidit rex vestimenta
sua et cecidit super terram. Ionadab autem quem ve-
ritas non latebat ait ad regem: Ne timeat
dominus meus, quia solus Amon mortuus est, quem oderat
Absalon a die qua oppresserat sororem eius.
Et ecce apparuerunt filii regis et fleverunt
cum rege planctu magno nimis. Porro
Absalon fugiens abiit ad Ptholomay a-
vum suum regem Gessur, et fuit cum eo
tribus annis. Rex autem consolatus super Amon
interitu cessavit velle persequi Absalon. Quod
intelligens Ioab quod diligebat Absalon mi-
sit ad David mulierem sapientem de Thecua, que putatur
fuisse proava Amos prophete. Et posuit Ioab
verba sua in ore eius. Cumque ingressa fu-
isset mulier ad regem adoravit dicens: Ser-
va me rex. Mortuus est vir meus, et erant michi
duo filii, et interfecit alter alterum in agro, et con-
surgit universa cognatio adversus occisorem que-
rens animam illius pro anima occisi, et querunt occidere [extinguere]
scintillam meam super terram. Hec mulier posuit
se in persona David et filios suos in persona A-
mon et Absalon, et per personam cognationem
suam in persona aliorum filiorum David. Et ait rex
ad eam: Vade in pace, ego iubebo te. Quod cum
non sufficeret mulieri, ait ad regem: In me sit
domine hec iniquitas, et in domum patris mei, rex
autem sit innocens, quasi dicat: Si putas iniquum parce-
re occisori, michi imputetur et domui mee. Cumque
iterasset rex promissionem, nec sufficeret mulieri,
instanter rogabat regem. Qui ait: Vivit Dominus
quia non cadet de capillis filii tui super terram.
Tunc exponens ei mulier similitudinem ait:
Reducat igitur dominus meus abiectum filium suum. Non
enim vult Deus perire animas, et omnes dilabimur tamquam
aque que non revertentur, quasi dicat: mortuum filium
revocare non potes, adiuva melius est ut
revoces viventem, quam alterum vindicando perdas.
Et ait rex: Numquid manus Ioab tecum
in istis? Que ait: Ipse posuit verba hec
in ore meo ut dicerem similitudinem sermonis
huius. Et ait rex ad Ioab: Revoca puerum
Absalon in urbem. Cumque reduxisset Ab-
salon in urbem, ait rex: Non videat faciem
meam, considerans nocere eum ne eo viso renovaretur
in me dolor filii. Et mansit Absalon in Ie-
rusalem duobus annis, et faciem regis non vidit.
Porro Absalon erat decorus nimis, cui

cesaries. f. Jo. tanta erat. ut vix. x. dieb' ton
deri posset. qui semel in anno tonsus pondabat. ce
sidis. ffo te tonsura ei erat huius ponderis ut s'
pcio emebat eam mulieres ut se ornarent crines
suos. Nati q; sunt absalon filii tres et filia una
noie thamar. Misitq; sepi' ad ioab ut inter
cederet p eo ad rege. Q' noluit venire ad eum. Ius
sitq; absalo servos suos ut incenderent segete ag'
ioab. Q'o facto venit ad eum ioab dicens. Q'r fecere
runt sui tui. Q' ait. Alii te hic no poteram
Obsecro intra ad rege ut videam faciem suam
alioqn interficiat me. Et ingresso ioab ad rege
vocat' e absalo. et osculat' e eum rex. Quom

Tunc cepit absolon psequi david. xv.

T absalon aspirare ad regnum. Fecit q; sibi
an eum genitus ul' incest erat l' mortuus
fecitq; s' curru et equites. l. q precederent eum
Et mane consurgens stabat i porta et blandie
batur ascendentib' ad regis iudicium dicens.
Bona sunt q dicis. s; no e q te audiat constitut'
a rege. Q's constituet me ut iuste iudicem.
Et inclinavit ad se corda uiror. Post. iiii
aut annos reversionis ait ad rege. Vovi enim
in exilio vovi. si reduxerit me ds in ierlm sa
crificabo dno i hebron. vadam ig' ut reddam
votum meum. Et ait rex. Vade in pace. Alia
lra. hic p' xl annos. xl. n. anni fluxerant
ex q occisi sunt sacerdotes nobe. q ponunt
hic ut monstret divina ulcione suscitatu
s' dd' eo q abymelech sacerdote fefellit. A
bijt er. Absalo in hebron vocans consilio achy
tophel gylonite q fuerat consiliar' dd. Et
egressi sunt milia cu eo de ierlm vocati ignorantes
Cumq; imolasset hostias facta e coniuracio
valida. et augebat' pp'l's cu absalon. Q' cum
accepisset dd. ait servis suis. Egrediamur
cito. ne forte veniens absalon occupet nos
et percuciat civitatem. Et egressus e rex et uni
versa dom' ei' nudis pedib'. dimisitq; x concubinas
ad custodienda domu. Et precedebant rege
celesti celethi et phelethi. et dc. viri pugna
tores q secuti eu fuerant de geth. Isti ere
dunt' b' fideliores psensisse dd. qn lavit ingeth
et in retribucione dedit eis locum in ierlm
Io. d'. dc. eos egressos cu eo. q qndam q
adhserunt ei in saul' psecucione. Portaverunt
fieri ut illi et illi cu eo essent. Et ait rex ad
ethi gethen filium achys q primus erat in
x. dc. Reduc fres tuos in ierlm. et hiera
cu rege. heri venisti. et hodie compelleris

exire. Q' ait. vivit dd. ut i morte ut in vita
no relinqm te. Et transgressi sunt universi cu rege
flentes torrente cedron. et levite portantes
archa deposuerunt ea donec transiret popul'
Et ascendit abyathar ad consulendum pp'
Q'n ait ei. Et ait dd ad sadoch. Revertere
i civitate cu archa. ego abscondar in
deserto achymaas. filius tuus et filius abyathar
sunt nobiscum. p q's veniat ad me sermo a
vob. Et redierunt cu archa. Cumq; asce
disset dd clivum olyvar occurrit ei chusi a
rachytes consiliari' dd. Et ait dd. Rever
tere et esto cu absolon. et dissipabis consilium
achytophel. et q audieris i domo regis indicab
sacerdotib' q diligent ad me filios suos. Et .xvj.
venit chusi ad absalon in ierl'. Cumq; pau
lulum processisset dd. apparuit ei siba cu duobus
asinis ferens panes et uvas passas. et massas
palatharum. i. ficuum q inter tabulas qs palas
dicunt esse compingunt. Et ait syba ad rege
Asinos duxi ut insideat domestici regis.
et tuli cibaria ut alant' in deserto. Et ait
rex. Ubi e myphiboseth. Q' ait. Remansit
sit in ierlm dicens. Hodie restituet in do
mum patris mei. Et ait rex sybe. Tua
sint omnia q fuerunt myphiboseth. Venit
er' dd usq; ad bauryn. Et egressus est vir
de cognacione saul noie semei. proiciens
lapides et lutum maledicebat regi dicens
Egredere vir sanguinu. ecce premunt te mala
q fecisti in domu saul. Que cu vellet
percutere abysai. prohibuit eu dd dicens.
Filii tui mei querit aiam mea. quanto mag'
filius gemini. Permisit eu dd ut malediceret
ei. Respiciat dd hanc afflictione mea
Fabulantur hebrei hunc semei fuisse
nabath patrem ierobo'. et nom auie
gemini. Et descendit dd usq; ad ior
danem

De morte amon et fuga absolon. xvij.

Fecit e autem chusi veniens ad absalon
ad oravit dicens. Salve rex
ad q' absalon. Quare n ivisti c' ami
co tuo. Q' ait. Illi ergo q elegit dd
et omnis isrl'. Eius servus. Sicut filio re
gis serviam patri tuo sic parebo et tibi
Tunc ingressus e absalon coram omnib' ad con
cubinas patris sui. de consilio achytophel
ut sic intelligeret omnis isrl' q' ex ratio
persequeret' patrem et roborarentur cum eo

Cum hoc dixit achytophel. Eligam mihi .xii. milia
et persequar hac nocte david. et percutiam eum quia fessus
est. et redibunt ad te universi qui sunt cum illo. Et ait
absalon. vocemus chusi et consulamus eum. Et ait
chusi. Non est bonum consilium achytofel. Nosti
patrem tuum et viros eius esse fortissimos. Si
in principio percussit aliquos de tuis. quicumque audierit di
cet. Facta est plaga in populo qui sequebatur absalon
et timebant esse victi. Sed hoc est consilium bonum.
Congreges omnes israel ad te et irruamus
super eum. et ubicumque fuerit opprimemus eum. Et
placuit omnibus consilium chusi. Et dixit chusi
sacerdotibus ut nuntiarent david ne maneret in deserto
nocte illa. sed transiret iordanem. Et abiit an
cilla ad filios sacerdotum qui latebant iuxta
fontem rogel. portans pannos quasi ad abluendum.
Et indicavit eis iussum chusi. Vidit autem
eos puer quidam filius ancille ut dicitur. et indica
vit absalon. Josephus tamen dicit quosdam equites vi
disse eos et nuntiasse absalon. Qui misit
post eos ut comprehenderent. At illi ingressi
sunt in bahurim in domum mulieris rogantes
ut celaret eos. Que dimisit eos in puteum
et expandit velamen super os putei quasi sic
cando tipsanas. id est ordeum ad tipsanam. et
sic res latuit. Cumque reversi essent qui mis
si fuerant. illi ascendentes de puteo nunti
averunt david que tradita eis fuerant. Et trans
ivit david cum suis iordanem priusquam dilucu
sceret. et venit in manayn. Porro achyto
fel sciens regnum rediturum ad david. et timens
mortem in manu eius descendit in domum suam
in gylo et laqueo se suspendit. De morte

·xviii· Absalon Absolon

Absalon autem collegit exercitum et transivit ior
danem et statuit amasan super exercitum
pro ioab. hic erat filius abygail filie naas
et ysai. sororis david. quam Josephus abygea vo
cat. et erat consobrinus ioab. Porro viri
trans iordanem et macire berzellai gala
adites obtulerunt david cibaria multa vi
num et stramenta et tapecia. vasaque fic
tilia. Porro david divisit populum qui cum eo erant
in tres partes. unam dedit ioab. secundam aby
sai. Tertiam ethai getheo qui putatur
fuisse filius achys amici david. Cumque vellet
egredi rex cum eis ad pugnandum dixe
runt. Non ibis. Te solum querunt alios non curant.
Cumque egrederentur [illegible] ad pugnam
[illegible] stabat david iuxta portam.

et dicebat. Servate mihi puerum absalon. Et fac
tum est prelium in die illa iuxta saltum effraym. et
fugit exercitus absalon cesis .xx. milibus.
et plures interfecit bestie saltus quam gladius.
Fugiensque absalon super mulum venit ad quercum
condensam. et retento capite eius in ramis mul
us transiit eo suspenso. Quod cum quidam nuntiasset
ioab ait ad eum. Cur non confodisti eum. Qui indixit.
Non mittam manum meam in filium regis. presertim
cum audierim eum dicere. Servate mihi puerum ab
salon. Et infixit ioab tres lanceas in corde
absalon. quo adhuc palpitante interfecerunt
armigeri ioab. et proiecerunt eum in foveam grandem
et comportaverunt super eum acervum lapidum ut du
plici morte puniretur tamquam facinorosus. Israel
autem fugit in tabernacula sua. Porro absalon
adhuc vivens erexerat sibi titulum in valle regis
qui duobus stadiis distat ab urbe in monimentum
nominis sui. Et erat nomen tituli manus absalon. Josephus
dicit statuam fuisse marmoream. Tunc ait achymaas
ad ioab. Curram et nuntiabo regi. Qui ait. Non. Nolo
te nuntiare. filius enim regis mortuus est. Et ait
ioab ad chusi. Vade et nuntia regi que vidisti.
Qui cucurrit. Currens autem achymaas preter eum
per viam compendii transivit eum. David autem sede
bat inter duas portas. Speculator autem in fastigio
porte exclamavit. Video hominem currentem
solum. Et ait rex. Si solus est bonus nuntius est. Cerne
bat achymaas. Et ait iterum speculator. Appa
ret mihi homo alius solus currens. Et dixit rex.
Et iste bonus nuntius est. Et veniens achymaas ad
oravit dicens. Benedictus deus qui conclusit hostes
levantes se contra regem. Et ait rex. Est
ne pax puero absaloni. At ille noluit indica
re. Chusi vero superveniens indicavit. Et con
tristatus rex ascendit cenaculum porte flevit op
to capite et clamans. Fili mi absalon. Quis
mihi tribuat ut ego moriar pro te absalon fili
mi. fili mi absalon. Quod audiens populus ti
muit ingredi civitatem. Et ingressus
ioab ad regem dixit. Confudisti hodie vul
tus omnium qui salvam fecerunt animam tuam. Di
ligis odientes te. et odio habes dilige
ntes te. Procede et alloquere servos tuos. Alio
quin non unus remanebit tecum hac nocte. et
erit hoc malum tibi super omnia que umquam passus
es. Sedit ergo rex in porta loco facie. et
venit ad eum omnis multitudo. et benigne
locutus est eis. De reditu david
in ierusalem

Ad hunc titulum quidam putant fuisse
arcum triumphalem in quo sculptum
erat manus absalon

Porro qui secuti fuerant absalon mutuo
se hortabantur ut revocarent regem. me-
morantes beneficia eius in nisi. David
vero misit ad sadoch et abyathar ut loquerentur ad vi-
ros iuda. Hec dicit rex. Os meum et caro mea vos.
Cur novissimi reducitis regem? quasi dicat. videte
ne tardiores ceteris sitis. Et postea iuravit
amase quod principem milicie eum faceret pro ioab.
Et miserunt viri iuda ad regem ut rediret. Et
venit rex ad iordanem. Et venit omnis iuda in occur-
sum eius in galgala. Semei quoque de bauryn descen-
dit cum eis. habens secum robustos mille viros de be-
niamin. Syba quoque et filii eius et servi iuxta iordanem
venerunt ad eum ut traducerent domum eius. Isti ... Fe-
cerunt pontem iordanis ut facilius transiret
rex. Adoravit semei dicens. Ne memineris
domine iniquitatis servi tui. Scio enim peccatum meum
et ideo hodie veni in occursum tuum primus de omni domo
ioseph. Et quia habitabat in sorte effraym. Cum-
que abysai diceret semei occidendum dixit david. An
ignoras me hodie factum regem super israel? quasi dicat. nec
hodie interficietur vir in israel. quasi dicat. illos occidam
qui hodie me fecerunt regem in israel. Timebat quoque
si interficeretur semei. quod reliqui qui similiter regem
offenderant nollent eum super facere regem. Et ait ad se-
mei. Non morieris. Myphiboseth quoque venit
in occursum regis illotis pedibus et intonsa bar-
ba. nam et vestes non laverat a die qua egressus
fuerat rex. Hebrei habent infectis pedibus tan-
tos quod fecerat sibi pedes ligneos. Et ait rex ad
eum. Cur non venisti mecum? Qui respondit. Servus meus
contempsit me. nolens sternere asinum ut irem cum
rege. Insuper et accusavit me. Tu autem quod iustum
est fac quod tibi videtur. Et ait rex. Firmum est quod locu-
tus sum. Tu et syba dividite possessiones
quasi dicat. utrique vestrum dederam. sed quia utrique tantum
habere non potest inter vos dividatur. Hic quasi david
immemor iuramenti cum ionatha in ira iudicavit
unde et ideo roboam et ieroboam diviserunt
eius regnum. Berzellai quoque qui prebuerat regi
alimenta descendit cum eo. Et ait rex ad eum.
Veni mecum in ierusalem et honorabo te. Qui respondit.
Octogenarius sum hodie non indigeo hac in meis
studiis. Chanaam filius meus vadat tecum. et fac
ei quod tibi videtur. Et ait rex. veniat et faci-
am ei quod tibi placuerit. Et rediit berzellay
in locum suum. Tunc occurrerunt ad regem omnes vi-
ri israel et indignantes dixerunt. Quare te
furati sunt fratres nostri viri iuda et traduxe-
runt te sine nobis? Et respondit iudas. Quia

propior mihi est rex. Et ait israel. Decem partibus maior
ego sum. quia magis pertinet ad me david. quia ad te-
stimonium eius pergentes sum. Cumque duri(us) respon-
derent viri iuda. Syba filius bocri vir gemineus
cecinit buccina et ait. Non est nobis pars in filio y-
sai. Revertere in tabernacula tua israel. Et rece-
dentes a david secuti sunt sybam. Viri autem iuda
reduxerunt regem suum in ierusalem. De nece

Rex autem .x. con- amase et syle.
cubinas ad quas ingressus fuerat
absalon reclusit in custodia vidui-
tatis. Nec est ingressus ad eas. Et ait rex amase
qui princeps milicie. Congrega mihi viros iu-
da in die tercia. Abiit ergo amasa et moratus
est extra placitum. Et ait rex ad abysai non ad
ioab. quem iam amoverat a principatu. Tunc ...
dicitur eum dixisse ad ioab. Tolle servos domini tui et per-
sequere sybam ne effugiat nos. Et egressi sunt
cum eo omnes robusti de ierusalem. Et occurrit eis
amasa rediens iuxta lapidem grandem qui est in
gabaon. Porro ioab vestitus erat tunica
stricta. Id est cum dicit lorica et accinctus erat gla-
dio fabrefacto qui levi motu egredi poterat
et arte quadam simulans quasi cecidisset gladius
et recepisset eum dextera manu tenuit mentum
amase quasi osculans eum. et sinistra percuciens
eum in latere effudit eius intestina. Ioab autem
et abysai persecuti sunt sybam. Assistebant
venientes ad mortuum in via. Vir autem quidam
amovit eum in agrum et operuit eum ne subsiste-
rent transeuntes clamans quod hic occisus esset eo quod
in dolo moram fecerat redire ad regem. Ioab
vero cum exercitu obsedit sybam in abella. et
moliebatur destruere muros urbis. Et exclama-
vit ad eum mulier sapiens de civitate. Sermo
dicebatur in veteri proverbio. Qui interrogant
interrogent in abella. quasi dicat. Hec est urbs consilii
ab antiquo. que quasi est mater civitatum
israel. Quare precipitas hereditatem domini. He-
brei non habent in proverbio. Et est sensus. Sermo dice-
batur in veteri. id est quondam in lege domini. ut israel
prius offerret pacem hostibus quam ... oppugnaret. Cur
ergo ei. precipitas hereditatem domini. id est eam que servat
vel servans legem israelitas quam subita est in alienige-
nis. Vel postea legi hebreis qui interpositum est
ad commendacionem urbis sed prior exposicio. Et
respondit ioab ad eam. Absit quod evertam urbem. sed sybe
filius bocri qui levavit manum suam contra david.
Et locuta est mulier cunctis sapienter. Qui abscisum
caput sybe proiecerunt ad ioab. Tunc recessit .xx.

est exercitus in ierusalem ad regem. et restituit rex ioab super exercitum et alios ministeriales in officiis suis sicut erant. hoc addito quod aduram statuit super tributa colligenda. et quod yram fecit sacerdotem david ius

De ira suspensis in ultione gabaonitarum. xxi.

Facta est quoque fames in diebus david tribus annis iugiter. Et consuluit david dominum. Qui ait. hoc fit propter saul et domum eius qui occidit gabaonitas quia pro zelo filiorum israel irritum fecit iuramentum iosue et seniorum. Et ait david ad gabaonitas. Quid faciam vobis ut benedicatis hereditati domini. Qui dixerunt. Virum qui attrivit nos delere debemus ut ne unus quidem residuus sit de stirpe eius. Et david. faciam. sed non poterat propter iuramentum quod iuraverat ionathe. temperaverunt petitionem dicentes. Dentur nobis vii viri de filiis eius ut crucifigamus eos domino. Pepercitque rex myphyboseth filio ionathe. et tradidit eis duos filios saul quos peperit ei respha. Isti adhuc pueri cum doech occiderunt sacerdotes nobe. et propterea gabaonitas. Dedit et eis v filios mychol adoptivos scilicet quos genuerat merob adrieli. Gabaonite vero crucifixerunt eos in diebus messis prime id est incipiente messione ordei. Induens autem respha cilicium substravit sibi super petram custodiens iuxta eos die ac nocte ut amoveret ab eis aves et bestias ab initio messis donec stillaret aqua super eos id est usque circa kalendas septembris. Tunc enim in terra nostra primum post messem pluvia descendit. Hanc respham quidam non bene putant fuisse orpham nurum noemi. Audiens autem david que fecerat respha deposuit eos de patibulis. Et tollens ossa saul et ionathe de iabys galaad et ossa eorum qui affixi fuerant sepelivit ea in sepulcro cys patris eorum. Quo facto reddidit deus ubertatem terre. De quatuor filiis david

Facta est autem iterum pugna philystinorum adversus israel. Et pugnabat david cum suis adversus eos. Cumque fere defecisset david pugnando iesbi de nob qui fuit de genere arapha nisus est percutere david. et interposuit se abysai et interfecit phylisteum. Hunc tradunt hebrei fuisse de genere gygantum arapha quam dicunt fuisse orpham nurum noemi que peperit iiii gygantes. scilicet gygantes qui hic memorantur. iesbi de nob. sephi. golyam. et quartum habentem digitos senos in manibus et pedibus. Tunc iuraverunt viri david dicentes. Iam non egredieris nobiscum

Senos

in prelium ne extinguas lucernam israel. Occasione huius ultimi prelii epylogat hystoriam scriptura fortiorum prelia david notanda non tamen eo ordine quo gesta sunt. Quorum primum fuit in gob urbe que et gazer dicitur. in qua percussit sobochai sephi de genere gygantum. Aliud quoque prelium fuit similiter in gob in quo secundum iosephum apparuit vir fortis ephron cognatus david qui suis in fugam versis solus plurimos hostium peremit et alios in fugam convertit. Liber vero regum in hoc loco ponit prelium david contra golyam in hunc modum. In quo percussit adeodatus filius saltus polimitarius bethleemites golyath gethteum. His iiii nominibus exprimitur david. et dicitur adeodatus quia ad liberationem israel datus est adeo in regem. filius saltus quia de pascuis et saltu assumptus est in regem. Polimitarius quia de gente beseleel polimitarii fuit mater eius. vel quia multimodis ampliavit cultum dei. Bethleemites de patria. Memoratur quoque et aliud prelium in quo ionathas filius semmaa fratris david percussit virum habentem senos digitos in pedibus et manibus. Expedit ystoria david amplius loquitur domino verba carminis huius in die qua liberavit eum dominus de manu omnium inimicorum suorum et de manu saul. et ait david. petra mea etc. In psalmus sed alia translatione nunc ita legitur. Diligam te domine fortitudo mea etc. Cuius titulum supposuit hesdras ex verbis supra positis. Inde que liberavit eum dominus etc. Iosephus dicit quod cum david pace altissima frueretur cantica et ympnos composuit alios trimetros alios quadrimetros. Diversa faciens organa in quibus levite psallerent et alias sollempnitates ympnos dicerent. Et ponit iosephus differentiam inter psalterium et nablum. et dicit psalterium canoram cynaram x cordis coaptatam quam cum plectro percutit. Nabulum xii sonos habens digitis tangitur. Post canticum suum demum addidit david loquens de se tamquam de alio. Hec sunt verba novissima que dixit david filius ysai. Dixit vir cui constitutum est id est promissio facta est de christo deo iacob. Hebreus habet ita. Dixit vir levatus super christus dei iacob id est super alios exaltatus et unctus a deo. Propter hec verba quidam dicunt predictum psalmum novissime scriptum a david. Sed tu dic ut dicantur novissima verba david que sequuntur. Spiritus domini locutus est per me etc. Et forte post novissime scripsit licet alius ei annumeratus. Cathalogus fortium david.

Potentes cum rege erant omnes fortissimi quorum insigniores fuerunt xxxvi. Insignior

tum ceteris erat David sedens in kathedra sapientissimus
et ita erant xxxvii annumerato David. Porro de illis
xxxvi praeter David qui erant xxxvi erant fortissimi
alii tres non fortes sed tamen fortiores reliquis xxx
ut qui dici possint xxx erant fortes tres fuerunt
fortiores eis tres vero reliquis fortissimi. Et sic
hanc expositionem cathalogus xxxvi fortium
incipit ibi: princeps inter tres ipse est qui tenerrimus
ligni vermiculus, quia dccc interfecit impetu u-
no. Josephus dicit octingentos. Ralypomenon vocat eum Jes-
boam. Josephus Eusebium. Non legitur vero hoc factum fuerit
in quantum hic commemoratur. Post hunc erat Eleazar
filius patrui David qui percussit phylisteos donec deficeret
manus eius et obrigesceret cum gladio. Post hunc erat
Semma Arariites quem Josephus Sennam vocat qui cum
fugissent ipse solus stetit in agro lentis et percussit phy-
listeos et fecit salutem in Israel. His tribus Josephus at-
tribuit delationem aque de cisterna bethleem. Hy-
storia vero regum refert illud ad tres sequentes
qui fortiores dicuntur. Quorum primus erat Aby-
sai frater Joab. Josephus: ipse est qui levavit hastam
suam contra ccc quos interfecit. Optimus qui de tribus usque
ad tres primos non pervenit. Post hunc erat Ba-
naias qui percussit duos leones Moab
id est principes quos Paralipomenon dicit arietes. Josephus: ipse
est qui interfecit virum egyptium id est imitatorem
egyptiorum blasphemantem deum. Quem interfecit
Moyses. Hunc dicunt hebrei fuisse Semei quem
postea interfecit Salomon. Alium quoque egyptium in-
terfecit virum dignum spectaculo altitudinis
v cubitorum habentem in manu hastam. Adque venit
Banaias in virga et extorsit hastam de
manu eius et occidit eum hasta sua. Josephus: traditur
hic quem diximus de alio egyptio de Semei qui habuit
hastam in manu id est legem dei quam si meditatus
fuisset permanendo in Jerusalem non perisset. Josephus de percussione
leonis in hunc modum: Tempore nivis lapsus est leo
in cisternam quam nullum videns egressum ...
in cisterne nive dampnatum erat rugiebat.
Quem audiens Banayas dum iter ageret de-
scendit in lacum in baculo manu eum quoque prostravit.
Ceterum de fortioribus in Regum ii capitulo hic
Sed revertendum est ad sobochai. Denique in procedente
est. Isti tres opus fecerunt magnificum quia sequitur
Phylistei castra posuerant in valle raphaim
usque ad civitatem bethleem et erat penu-
ria aque in urbe. David autem sedebat in
arce ad presidium ... et ... coram
astantibus aquam de bethleem et precipue eam
que erat in puteo iuxta portam. Tunc isti tres

irrumpentes per medium hostium venerunt ad
bethleem et haurientes aquam demum ad regem
perduxerunt castra reversi sunt. Ita ut palestini fi-
ducia eorum obstupescentes a dimicatione
cessarent. Delata sibi aqua noluit eam
bibere dicens: Numquid sanguinem istorum et animarum peri-
culum bibam. Et effudit
eam tamquam libamen domino
de salute virorum gratias
agens. Ab hac enumeratio-
ne fortium hebrei dis-
sentiunt numerantes

Super hunc locum dicit Josephus Ralypomenon quia vinum quod deo offerebatur aqua mixtum erat

tum xxxvi fortes et inter illos quos
fortissimos diximus vocat ipsum David sic:
David sedens in kathedra sapientissimus
princeps inter tres ipse est qui tenerrimus ligni
vermiculus et cetera quod non invenitur. Comparatur
autem David vermiculo ligni quia tenerrimus videtur
bella dicitur quia mollis
duriti ligni perforat.
Dum tangitur nichil
mollius illo qui tan-
git nichil durius

Et dicunt aliqui occidisse se impetu uno quos Josephus quia ipse pretiose egit ibi habere multi occisi sunt.

Sic et David ipsumtus et domi et sermo subiectos
mansuetior fuit ceteris in hostes
nullus acutior. Commendatur hic David in
principio humilitate et fortitudine. Porro
reliqui xxx quos fortes diximus postea
enumerantur inter quos non enumeratur Joab
vel quia princeps aliorum vel quia dignus
fuit morte Abner.

De numero populi et altari erecto a David

Addidit autem post
famem pro tribus missam a domino addidit
furor domini irasci contra Israel. Furore
domini vel ut qui exponente
Ralypomenon dicens: Con-
surrexit sathan ad-
versus Israel et incitavit
David ut numeraret populum.
Et ait rex ad Joab

de morte, ut ipse vidit. Hebrei quia non vestigat vel cogitavit ... indicatum erat ... vidicatum in populo

perambula omnes tribus Israel et numera populum ut sciam
numerum eius. Intelliget autem Joab quia de elatio-
ne hic dicet ait: Adaugeat dominus ad populum tuum
... quod vult dominus meus in hac re? quasi dicat: vide ne of-
fendas deum. Cumque nollet rex mutare
propositum egressus Joab et principes militum
numeraverunt populum. Et redierunt post ix
menses et xx dies in Jerusalem cum descriptio-
ne redacta in scriptis. Et inventa sunt
de Israel viii centum fortium et de Juda v centum

natorum. In paralypomenon legitur plures legunt
milia. i. milia et c. Et credit ioab sub-
traxisse regi partem. Peccavit autem David in
duobus. quia superbe numeravit. et quia censum
numeratorum non reddidit secundum quod scri-
ptum erat in lege moysi. Et ait David
ait ad deum. Obsecro domine transfer iniquitatem
servi tui quia peccavi nimis. Diluculo misit
ad eum deus gad prophetam tres suppliciorum condicio-
nes portantem. Qui ait. Aut vii. annis
veniet fames in regno tuo. aut tribus mensibus
fugies adversarios tuos. aut tribus diebus
erit pestilentia in terra tua. Et ait David. Coar-
tor nimis quod dicitur. Si famem eligo. pauperum
erit supplicium et non divitum. Si victoriam
hostium supplicium erit exercitus et non meum qui
circumvallabor fortissimis. Eligo ergo pla-
gam communem regi et plebi. Melius est enim in-
cidere in manus dei misericordis quam in
manus hominis. Misit ergo deus pestilen-
tiam in israel de mane usque ad tempus constitutum
id est usque ad horam prandii secundum quosdam. vel usque
ad horam sacrificii vespertini secundum alios. Et
mortui sunt de populo extra ierusalem. lxx. milia virorum.
In paralypomenon legitur fere ccc. Et aiunt
hebrei in populo numerum plebis. hic autem
numerum nobilium. Porro cum extendisset an-
gelus percussor manum suam ad ierusalem ut
disperderet eam. et staret iuxta aream areu-
ne iebusei. qui et ornam dicitur. vidit eum
David stantem gladio evaginato et clama-
vit. Ego sum qui peccavi. isti qui oves sunt quid
fecerunt? Vertatur obsecro domine contra me
manus tua. et contra domum patris mei. Et miser-
tus deus ait ad angelum. Sufficit contine
manum tuam. In illa die dixit gad ad David
Construe altare domino in area areune
iebusei. Et ascendens David dixit ad areunam
Vende mihi aream tuam ut edificem altare domino
et cesset plaga. Qui videt. Accipiat eam
dominus meus gratis. Habeat quoque boves in holo-
caustum. et plaustrum et iuga boum in usum
lignorum. Et ait rex. nequaquam. Sed emam precio
et non offeram domino holocausta gratuita.
Emit ergo David aream. de siclis auri. ut
paralypomenon legitur. et boves. l. siclis ar-
genti. et edificavit ibi altare domino. et ob-
tulit holocausta et pacifica. Et propitiatus est deus
terre. Hic est mons moria ut aiunt hebrei
in quo abraham voluit offerre filium et obtulit
arietem. Precedente tempestate tabernaculum et altare quod
fecerat moyses erant in excelso gabaon. Sed ar-
cha erat in ierusalem. Cumque prophetasset gad templum
futurum ibi fore decrevit David ut locus ille
vocaretur area. ¶ Prologus libri tercii.
Scripsit secundum hebreos malachyn quod sonat regum
quia scilicet in precedenti opere actum sit de duobus regibus
hebreorum non simul regnantibus. tamen quia in isto
opere agitur de regibus qui simul regnaverunt
in iuda et israel merito regum dicitur. ¶ Liber
iii. De unctione salomonis in regem.
Et rex David senuerat. Cumque
operiretur vestibus non calefiebat.
Et invenerunt ei abisag su-
namitem puellam pulchram nimis
que dormiebat cum rege et cale-
faciebat eum. et ministrabat ei. Rex vero non
cognovit eam. Adonyas autem quartus filius David
erat progenitus inter superstites filios regis fidu-
ciam habuit regnandi. Et fecit sibi currum et equi-
tes. nec corripuit eum pater. Et sermo ei erat
cum ioab. et abyathar sacerdote. Alii vero ministrales
regis et robur non erat cum eo. Preparavit autem
adonyas sollempne convivium more regali iuxta
fontem rogel. et vocavit filios regis et servos
robustos autem sibi non facientes faventes
et salomonem non vocavit. Nathan autem monuit
bersabee ut ingrederetur ad regem. et posuit
verba sua in ore eius. Que ingressa ad regem
ait. Domine mi tu iurasti ancille tue. Sa-
lomon filius tuus regnabit post me. et ecce nunc
adonyas regnat te ignorante. Cumque alios
vocaverit ad convivium filium meum non vocavit
Scio quia cum dormieris cum patribus tuis. ego
et filius meus erimus peccatores. id est iudicabimur
morte digni. Ego quia adultera. ille quia adulteri
filius. Adhuc ea loquente intravit nathan
et ait. Domine mi rex dixisti tu adonyas
regnet post me. et non indicasti mihi servo
tuo? Et ait David ad bersabee. Vivit deus qui
eruit animam meam de omni angustia. quia sicut
iuravi tibi sic faciam hodie. Et dixit ad
sadoch et nathan et banayam. Tollite
vobiscum servos domini vestri. et ponite salomonem filium
meum super mulam meam. et ungat eum in regem
sadoch. et nathan iuxta fontem gyon. et
revertentes ponite eum super solium meum. Et
ait banayas. amen. Sumpsitque sadoch
cornu olei de tabernaculo. et unxit eum.
Et cecinerunt buccine. et dixit omnis populus

lib. iii

(V)iuat rex salamon. Et insonuit tuba clamo
re eorum. Et sedente salomone sup(er) thronum adorauit d(avi)d
in lectulo suo deum q(ui) dedit ei sedentem in solio in
oculis suis. Porro adonyas et i(n)uitati ab eo cu(m)
estimarent tumultum ortum in ciuitate cucurrit ad eos
Jonathas filius abyathar i(n)dicans eis q(uo)d facta fu
erant. Et abiit unusquisque in domum sua(m). Adonyas
aut(em) timens salomonem abiit in tabernaculum et te
nuit cornu altaris thymiamatis dicens se
non egressurum n(isi) iuraret ei rex de uita (con)seruan
da. Et iurauit ei salomon dicens. Vade in domum
tuam. De secunda unctione salomonis in regem
(V)olens aut(em) d(avi)d p(ro)ponere regem se filium
fecisse (con)uocauit in ierlm principes et
uniuersos sacerdotes et leuitas. Et iuncto
iteru(m) salomone (con)firmato ab omnibus regno sa
lomonis. Cora(m) omnibus precepit salomoni de legis
custodia et iusticia et pietate. Et precepit ut
edificaret templum deo dicens se iam preparasse c(entum) m(ilia)
auri talenta argenti u(ero) m(ille) c(entum). Ferri et eris sin(e)
numero lapidum(que) et lignorum maxima(m) copia(m).
Leuitas q(ue) diuisit in tres ordines in ta(bernaculo) domi
nus moysi(?) tras moysitas et leuitas. Aaronitas q(ue) diui
sit p(er) generaciones. Et inuenit de Eleazar xvi.
et de ythamar viii. Et elegit de unaqu(a)q(ue)
earum unum pontificem precipiens ut singuli mi
nistrarent de sabbato in sabbatum. Sadoch u(ero) et
abyathar preerant uniuersis. Et p(er)iterunt sa
cerdotes coram rege de ebdomadibus ordinandis.
De leuitis u(ero) instituit cantores et fabricatores
templi .xxiiii. m(ilia). Hi erant dei sunt nathinnei.
Judices aut(em) et scribas .vi. m(ilia). Janitores
aut(em) domus dei .iiii. m(ilia). Et totidem qui ympnos
dicerent. Preterea diuisit exercitum in tho
res .xii. Habebat aut(em) chorus .xxiiii. m(ilia). Quem
precepit obseruare salomone(m) p(er) certos dies. Mo
ysitas u(ero) aliquantulum honorauit. Fecit n(am)
eos custodes thesaurorum domus dei. Et uasorum
q(uae) reges dedicarunt (con)tingere et collectae ecclie
oem dispositione(m) sua(m) indicauit te(m)p(or)i p(re)sentis
filios suos ut non grauaret ferret minimum
inter eos sublimatum. Quia d(eu)s sic mandauerat
sicut et ipse minimus inter fratres suos unctus
fuerat. Describcione uero et omnis structure
templi omnibus sustentibus edidit salomon
Sz et tue oblacois primicias facies ix.
talentorum auri obtulit. Ad aditum et currum
dei faciendum q(uo)d cherubim erant sub quos
(con)stituerunt archa. Principes u(ero) et sacerdotes
et leuite et seniores p(o)p(u)li obtulerunt auri

talenta .v. m(ilia) et stateres .x. m(ilia) argenti .x. m(ilia)
et lapides preciosos plures. Quorum etiam
fuit p(re)positus moysi iab. De morte
(A)ppinquauerunt aut(em) dies dauid.
d(avi)d ut moreretur et iurauit salomonem
mandata de cultu dei et lege ser
uanda. Et pietate et iusticia circa suos me
morans promissione(m) dei q(uo)d factam de semine
suo ungere regnaturo. Si custodierint
filii tui .t.m. testimonia q(uae) docebo eos. Una
u(ero) si addidit d(avi)d de ioab et filiis berzellay et
de semei dicens. Post q(uod) fecit ioab principi
bus abner et amase. Et effuderunt sang
ne belli in pace. I(d est) sanguine(m) q(ue) non debet effu
di nisi in bello fudit tempore pacis. Et eorum
cum quibus habebat pace(m). Et posuit cruore
pl(ur)imum in baltheo suo et in calciamentis suis
i(d est) cruorem q(ue) respersi sunt arma ipsius qui cum eis
non dimicabat. Sed sunt uestes eius qui pacifi
ce eis loquebatur. Et (est) sensus. Non in (pr)elio
occidit eos ut alii. Viri bellatores in
signia operum suorum in armis suis describe
bant ad ostentacione(m) glie. Sed cum ioab h
tam(en) facinora(m) ostentare publice non
auderet. Scelere in baltheo et in chalcia
mento describsit. Et ait d(avi)d facies ei iux
ta sapientiam tuam ne descendat pacifice ad infe
ros. Sz et filiis berzellay reddes gratiam
et erunt (con)uiuales tui. Semei (quoque) gemineum
q(ui) maledixit michi non patieris esse innoxium.
Et mortuus est d(avi)d. Et sepultus in ciuitate d(avi)d
cum regnasset .xl. annis. Circa tumulum
eius fecit salomon .vii. loculos thesaurorum.
Quorum duos post .m. ccc. annos apud hyrcanum
pontifex. Et alium herodes. Sicut infra dice
mus. Alii u(ero) non dum manifesti sunt mechanico
modo reconditi. Incidencia .xxxiii.
(I)(n) diebus d(avi)d karthago (con)dita est ut quidam
uolunt a karcedone tyrio. Vel ut alii
dicunt a filia eius dydone. Vel latinorum rex
siluius latinus p(ro)phetauerunt aut(em) sub eo gad
nathan asaph. De morte adonye
(S)edit salomon sup(er) et ioab
thronum patris sui. Et precedente tempo
re adonyas supplicauit bersabee
ut impetraret a rege sibi dari abysag
sunamite uxore(m). Que cum ingressa esset
ad rege(m) posit(us) est ei thronus ad dexteram
regis et ait. Paruulam peticione(m) deprecor
a te ne (con)fundas facie(m) mea(m). Detur

Abysag sunamitem adonye fratri tuo uxor.
Et indignatus rex ait. Cur postulas hanc? Immo
postula ei et regnum. Ipse enim frater meus maior
est. Habet secum potentes abyathar et ioab. Et
abysag est quasi regina et potens est. Contra animam
suam locutus est adonyas et in obprobrium patris.
Viuit dominus quia hodie occidetur. Et interfecit eum
per manum banaye filii ioiade. Abyathar
quoque sacerdoti dixit rex. Vade in agrum tuum. Nam
filius es ad faciem meam ingrediaris. Vir autem mortis
es. Sed hoc te liberat quia cum patre meo sepe laborasti
et portasti archam coram eo. Abiecto igitur
abyathar translatum est sacerdotium ad sadoch
et de domo ythamar ad domum eleazar sicut
samuel hely predixerat. Fuerunt autem post phi-
nees filii eleazari functi sacerdotio. v.
Joseph. qui genuit ioathan. qui marioth.
qui asophy. qui achytobi. Achytobi autem ge-
nuit sadoch. Porro ioab fugit in taber-
naculum domini. et apprehendit cornu altaris. Et
misit rex banayam ut aduocaret eum.
Et ait ioab. Non egrediar sed moriar hic.
Quod cum renunciasset banayas regi. dixit ei
rex. Fac ei sicut loquitur. Et interfecit eum
banayas ad cornu altaris. et sepultus est
in domo sua in deserto. Et constituit rex banayam
pro eo super exercitum. Vocauitque rex semei
et ait. Habita in ierusalem et non egredieris inde.
Quacumque die transieris torrentem cedron scito
te interficiendum. Qui ait. Bonus est sermo regis.
Sic faciam. Et habitauit in ierusalem tribus annis.
Factum est autem ut fugerent serui semei ad achis
regem geth. Et descendit semei in geth
et reduxit eos. Quod cum nunciatum esset salomoni
regi dixit ad eum. Cur spreuisti iusiurandum
regis. et mandatum eius transgressus es? Reddi-
dit deus maliciam quam fecisti patri meo in caput
iii · tuum. Et interfecit eum rex per manum bana-
ye. Et confirmatum est regnum in manu salomonis.

Porro. **De sompnio salomonis** —
Salomon duxit uxorem filiam phara-
onis regis egypti. de qua ut aiunt
hebrei genuit filium qui continuo natus est. cui ipse
adhuc agebat undecimum annum. et induxit
eam in ciuitate dauid. Donec enim perficeret domum
porro tria proposuerat se facturum. Domum
domino. et domum suam. et ambitum urbis muro tri-
plici. ut in primo ambitu esset templum. et man-
siones ebdomadariorum. domus quoque regis cum
mansionibus domesticorum. In secundo habitarent

potentes uiri et prophete. Vnde in sexta lege de p-
rophissa que habitaret infra. In tercio opifices. Post
hec ascendit salomon in gabaon ut immolaret in
excelso. Et dicit gabaon non esse proprium nomen loci
sed appellatiuum. et interpretatur collis excelsus. Josephus uero dicit
eum ascendisse in hebron. et obtulit mille ho-
stias in holocaustum super altare quod fecerat moyses.
Et apparuit ei dominus in nocte per sompnium dicens. Po-
stula quod uis ut dem tibi. Qui inquit. Domine deus
ego sum puer paruulus. et ignorans ingressum meum
et exitum. Da ergo cor docibile seruo tuo. ut
possim iudicare populum tuum et discernere inter bonum
et malum. Et placuit sermo coram domino. Et ait
ad eum. Quia non postulasti tibi uel dies hominum
dies multos et diuicias. et animam inimicorum tuorum
fecit et sermones tuos. Dedi tibi cor sapiens et intelligens
quod nullus ante te similis tui fuerit. Sed et hec que non
postulasti dedi tibi. si tamen ambulaueris in uiis meis
sicut pater tuus. Euigilans salomon intel-
lexit quod esset sompnium id est reuelatio facta per sompnium.
Et reuersus in ierusalem coram archa domini fe-
deris obtulit domino holocausta et pacifica.

Tunc uenerunt **De iudicio mulierum** Tunc ue-
nerunt due mulieres meretrices ad re-
gem. quarum una ait. Ego et mulier hec
habitabamus sole in domo una. Cumque peperissem
tercia die peperit et hec. Mortuusque est autem
filius eius. que nocte silencio posuit in sinu meo
et filium meum uiuentem collocauit in sinu suo.
Mane autem diligencius intuens deprehendi illum
non esse meum quem pepereram. Ait altera.
Non est ita. sed filius tuus mortuus est. meus autem uiuit.
Cumque in tanti rei discrimine hesitaret
rex soluit eam inopinate. Et allato gla-
dio ut ait Josephus precepit utrumque infantem diui-
di ut utraque mediam partem uiui et mortui
reciperet. Quod audiens mater uiuentis commota
sunt uiscera eius super filio suo et ait. Obsecro
domine date illi infantem uiuum. Sufficit mihi ut
uideam eum uiuere. Altera dicebat neque mihi neque tibi sed diui-
datur. Et cognoscens rex uoce utriusque de illo
fonte prolata ait. Date huic infantem uiuum.
Hec est mater eius. Et audierunt omnis israel diuinam
in rege esse sapientiam timuerunt eum. Et animaduer-
ti sunt assessores eius quod principes ... ab a-
dolescente prolata dependebat. Porro bana-
yas erat super exercitum. Sadoch autem sacerdos.
Azarias filius nathan sacerdos regis. id est
cancellarius. et ysaar prepositus domus. id est pro-
curator. et aduram super tributa. **De prefectis**

· xi ·

H. Salomonis et invencione exorcizanorum

Habebat autem Salomon xii prefectos super omnem
Israel qui per singulos menses singuli prebebant
necessaria regi et domui eius. Quorum unus
reliquis presidebat scilicet Achymaas. hic habuit Base
math filiam Salomonis in uxorem. licet unus de reli
quis aliam habuit filiam Salomonis. Erat autem
cibus Salomonis per dies singulos. xxx. chori simile
et lx chori farine. x oves pingues. et xx
boves pascuales. et c. arietes. excepta
venacione cervorum, caprearum, bubalorum et avium
altilium. scilicet et pisces cotidie ab alienigenis
portabant. Et erat summa par mensa. Et
habebat Salomon .xl. equorum curruum. et xii.
equestrium qui iumenta regis in curribus obseque
bantur. Reliqui vero per vicos regios dispersi mane
bant. Prefectus vero ille qui ministrabat expensas
mense et equis ordeum et paleas ministrabat
deuehens omnia ad locum ubi rex morabatur.
Et precellebat rex omnes orientales et egypcios
et hebreos sapiencia. et iustus filios Mahal. no
minatissimos Eman, Ethan, Chalchal et Dorda.
Et scripsit librum de canticis et modulacio
nibus in numero usque ad v. parabolarum quas scripsit iii
et disputavit de natura arborum et herbarum
a cedro usque ad ysopum. de naturis quoque omnium ani
malium philosophatus est. pro unum quodque genus pa
bola dicens. Excogitavit et adiuraciones
quibus egritudines solent mitigari. alias quoque quibus
demones eiciuntur a corporibus. et alias quibus
obstricti non redirent. Excogitavit eciam
caracteres qui inscribebantur gemmis quibus positis
in naribus arrepticii cum radice Salomoni monstra
ta. statim eum a demonibus liberabant. Hec scien
tia plurimum valuit in gente hebreorum. et maxime
necessaria erat ante adventum Christi. Sed in adventu
eius. x. sepius homines a demonibus vexabantur.
Io. quoque testatur se vidisse quendam Eleazarum
exorcistam coram Vespasiano et filiis eius et tribu
nis in hunc eundem modum curantem vexatos
a demonibus. et ut probaret eis demonem egressum
per nares cum spiritu anhelantis vas aque pone
bat in medio. et imperabat demoni egresso ut
illud everteret in argumentum sue egressionis
et ita fiebat. De operariis templi. vi

Misit autem Salomon ad Iram regem Tyri
dicens. Volo edificare templum domino
sicut locutus est patri meo. Precipe ergo
servis tuis ut precidant michi cedros de Lybano et
mercedem eorum dabo tibi quam pecieris. Et rescripsit

ei Iram dicens. Servi mei deponent ligna
de Lybano ad mare et deferent in ratibus usque
ad locum quem assignaveris michi. et tu deponi tol
les ea. Prebebis quoque necessaria domui mee. Ita
que Iram dabat Salomoni ligna cedrina et
abyegna quibus habundabant Sydonii. Salomon
autem supplebat inopiam eorum in cibis pre
bens Ire singulis annis choros tritici
.xx. et totidem ordei et totidem cados olei
eandemque mensuram vini. Porro Salomon
elegit operarios de Israel preelectos de singulis
tribubus. et neminem fecit servire. Et erat
indictio .xxx. virorum id est summa eorum quibus
hoc indicebatur. vel forte indictio est decuria
hominum collecta sicut chorus et legio. et mitte
bat eos in Lybanum cum servis Ire per singulos
menses vicissim. ut et duobus men
sibus vacantes ad propria regressi ut quar
to mense pociores ad laborem denuo venirent.
Et prefecit ad Iram hinc indictioni. Erant
Salomoni .lxx. latomorum id est lapidicesorum
in monte quibus preerat Adoniram. et octo.
qui ferebant eparius. Porro latomi
id est lapidicine lapides grandes et precio
sos id est marmoreos scopulabant et qua
drabant. qui adeo grandes fuerunt in fun
damento ut dicit Io. quod multi eorum habebant
in longitudine cubitos .xx. et in latitudine
.x. et in altitudine .v. Quidam dicunt quod de
lapides dolaverunt cementarii Salomonis
et cementarii Ire. Dolatos vero expolie
runt Biblii polientes et sculpentes non solum
lapides. sed et ligna. Est autem Biblios
civitas Phenicis. de qua Ezechiel. Se
nes Bibli et prudentes eius. Et sic omnia
extra urbem dedolata et perfecta sunt. ita quod malle
et securis et omne ferramentum non sunt audi
ta in domo domini cum edificaretur. Fuerunt
autem eque qui omnia perforabant. ferrum. Fabula
tur hebrei ad erudiendos lapides celi
huisse Salomonem sanguine vermiculi qui thamyr
dicitur. quo aspersa marmora facile se
cabantur. Quem invenit hoc modo. Erat
Salomoni struccio habens pullum et inclusit
pullum sub vase vitreo. Quem cum videret
struccio quod frangere nequiret. de deserto tulit
vermiculum cum sanguine linivit vitrum et con
fractum est. Videns autem Salomon cacumen mon
tis Moria angustum deiecit illud et in area
spaciis amplioribus diffudit. De edifi

Actum est post edificatione templi
cccc. et lxxx. annos egressionis filiorum
de egypto. anno quarto regni salomonis
mense zio. qui secundus appellatur apud hebreos.
apud nos maius. Cepit salomon edificare domum
domino de marmore candido quod pharium dicitur.
Josephus tamen dicit anno dxcij egressionis de egypto
describens quot annos erant precedentium dicens. ab
abraham fuisse annos dcccc. xx. a diluvio
mccc. ab adam iiimc. ij. Habebat autem do-
mus in longitudine cubitos lx. in latitudine
vero xx. pars quidem anterior que sancta dicitur et erat
ab oriente xl. erat cubitorum in longitudine
Reliqua pars ad occidentem xx. cubitorum erat et
dicebatur sancta sanctorum. porro in altitudine xxx.
cubitorum habebat usque ad primum tabulatum
sicque prima mansio erigebatur xxx. cubitis usque
ad tabulatum. Secunda vero mansio erat xl. cu-
bitorum usque ad tertium tabulatum quod erat tectum
domus. Et sic tota templi altitudo in c. xx.
cubitos ascendebat. Josephus tamen in narratione non fac-
it de duabus mansionibus. unicuique lx. cubitos
ascribens. sed duas inferiores sub una comprehendit.
Et erat porticus ante faciem templi. huius lon-
gitudine iuxta templi mensuram et latitu-
dine x. cubitorum. surgens in altum ut dicit
Josephus usque ad celsitudinem templi. Et fecit in
templo fenestras obliquas. id est exterius angustas
et interius obliquando diffusas. Has excogita-
vit salomon. Trabes autem posuit in domo per
circuitum per tria loca in summitatibus tamen man-
sionum adeo longas ut forinsecus capita earum
prominerent exirentque parte. Et edificavit su-
No capita forinsecus prominentia tria tabulata
ad deambulandum circa templum. que merito pi-
nacula templi dicuntur. Quod quia sancta cernitur usque
latere satis elucet. Quomodo autem fuerint in fronte
orientali et occidentali non memini me legisse.
Nec scio hoc in scripturis autem libris. autem licet
sed quia in fuerint credendum est quod ut vellet. Josephus cum agit
de excisione templi. Latitudo vero tabulatorum
differens erat. Tabulatum enim quod erat superius
v. cubitos habebat latitudinis. et medium vj. cu-
bitos. et tertium vij. Quod ad litteram quidam tradunt
ferunt ut in superioribus tabulatis manentes
non impedirentur ad despiciendum inferius per ob-
staculum inferiorum. Hebrei tamen dicunt tertia ta-
bulata pares habuisse latitudines. ut scilicet a
summo usque ad imum plumbata continuari
mitteret. eorum suspenderetur equalitas. verum

tamen inferius tabulatum v. cubitorum erat in
latum. medium vero vj. quia superior altior fac- A mur
tus quam parietum retractus erat. Ultimum
vero tabulatum vij. cubitos habebat per retrac-
tionem muri sicut facta super. Fuerunt qui dicerent
inferius tabulatum vij. fuisse cubitorum. et
medium vj. ut ascendendo artarentur tabu-
lata. sicut et murus. et corrigunt litteram. pro-
ponendo sed vel et legunt superius dentes tabulatum
quod superius erat non loco sed numero. Sicut enim alti-
tudo et profundum et supremum. sic et superius dicitur loco
quod infra positum est. Suberat vero nilo ad quod ascen-
ditur [illegible]. Hec autem tabulata sic erant
adiuncta muro ut ei non herent. porro in
extremitate eorum tabulatum ut deambulantes
ab iniuria lapsus defenderentur. edificavit lu-
ricas tamquam appodiationes que intergulis latericiis vo-
cantur. [illegible] cancelli dextra altitudinis neces-
sarius vero desuper quod huius in altitudine v. cubi-

De ornatu domus inferioris. Cap.

Porro murus mansionis inferioris intrinse-
cus undique opertus erat tabulis cedrinis
trabibus vero solarii affixi erant
laquearia cedrina. pavimentum vero domus tectum
erat tabulis abiegnis. Tabulata vero latera
et laquearia trabium et pavimentum tabulis
aureis operiebantur. sed clavis aureis quorum singuli
erant l. siclorum. nichilque erat in illa inferiori
parte templi quod auro non tegeretur ut volentes in-
gredi templum faceret auri lumine resplende-
re. porro in iunctura tabularum fecit anaglipha
id est tornaturas vel celaturas in iuncturis fa-
bricatas ne locus iuncture deprehendi possit.
In medio vero tabule erant ymagines promi-
nentes. cherubim et palme. hec quidem in ta-
bulis cedrinis celata erant. sed auro tecta
ut in ipsis tabulis aureis. Oraculum autem quod
dicitur sancta sanctorum habebat xx. cubitos latitu-
dinis et xx. in altitudine. Iuxta eum habeo et xx. cu-
bitos altitudinis. quod intelligendum est de pariete in-
terposito inter sancta et oraculum. Sicut enim in tabernaculo
columpne interposite fuerunt quibus appendebatur velum
sic in templo interpositus est paries cedrinus
non ascendens in altum nisi per xx. cubitos. x. cu-
bitos qui superant usque ad laquearia in tractos
reliquens. ut fumus aromatum ascendentis de al-
tari per aperturam superiorem libere intraret in
oraculum. erat autem totus paries tectus auro
habens anaglifa cherubin et palmas ad
modum picture. Huic parieti appensum erat

uelū de .iiij. colorib⁹. cū intexta erāt che
rubin tante tenuitatis ut pictis nō ph̄i
beret aspc̄ui q̄ totū pariete ap̄ies forte usq̄
ad lagana ascendebat. quia legi. in eius
scissū fuisse a summo usq̄ deorsū. De triu
scemate sacro māsionū n̄ legi. n̄ q̄dum cō
summaret edificiū posit⁹ ē lapis ī anglo sacro
n̄ sine gaudio oīm admiracōe. Cū n̄ edifica
tes ī fundamto ī muro eū locare uel
ent nō cōuenit loc⁹ ei⁹ nisi in sacro anglo
ī postremū oīm uidentur sic posit⁹ ē. s. q.
sorpeat dd. Lapidē quem reprobauerunt
edificantes ī c. In summitate ū muri p⁹
eū assixa erat aurea uīna ad hoīs magni
tudinē p̄ aues abigedas. ut de longe aspi
cientib⁹ quasi siluula aurea uideret. P̄ gyrū
ū muri erat labiū exterius. a q̄ dependē
debant grandes uue auree cū pampinis
aureis adeo fabrefactis ut sursū aspicientib⁹
q̄i ad aurā sepe moui uidentur. Porro uig
ti a erat hostiū lateris medij ī pariete dom⁹
dextre .i. meridiane. ī p cocleam ascendebat
ī medium cenaclm. ī a medio in terciū. hoc ē
p ascensū tortuosū. q̄ uulgo uiuis dr̄ qui
scaus ē ad similitudinē cochlee testudinis. Jo
ūn disserbit ascensū scm̄ p mediū muri erat
cui sufficient fenestrarū. Ostioli ū ascens
d̄ fuisse uel erat in angulis anteriori utriusq̄
muri. Fecit aut̄ in introitu templi postes delig
nis oliuar̄ q̄drangulos. ī duo ostia deligms
abiegnis altrinsec⁹. ī utrumq̄ ostiū dupl̄ erat
ī se inuicē tenens apiebat. Et sculpsit in
eis cherubin ī palmas ī celaturas ualde
eminentes ī opuit omia lamnis aureis ope
q̄d ad reglam. Forte iste tūc uenustatis
erat ut id dd p̄phans de templi destructione
eas notatim expssit dicens. Securi deiecerunt ianu
as ei⁹. Et ut ait Jo. n̄ erat in eis lignū mā
palmo. q̄ forte notat̄ in reg. cū dr̄ opere
q̄d ad reglam. Et erat altitu⁹ eius .xxx. cu
bitis p altitudinē inferioris cenacli. Sz q̄ dr̄ lati
tudinē eius .xx. cubitorum ēe. Sm̄ uidetur
q̄ tāta erat latitudo templi. q̄ ab oriente ng
erat muri⁹ sz in reg. ē scribit ū dr̄. Ostiū
dupl̄ erat ī se inuicē tenens apiebat. Erat
q̄ppe latitudo muri .x. cubitorum. ī apertura q̄
fores erat filii .x. ī ita in muro orientali
altrinsec⁹ supererant .v. cubiti. In apertura ū
erant .iiij. fores. due altrinsec⁹ ī due inte
rsec⁹ quarum unaq̄q̄ hēbat latitudinē .v. cubi

torum. Et erant sic artificiose posite ut
clause q̄ponunt parietē facerent interius ī ex
aperte ū ī medio muri obuiabant. ī tota
ei⁹ latitudinē tegebant. Et sic artificiose s̄ ad
herebant. ut q̄ claudebant exteriores claudebant
ī simul interiores. Nullus n̄ ī templo
nocte remanebat q̄ clauderet eas interi⁹.
Quum apiebant exteriores apiebantur
simul ī interiores. P̄pea dictū ē. ostiū duplex
erat ī se inuicē tenens apiebat. Porro
ī pariete oracli fecit ostiola oliuarum ī po
stes angulorum .v. ut in quinto angulo modi
cardines assixi starent eis quos ostiola
mouebant. ī erant in ostiolis anaglifa
cherubin ī palme. Quidam tamen dicunt postes
angulorum .v. scandi cubitorum ēe. In oraclo
aut̄ erat archa ī p̄piciatorium ī cherubin
q̄ fecit moyses in deserto. De duobus
cherubin et altari thimiamatis —

Fecit aut̄ salon duos cherubin delig
nis oliuarum .x. cubitorum altitudinis
stantes sup pauimentū in lateribus ar
che hītes pedes obliquos quasi ad ambu
landū ī eleuatos ap̄tos auro purissimo
hñtes alas aureas singulas .v. cubitorum.
quarum due extendebant sup archam. ī
obuia ū uertentes coniungebant sup eam
archam. ī obuia ū uertentes tegentes
scilicet infra se posita. Alias aut̄ duas
extendebat altrinsec⁹ ad parietes. ita ut ala
uni⁹ tangeret parietē unum ī ala alteri⁹ pa
rietē alterū. Porro ex̄ pariete in sca posuit in
sam ad aquilonē ī candelabrū ad austrū
īpt⁹ q̄ mediū erat altare aureū q̄ fe
cit moyses in deserto. Sz p̄ter illud candela
brū posuit alia candelabra aurea ei⁹
de scematis. sz maioris q̄ntitatis .v.
hinc .v. inde. Similiter cum mensa q̄m fecit
moyses. posuit alias .x. mensas eiusdē scematis
sz maioris q̄ntitatis .v. hinc. ī .v. inde
int̄ h̄ aut̄ posuit altare tymiamatis ī
uestiuit illud cedro. q̄ ibi dr̄. altare oracli
.i. coram oraclo. P̄ h̄ intelligitur fuisse
aliud altare. q̄ q̄ edificauit moyses. Illud
.n. erat de lignis sethim circumtectū ex
omni pte auro. Istud aut̄ erat uestitū
cedro. Proinde intelligitur h̄ altare fuis
se de lapidib⁹ quos ferrū nō tetigit. Et
erat opertū p circuitū tabulis cedrinis
sz ī ille opte erant ex omni pte lamnis

a duo

postes

aureis. Quod quantitatis non memini me legisse. Illud vero modicum altare quod fecit Moyses in deserto forte erat repositum intra sancta sanctorum ad adolendum cottidianos thymiamatis, sed aliud erat ut singulares quibus semel in anno ingrediebatur sacerdos cum sanguine. Hoc autem inde potest perpendi quod dicit apostolus in sancta sanctorum fuisse aureum thuribulum. Et haec de ornatu templi interioris.

De porticu.

A facie vero templi erat porticus quae inferius dicitur vestibulum templi, habens columpnas aereas in longitudine sui dispositas. In medio quarum erant duae mirabiliores ceteris posite ante fores templi, habentes in medio sui spatium decem cubitorum, latitudinem portae templi, quae talis erat ex positione. Stilus vel stipes columpnae habebat decem et octo cubitos altitudinis, non planus sed vallicelatus, habens in circuitu canales caelaturis quattuor digitorum, et erat fusilis, et linea duodecim cubitorum ambiebat illum. Sicque velut rotunditate angeretur, vel forte in medio columpnae linea opere fusili circumducta erat. Epistilium vero columpnae super quod locandum erat capitellum latius erat, simplex et rotundum opere recalcato caelatum. Capitellum autem superpositum epistilio fusile erat et quinque cubitorum altitudinis. In suprema parte erat liliatum, lata vero ipsius corona protensionibus ad modum cratis, et cathenae magis videntur appositae quam insculptae, vel quia solida non erat perforata undique fusa erant ut contextionis formam exprimerent. Septena vero sui recalcata erant in capitello uno, id est septem ordines habentes eandem caelaturam totum circuitum capitelli per gyrum occupantes, vel ab inferiori parte capitelli usque ad suprema erant isti septem ordines ascendendo dispositi. Super capitellum vero erat quasi funiculus sicut quod potius erat recalcatum tegens ei summitatem, et descendens aliquantulum circa latera capitelli in circuitu. In circuitu quoque inferius dependebant in ordinibus duobus ducenta malagranata. In epistilio quoque columpnae super quod sedebat capitellum dependebant mala granata. Legitur enim quod capitella erant super summitatem malagranatorum. Eiusdem compositionis erat altera columpna. De compositione vero basium non legitur. Hae duae columpnae propriis nominibus vocantur, tum propter sui magnificentiam, tum propter futurorum mysticam praefigurationem. Dextera dicebatur Iachin, id est firmitas. Iosephus vocat eam talentum Iachin. Sinistra dicta est Booz, id est Bez, quod sonat robur vel in robore. De reliquis columpnis vestibuli modicum agit hystoria dicens: Capitella autem quae erant super capita columpnarum, quasi opere lilii fabricata erant in porticu quattuor cubitorum, et rursum alia capitella in summitate columpnarum desuper iuxta mensuram columpnae contra recalcata. Porro de compositione columpnarum tacet. Capitella vero earum minora dicit uno pro omnibus capitellis. De summitate eorum tamen dicit quod erant liliata, et habebant recalcula superposita. Quod autem sequitur: malagranatorum autem ducenti ordines erant in circuitu capitelli, satis ambiguum est utrum hoc dictum sit de capitellis minoribus an recapitulando dictum sit de capitellis prioribus. Has columpnas fudit Hyram Tyrius plenus sapientia ad faciendum omne opus aereum, filius mulieris viduae de tribu Nepthalim, patre Tyrio. Sed et omnia utensilia templi aerea et quaeque in eo de aere facta sunt fudit Hyram in campestri regione Iordanis in terra argillosa inter Sochoth et Sarthan. Nec te moveat quod aliquando de aere, aliquando de auricalco dicitur factum quiddam, cuius splendor et pulcritudo simul et aurum, ut dicit Iosephus. In hoc vestibulum ascendebatur ab atrio sacerdotum duodecim gradibus, secundum Iosephum. Quidam tamen dicunt septem per visionem Ezechielis. Dicunt enim in istis concordare compositionem templi materialis compositioni templi spiritualis, quod vidit Ezechiel.

a cubito

Edificavit autem Salomon in circuitu templi post vestibulum triginta tres pullas domos quae sui copulatione totum templi spatium circumsecus ambiebant. Harum singulae habebant quinque cubitos latitudinis, et totidem longitudinis, et quindecim in altitudine. Ingressus quarum ita fecit ad invicem ut ex alia ingrederetur in aliam, aliis spatio in compositio. Si igitur exterior longitudo templi tantum fuit sexaginta cubitorum, et latitudo tantum viginti, et tunc ambitus trium murorum habuit tantum centum quadraginta cubitos, ad quem ambiendum sufficiebant domunculae triginta octo, quae quinquies triginta octo faciunt centum quadraginta. Attendendum autem quia praedicta quantitas templi fuit intra muros interius, et murus habuit decem cubitos latitudinis. Ergo longitudo exterior fuit septuaginta cubitorum, hinc et inde latitudo occidentalis quadraginta, quae faciunt centum septuaginta cubitos, ad quos implendos necessariae erant triginta quattuor domunculae si continue essent. Aliae autem aedificatae erant aliae excelsiores et mensuris

et nimio. ita ut latera templi tria pervenirent
tegentes domunculis usque ad primum tabulatum
exterius. Reliqua vero pars templi superior excedens
eas non erat. sed libere undique patebat. Non fue-
runt hee domuncule pastoforia vel exedre ut qui-
dam putant. ex quibus patet quod dicemus. Sed fuerunt
cubilia et cenacula ebdomadariorum et gaza-
zophilacia vasorum et vestium templi. De

atrio sacerdotum

Et edificavit
atrium interius tribus ordinibus lapidum po-
litorum et uno ordine lignorum cedri
[illegible] plura fuerunt atria circa templum ut
infra legitur. Qui statis in domo domini in atriis
domus dei nostri. De interiori tamen atrio inde fit sermo.
De eodem et de secundo tractat Josephus. Sed preter
hec duo et fuerunt alia duo. Igitur atrium interius
erat platea grandis exornata per circuitum templi
diffusa per quadrum quod a fronte templi a [illegible]
ente plurimum extendebatur quia in eo erat altare
[illegible] et lavacrum in quo ministrabant levite et
sacerdotes coram domino. Circa utraque vero latera
templi non adeo diffusa erat. Ab occiden-
te vero strictior. pavimentum cuius vario mar-
more stratum erat. et diversis ymaginibus
venustatum. Hoc atrium cingebat murus
bassus altitudine tamen trium cubitorum. Et erat
cubitus unus lapidum unius coloris. secundus lapidum
alterius coloris. et tertius tercii coloris. Intus autem
erat vestitus cedro et posite erant per gyrum
[illegible] huius atrii ut ceteros a ministris
ab ingressu atrii prohiberent. Ad hunc se appo-
diabant psallentes et conversi ad populum sic hunc
[illegible] loquebantur. In eodem muro stabant
columpne equis intervallis disposite [illegible]
stantes ad legem sanctimonie proponendam. Alie
litteris hebreis. alie grecis. alie latinis. Et ne
locum sanctum [illegible] prohibentes. Hunc ambitum
muri proprio nomine vocabant geison. Et nunc dicimus
cancellos. Unum solum habebat introitum ab oriente
contra portam templi huius apertura. xxiiii cu-
bitorum [illegible] usque adhuc in atrium accede-
bant viri et mulieres deferentes oblatio-
nes suas ad ministros qui occurrerent. Nec lice-
bat eis ulterius transire nisi in quibusdam casibus. Et
ascendebatur ad ipsum per xiiii gradus. Hoc
atrium dicebatur atrium interius vel atrium sacerdotum
quia et illi qui erant aaronite si tamen maculam
aliquam offerre non poterant [illegible] intrabant
licet de partibus sacrificiorum [illegible]

De atrio mundorum

Post istud atrium et iuxta ipsum in decli-
vi latere montis positum erat secundum atrium
quod dicebatur sanctum. quod Josephus vocat aulam
vel basilicam grandem. Erat autem diffusum
per circuitum circa atrium interius longe tamen maius
eo et pavimentum vario marmore. Et erat
circumseptum muro altitudinis xxv cubitorum
interius. Exterius vero altitudinis xl cubitorum pro decli-
vitate collis. Et licet sic esset altum non ascende-
bat tamen usque ad fabricam templi ut ipsi
aspectui prohiberet. Erat autem murus iste ab
occidente simplex et nullum habens porticum.
In utroque vero latere et in fronte orientali habebat
porticus circumiacentes instar claustri monach-
orum. In quibus erant columpne singulorum lapidum
diversi colores cum basibus argenteis. Cum
autem porticum et laquearia cedrina erant. Et
latitudo vero partis xxx cubitorum. In latere me-
ridiano erant iiii porte duplices valvas
habentes que laminis aureis et argenteis
miro opere erant decorate. Et totidem erant
[illegible] erant per latere septentri-
onali. In hiis sedebant ianitores ut ar-
cerent immundos ab ingressu huius atrii. Porta
in orientali fronte erat porta que dicebatur
speciosa habens valvas de ere chorinthio. Sed
in angulis huius frontis erant due parte modi-
ce per quas ascendebant mulieres ad offerendum
vel forte ministri descendebant in occursum
earum ibi ad suscipiendas earum oblationes
per has partes quas diximus ascendebant in-
discrete viri mundi in atrium secundum. ut orarent sub
divo tempore serenitatis. sub porticibus tempore
tempestatis. In platea huius atrii orien-
tali vendebant animalia et volucres ad offe-
rendum. et mense nummulariorum stabant ibi
quas evertit dominus. In porticibus autem circa portas
stabant gazophilacia diversi generis ad re-
cipiendas oblationes in gazophilacium. In porticibus
lateralibus erant pastoforia id est loca secreta
ad comedendum in quibus sacrificantes de par-
tibus sacrificiorum que eos contingebant vesce-
bantur coram domino. Quidam tamen volunt quod in
tantum a foris venientes de finibus Israel
comedebant. et ob hoc dicta pastoforia.
In eisdem porticibus erant kathedre et syne-
drie et exedre id est tria genera sedilium ut aiunt
expositores. In kathedris sedebant docto-
res in gignasio. In synedriis sedebant
auditores in consistorio. et dicebatur synedrie

quasi consessus. Ingredientes sedebant assessores
cum iudice, quia aliqui seniores sedebant qua-
si in locutorio, et dicebatur exedra quia assessores,
sed exedra proprie legitur pro thalamo. Hoc atrium
sum saepe in evangelio dicitur templum, ubi dicitur quod bo-
ves et animalia vendebantur in templo, et quod Iesus
docebat in templo, et quod filii Israel orabant in templo,
et cetera et in huiusmodi. De atrio mulierum
Porro sub hoc erat atrium tertium simili-
ter in declivi latere montis positum eadem
compositione cum secundo, et si non tantae venu-
statis, item tam pretiosi ornatus. In hoc orabant mu-
lieres mundae tantum. De atrio immun-
dorum. Extra istud erat et quartum, in quo
immundi orabant viri immundi et mulieres et genti-
les. Quartum autem exterius erat in radice collis po-
situm, et ascendebatur xxx cubitis usque ad ultimum
tamen collis in quo templum erat situm, et ita nulli
eorum in nullo prohibebat aspectum templi, nec eorum
qui ministrabant in atrio interiori. De altari eneo et mari.
Porro in atrio interiori
erat altare aereum factum ex lapidibus
impolitis circumtectum exterius parte aere,
longe maioris quantitatis quam illud portatile
quod factum fuit in deserto, xx cubitorum longitudinis
et x altitudinis. Et erat in eo fovea grandis in
qua per foramen in medio altaris positum cineres
defluebant et sanguis, qui ad crepidinem
altaris fundebatur et fluebat in meatum. Eius-
que mundabatur fovea per fenestram quae erat ad
orientem. Altare autem quod fecerat Moyses ipse reli-
ctum fuit in aliqua parte atrii reservatum. Quidam
tradunt permansisse usque ad eversionem templi
factam per Romanos. Iunio et postea cum gen-
tiles habitarent urbem, fecerunt ex eo horolo-
gium. De loco ubi huius altaris et quo
immolantes ad latus eius immolarent coram Domino
supra satis dictum est. Porro in eodem atrio posuit
Salomon mare aeneum fusile, quod nos lavatorium
dicere possumus, ut in eo sacerdotes intrantes ablue-
rent manus et pedes, quod Iosephus vocat cantharum in-
gentem in schemate hemisphaerii factum. Cuius latitudo
x cubitorum erat per diametrum a labio usque
ad labium. Altitudo autem erat v cubitorum
a labio scilicet usque ad profundum. Spissitudo vero
trium digitorum. In superiori parte adeo latum
erat quod restrictum xxx cubitorum cingebat
illud per circuitum, sed paulatim in descensu
angustius fiebat adeo ut circa fundum restri-
cta x cubitorum ambiret illud. Supremum

eius labium repandum erat ad modum lilii. In lateribus
autem eius exterius duo ordines erant sculpturarum
hystoriatarum, id est hystorias aliquas habentium. Capi-
ebat autem ii batos, id est iii metretas. Batus
enim capit metretam et dimidiam. Et batus in
siccis trium modiorum eiusdem capacitatis cum ephi.
Sed batus est mensura liquidorum, ephi aridorum. Porro
basis super quam stabat habebat xii boves aeneos
et fusiles, e quibus tres respiciebant ad aquilonem,
tres ad occidentem, tres ad meridiem, tres ad ori-
entem, quorum anteriora tantum prominebant sub mari, po-
steriora autem intus latitabant. De luteribus
Fecit quoque Salomon luteres x aeneos et fu-
siles, altitudinis iiii cubitorum. Erat
autem in summitate luteris os rotundum
intus et adeo angustatum ut unius cubiti esset eius
latitudo. Fundus autem eiusdem erat latitudinis cubiti et
dimidii, iuxta quantitatem basis super quam sedebat.
xl batos luter unus habebat. In eis abluebantur
intestina et pedes holocaustorum, et erant omnes
eiusdem figurae sicut et bases quibus insidebant. Erat
autem basis inferiori parte in longitudine et latitu-
dine habens iiii cubitos per quadrum. In altitudine vero
trium cubitorum, et ascendendo paulatim angustabatur usque
ad cubitum et dimidium iuxta quantitatem fundi ipsius
luteris. Eratque composita ex iiii tabulis quibus quadrata
erat sic composita quadrata, et exterius pro aliquan-
tulum excedebant summitates aliarum, habens in medio
sui eminentem concavitatem rotundam, in qua sedebat
luter. Totum opus basis ita fusile erat, et iuncturas
tabularum per iiii angulos erant sculpturae emi-
nentes ad modum columnarum, quas quidam dicunt
vocari media inter columnas quadrata. Tamen
quidam legunt ibi media inter columnas quadrata,
vocantes columnam mediam tabulam inter iiii ta-
bulas sic positam. Latera vero basis a media parte
supra insculptas habebat coronulas implexas,
et in medio earum leones et boves et cherubim
super colla leonum et boum, et sub erant lora ex aere
pendentia quibus ligari videbantur. In summitate
vero iiii columnarum angularium erant humeri
expansi in similitudinem manus humanae et pedis
aquilini, sequentes tabulae fere luteris ita erant
coaptata ut naturaliter inserta viderentur. Et habebant
illae columnae quasdam caelaturas: homines, arbores
et aves. Porro altera media pars basis quae erat
circa terram habebat per gyrum rotas eminentes
cubiti et dimidii, et eo quo in rotis solet fieri axes
et radios, canthos et modiolos, omnia fusi-
lia, et circa eas positae erant variae caelaturae.

et hec omnia fabrefacta erant adeo ut non celata sed quasi apposita procul intuentibus viderentur. et bases quasi rotis cursilibus vehi videbantur. Una erat fusura et mensura et sculptura omnium basium et luterum. De sculptura tamen luterum non memini me legisse. Horum v. in latere templi steterunt ad dexteram, v. ad sinistram. Ad hunc usum, ut Iosephus ait, prius lavabant interiora hostiarum et pedes earum. In probatica piscina lota reddebant sacerdotibus, quia neque intrinsecus sordes eis adhesisse vellent, ea ingerebant ut cum sinceritate super ponerent altari. Porro lavatoria hec hunc modum posita erant ut ingredientibus atrium sacerdotale primo occurrebat ad meridiem mare eneum ad abluendas manus. Postea progredientibus occurrebat altare eneum similiter ad meridiem. Positisque hostiis super altare redibant offerentes ad mare eneum et abluebant in pedes et manus. ut sic loti consummarent sacrificia. et intrarent in templum cum prunis et tymiamate ad adolendum illud super altare in odorem domino.

Ut decor luteris adiungeretur nitibus hostiarum visusque progredientibus occurrebat

De vasis altaris

Utensilia vero altaris enei fecit Yram ex ere. lebetas ad suscipiendos cineres et prunas altaris. ollasque et caldaria ad coquendas carnes et hamulas vel fuscinulas ad extrahendas carnes vel disponendas. et arpagiones id est furcas ad componendum ignem et interiora hostiarum desuper disponenda. et scutras vasa scilicet equalis amplitudinis in ore et fundo ad calefaciendum. Iosephus addit et trullas forte ad congregandos cineres vel eruendos. vel ad verrendum pavimentum. Porro utensilia templi aurea vel argentea. Utensilia candelabrorum aurea erant. De quibus in exodo legitur. Alia autem utensilia que Salomon tempore precedente ponit Iosephus. mensas scilicet super quas iacebant phiale et patere et mortariola et patene ad offerendam similam. et cratere in quibus similago cum oleo miscebatur et assarones in quibus libamina mensurabantur. Thuribula quoque vel quibus ferebatur tymiama et alia thuribula in quibus ferebatur ignis a maiori altari ad minus. Hec omnia obtulit Salomon aurea et alia similiter argentea sed in duplum. Quorum numerum ponit Iosephus. Pondus timuit ne incredibilis videretur. Preterea cum multum scriptorum circa numeros plurimum viciantur.

De dedicacione. viii.

Anno igitur quarto regni Salomonis fundatum est templum domini. et in anno xi. mense ebul id est octobri consummatum est in omni opere suo et in universis utensilibus que in imminenti erant necessaria. Post dedicationem vero templi plura fuerunt fabricata et super addita. et edificavit eam in annis vii. mensibus. Et vocavit Salomon in anno xii. maiores natu Israel et principes tribuum et duces familiarum ad dedicationem templi et deferendam archam in illud. Et convenerunt omnes mense vii. in vii. lunacione que intrabat octobri. Et erat dies sollempnis id est festi dies quo fiebat expiatio. Post id dicitur populum in septembri dedicasse quasi ut quator fere sollempnius rege accelerante. et post dedicationem fecisse utensilia alia que deerant mense viii. et sic utrumque verum est ex mense viii. perfecta est domus in omni opere et utensilibus et in mense vii. dedicata. Et tulerunt sacerdotes et levite de civitate David archam domini et omnia vasa eius. Et vox iubilantium ut ait Iosephus a longe remotis audiebatur. Rex vero et universa multitudo incedebant ante archam et immolabant hostias absque estimacione et numero. Et aromatum fumus ab a longe positis sentiebatur. Et intulerunt sacerdotes archam domini in locum suum in oraculum sub alas cherubin. quibus quasi quodam alveo tegebatur. Capita quidem vectium super humeros portancium a parte rei posito videbantur cum archa reposita subtracti sunt visibus hominum in sempiternum. Archa vero vecte erat non videbatur ne videretur. In archa vero non erat nisi due lapidee tabule testamenti. Supplendum est autem et urna aurea plena manna. et virga Aaron. hec enim testatur apostolus fuisse in ea. Factum est autem cum exissent sacerdotes de oraculo et dicerent. Confitemini domino quoniam bonus etc. nebula implevit domum domini non metuenda sed temperata et fulgens. et obumbravit sacerdotes ita ut se invicem viderent non possent nec ministrare. Et ait Salomon. Dixit dominus ut habitaret in nebula. Nusquam legitur hoc deum dixisse sed quia in monte Syna apparuit in nebula et processit Israel in nube et ante Moysen posita mansione per exitum in nebula ideo Salomon posuit deum proprie. et est sensus. Dixit dominus id est opere monstravit. Fuit autem olim quedam opinio fantastica dominum localiter descendisse in templum quod promovit Salomon dicens. Domum domine quia fabricasti tibi

domum expetunt. celum terram simul et mare. Et flexis
utique genibus in terra coram omni ecclesia utrasque ma-
nus levavit ad dominum. et gratias agens de per-
missione divina impleta quam promiserat de do-
mo sua edificanda per manum filii eius. O-
ravit utique ut quicumque inde vel gentilis si forte
deveret ad hanc domum supplicans pro peccatis vel
clamans ad deum pro aliqua tribulatione ex-
audiretur a domino in hiis que iuste postula-
ret. Et surgens ab oratione stans benedixit
universo populo. Et dedicatum est templum cum u-
tensilibus suis in die illa. et de incepti in
eadem die quartum fiebat festum scilicet festum
dedicationis. Nec te moveat quia diximus flex-
isse genua in terra cum in Paralipomenon legatur quod
fecit Salomon basem eneam .iii. cubitis altam
quam posuerat in medio basilice. et stans
super eam benedixit populo. potuit enim utrumque fe-
cisse. vel si pro certo accipitur intelligendum est eum
flexisse genua super terram id est super locum in quo sta-
bat. Et immolavit Salomon hostias pacificas
boum .xxii. et .c.xx. ovium. et quia altare
eneum ad suscipienda holocausta et adipes
pacificorum minus erat sanctificavit rex me-
dium atrii in ydolis ut si forte cremarentur que super
altare cremari non poterant. Fecit et Salomon
festivitatem dedicationis et omnis israel cum eo
.xiiii. diebus quod sic intelligendum est .v. diebus con-
tinuis celebrata est dedicatio. sed in .vii. die
quo fuit .xv. mensis occurrit scenophegia que
imposita est .vii. diebus. Qua terminata iterum
dedicatio celebrata est per duos dies qui inter-
missi fuerant. et in die .viii. id est post duos
septenarios dimisit rex populum. Vel dedicatio
continuavit .vii. diebus festa est. et post .vii. die in-
choata est scenophegia et terminata in .xxiiii.
et in .viii. scenophegie post collectam dimis-
sit populum. Et apparuit deus secundo Salomoni per sompnium
dicens. Exaudivi orationem tuam. sanctificavi
domum hanc. et erunt oculi mei cunctis diebus
super eam et super populum israel si custodierint mandata
que proposui vobis. alioquin auferam vos de terra
quam dedi vobis. et templum hoc proiciam a con-
spectu meo. et erit in erumpne in re fabule
narrantium. De domo saltus

[F]ecit autem post fabricam templi cepit
Salomon construere edificium domorum
regalium .xxiii. annis iuxta ypolei-
[illegible] circa eas adeo fuit studium sicut
et circa templum. sed non adeo opulentas fecit
ei separata apte. Fecit autem tres domos. Domum
sibi et domum uxori sue filie Pharaonis et domum
saltus. De domo regis hic solum dicitur in egressu. Do-
mum suam edificavit Salomon .xiii. annis et usque
ad perfectum perduxit. et paulo post porticum solii
in qua tribunal est fecit. Et forte vocaba-
tur illa domus in qua erat et solium et tribunal. Erat
autem solium regis tribunal iudicans. Et erat in
eadem domo [illegible] in qua sedebat ad iudicandum
id est in qua cum assessoribus tractabat de summa.
De hiis domibus expone totum liber regum. quia
forte eadem erat que et in domo saltus quam ple-
nius describit. De domo regine dicitur in regum
quod eam tali opere fecit sicut et domum regiam. Por-
ro domus saltus duplex erat et ex duplici ma-
teria. pars inferior erat lapidea et dicebatur
Nechota id est pigmentaria in qua reponeban-
tur aromata et pigmenta ad usum templi
et domus regie ut ex beneficio [illegible] et muri diu
vigerent [illegible]. Superior pars domus
lignea erat de lignis Libani facta unde
et dicta est domus saltus vel domus Libani vel domus
saltus Libani. Quidam tamen putant eam ob hoc
sic vocatam quod circumquaque consita erat arboribus
et viridariis more recreationis iuxta civi-
tatem saltus Libani. In ea reponebantur
arma ut beneficio ligni rubiginem non sen-
tirent. non solum arma ad pugnandum sed etiam
ad decorem et ad ostentationem regii fastus.
Fecit autem rex Salomon .cc. scuta aurea. de
siclis erant in unoquoque scuto. In Paralipomenon ad-
ditur de tonte lanceis aureis. Fecit quoque .ccc.
peltas aureas trecentorum aureorum que rotunde erant. alie
instar semicirculi. Hiis utebantur custo-
des regis ante ostium domus excubantes. et
cum rex egrediebatur precedebant eum equitan-
tes et ferentes hec arma. Iuvenes flavi etiam
usque in equorum sessione diffundentes cesariem
comis suis adicientes auri ramenta ut eorum
capita sole percussa radiarent. Hos sequebatur
rex in curru vectus. et ad locum quendam solitus
erat exire qui ab Ierusalem abest duobus stadi-
culis. et dicebatur ortus Ethan id est deliciarum. Por-
ro pars illa superior que dicebatur domus saltus habebat
longitudinem .c. cubitorum. et altitudinem
.xxx. et in latitudinem .l. Cuius camera tota
vestiebatur tabulatis cedrinis. Sustentaba-
tur in tribus ordinibus columpnarum. Unusquisque ordo
habebat columpnas .xv. e regione se respicien-
tes et pari mensura ad se distantes. et ita inter-

muros et eius ordines columpnarum erant .iiii. de am
bulatoriis. Porticum autem domus fecit per circuitum columpna
rum .l. cubitorum longitudinis et .xxx. latitudinis.
De expositione in floribus partis domus lapidee
tactum libro regum. Forte quia eiusdem positionis erat cui
et superior. De basilica et domo regine

In regione stabat domus regia grandi
in adiacente uiridario eiusdem latitu
dinis longitudinis altitudinis et similiter
intercolumpnata. Veruntamen superior erat et ue
nustior mansionis. Circa murum altitudo habebat .iiii.
distinctiones quarum tres diuisis uariaba
tur coloribus. Quarta et superior celaturis erat or
nata. Erant ibi arbores sculpte ita ut
ipse miraculum sibilitantes agitari quidam
putabant. In medio uero amplitudinis
erat domuncula huius latitudinis .xxx. cubi
torum et in ea erat solium ualidis columpnis
extensum in quo sedens rex iudicia proferebat. In
posteriori fronte domus basilica et parietes eius
sunt erant auro. Fecit rex thronum de ebore
grandem et uestiuit eum auro. Cuius ascensus factus
erat per .vi. gradus. Et de marmore porphyretico
fecit .xii. leunculos stabant super .vi. gradus hinc
et inde. Reclinatorium superius rotunda erat.
Sedes super uitulum respiciente et due manus
hinc atque inde tenebant eum et duo leones sta
bant iuxta manus singulas. Non fuit tale opus
in uniuersis regnis. Fecit et etiam domum reliquam
basilica et sedilia in partibus illius uestiebat
strata omnia marmore et tabulis cedrinis.
Fecit domum regine in latere descendente mar
more auro cedro et argento opulentissime
decoratam. Fecit et utensilia utriusque domus
preclara. Et non est narrata quecumque sint exemplis opor
tuna. Omnia ex auro fecit. Perfecit itaque Sa
lomon .xx. annis templum et domos regias cum
omni supellectili sua. Yram rege Tyri prebente
sibi auxilium in lignis et auro. De opidis
datis Yram

Tunc dedit Salomon
Yram .xx. opida in terra Galylee in sorte
Neptalym maritima. Sed non placue
runt regi Tyro. Sed a Tyro non procul erant posita
et appellauit eam terram Chabul que lingua phe
nicea sonat displicens. Et tunc prima terra illa uo
cata est Galylea gentium. Non quia ibi gentes habita
uerunt sed quia in dicione regis gentilis erat.
Refert Iosephus Menandrum Phenice historiogra
phum scripsisse quod Salomon et Yram mutuo sibi
scripserunt enigmata et figuras que non soluerent

certam daret alteri pensionem. Cumque diutius
Yram in solutione contristaretur Tyrum iuue
nem Abdymum ab demonis filium qui omnia de
facili explicabat. De opibus Salo
monis

Preterea conuertit animum
Salomon ad muros ciuitatis constru
endos et muros robore ampliauit
turres et regias que ad ultima ducentur nigro
lapide strauit. In pluribus locis ruinas
ciuitatum reparauit et nouas ciuitates pro
oportunitate locorum fundauit. Quasdam
propter amenitatem temperiei quasdam aduersus estum
quasdam propter uenationes et aucupium mirabiliter.
In [illegible] terre edificauit urbes [illegible]
aliorum. Immo ultra fines terre promissionis plu
rimas urbes occupauit. Socero suo Pharao
ne rege Egypti prebente ei auxilium. Qui ut
ait Iosephus ultimum regum Egypti dictus est Pharao
quia in potestate regnauit. Qui cum admiraretur
opera Salomonis prepue et meditabatur domum Salo
monis et sacrificia et frequentia leuitarum. Certum est populo
de filiis Israel nullum fecit seruum Salomon sed
erant uiri bellatores et ministri eius ex quibus
erant super omnia opera Salomonis principes .ccl. Cha
naneos autem de monte Libani usque ad ciuitatem
Amathim fecit sibi seruos tributarios. Classem
quoque fecit rex Salomon in insula quadam Egypti in
rubri maris que dicitur Asyongaber. Et naui
gabant cum suis Salomonis uiri nautici de Egypto
Tyro que nunc insula erat. Et deferebant de Ophyr au
rum mirum et circumeuntes Indiam et alias post
elapsum tempus referebant Salomoni auri .ccc.
et .xx. talentorum et argentum et dentes ele
phantorum et simias et gemmas et pauones. Et
ligna thyina multa nimis que erant similia
lignis sethim et odorifera de quibus rex fecit fulcra
et sedilia domus Dei et domus regie et lyras et
tabulas et cytharas. Etiam cytharas et nabla
electri constituit. Quod nullum precii erat argen
tum in diebus eius. Etiam et sedilia de foris domorum
plurima erant in urbe argentea. Sed et ligna
cedrina que ligna sycomorum habundabant in
terra. De regina Sabba .x.

Cum
incredibile opinione regina Sa
ba crederet uenit temptare eum
in enigmatibus. Et ingressa est urbem cum comi
tatu multo et diuitiis inestimabilibus.
Est autem Sabba quidem nomen regionis sed hic
ciuitas regalis Ethyopie. Huius nominis
significationes apud Hebreos distinguntur

ex appositione literarum syn et samech. Erodotus dicit preter
mineum qui memphyn condidit reges egypti trecen-
tos fuisse pharaones quod sonat regnantes
quibus successit nicaula regina egypti
et ethyopie quam putat Iosephus venisse ad salomonem.
Que ingressa ad salomonem locuta est universa que
habebat in corde suo et fuit sermo quod regem lateret
sed docuit eam in omnibus hiis que proposuerat et ani-
mam non habebat ultra spiritum dicebatque famam re-
gis minorem esse veritate. Verumtamen precipue
admirabatur domum saltus et sumptum templi tabulata
ordinem ciborum et frequentiam ministrorum in templo
-rio et ordinem et distinctionem vestium regi mini-
strantium. Et principes suorum cibum et distinctio ab
aliis ornabantur. Similiter et pavimentum lapides et
dapiferi ut tamen multitudine ministrorum nullus
dubitaret quod esset verus in ministerio fungens. Dedit
autem regi munera .cxx. talenta auri et gem-
mas preciosas et aromata quanta et qualia visa non
fuerant in israel. Dicit Iosephus eam dedisse regi ra-
dicem balsami. Unde plantatum fuit in engaddi
unde balsamum. Cui et salomon multa redo-
navit et quod fuit quod postulavit non prohibuit. Que
regis gratiam suscipiens ad propria remeavit.
Tradunt quidam rescripsisse eam salomoni quod presen-
cialiter ei dicere timuit se vidisse scilicet quoddam lignum
in domo saltus in quo suspendendus erat quidam per cuius mor-
tem regnum iudeorum periret. Et eius indiciis indi-
catum est regi. Et timens salomon profundissi-
mis terre visceribus occultavit. Sed quoniam circa
tempus Christi natatoria probatica piscina
movetur et credidit hoc lignum fuisse crucis dominice

xij. P[rincipio] procedente. **De adversariis salomonis**
quo tempore amavit rex salomon mulie-
res alienigenas contra legem et po-
suit maculam in gloria sua et fuit in regno
suo. Fueruntque ei uxores quasi regine sep-
tingente. Iosephus tamen dicit lxx et pellicie ccc. Que
averterunt cor eius cum iam senex esset et secutus
est deos alienos ne dilectas suas contristaret.
Et edificavit in excelsis contra ierusalem tria
phana ydolorum. unum astharte dee sydoniorum
quod nimo dicitur. secundum chamos ydolo moabi-
tarum. tercium moloch ydolo amonitarum. Quod
phanum stetit in monte oliveti e regione
templi quod plurimum deo displicuit. Unde
et propterea locus ille dicitur mons offensionis
vel ex adverso propheta missus est ideo nathan
vel alii dicentes. Hec dicit dominus. Quia fecisti
sti pactum scindam regnum tuum et dabo illud

servo tuo. tamen non totum sed tribum unam propter tribum iuda da-
bo filio tuo propter david servum meum. propter quod et non faciam
hoc in diebus tuis. post tercio anno vixit salomon in summa
pace. et sine in fine suscitavit ei dominus adversarium
adath ydumeum de semine regio qui in expedicione
illa qua delevit ioab in ydumeos puer fugit
in egyptum. cui pharao rex egypti dedit uxorem
sororem uxoris sue. que peperit ei filium genabath
Cumque audisset adath david et ioab mortuos esse
et salomonem infatuatum egressus de egypto in-
festabat israel. Suscitavitque ei dominus alium adversa-
rium. razon principem latronum in damasco. Ie-
roboam quoque filius nabath effrateus de saredas servus
eius salomonis levavit manum suam contra regem hoc modo.
Salomon edificabat mello muros arabice vo-
caginus extollens ut coequaret eos civitati david
videns quoque salomon Ieroboam bone indolis et indu-
strium statuit eum prefectum operis et de inde constitu-
it super vectigalia universe domus Ioseph. Quadam d.
die cum egrederetur ieroboam de ierusalem invenit eum
malachias propheta silonites opertus pallio novo
quod scidit in xij partes et ait ad ieroboam. Tolle
tibi x scissuras. Hec dicit dominus. Dabo tibi x tribus
israel. et eris rex super israel. filio autem salomonis dabo
unam ut remaneat lucerna david coram me in ierusalem
quam elegi ut esset nomen meum ibi. Et audiens
Ieroboam intumescens suadebat populo ut re-
cederet a salomone. quem ob hoc salomon voluit eum
occidere. Tunc ieroboam fugit in egyptum ad
susach regem egypti usque ad mortem salomonis
Reliqua vero verborum salomonis et omnia que fecit scripta
sunt in libro verborum vel in libro dierum salomonis. Hunc
librum quidam estimant esse paralypomenon. sed quia ibi non
scripta sunt reliqua opera salomonis. ideo putandum
est hunc librum non extare. Dormivitque salomon
cum patribus suis et sepultus in civitate david cum
regnasset in ierusalem super omnem israel xl annis. Que-
ritur quare dicatur salomon senex fuisse cum
modicum ultra l annos vixisse legatur. Robo-
am enim mortuo patre xl et unius anni erat. quem
salomon cum xi esset annorum genuisse perhibetur
plenius ergo hunc locum dicit Iosephus ita. Mortuus
est salomon valde longevus. quod regnavit annis
lxxx. vixit autem lxxxxiiij. Sed divina scrip-
tura eos tantum annos exprimit quibus regnavit
vir antequam peccaret. **Incidencia**
In diebus salomonis. silvius rex latinorum. silvius
alba. silvius enee filius. **De roboam et divisione regni**
P[ost] mortem
salomonis successit ei roboam et erat

mat ei naama amanytes. porro ieroboam au
dita morte salomonis rediit de egypto. et uenit
ad roboam in sychem cum multitudine israel qui uocauerant
eum. Cumque uellet roboam constituere regem dixit
ad eum. Imminue paululum de graui iugo quod im
posuit nobis pater tuus. et seruiemus tibi. Necesse intelligendum de
iugo tributi et uectigalium et expensis. Qui ait.
Ite et redite ad me in die tercia. Interim consuluit se
nes patris. Qui dixerunt. Si hodie obedieris eis
leniter eis loquens, seruient tibi in eternum. Post hec con
suluit adolescentes in etate equales et moribus. Qui
dixerunt. Impiose loquere eis et comminando. et timo
res seruient tibi. Et redeuntibus eis in tercia die dixit
ad eos. Digitus meus minimus grossior est lumbis patris
mei. pater meus cecidit uos flagellis ego cedam
uos scorpionibus. q.d. Ego sum potencior patre meo
et maiora faciam quam ipse uos. Est autem scorpio uir
ga aculeata uel flagellum uirgarum nodosum. uel sca
tica habens in summitate glandes plumbeas. Et
indignati populi ait. Que nobis pars in dauid uel que hereditas
in filio ysai. q.d. Quecumque tribus porcionem suam
hereditariam habet a dauid. quaeritis et ut generi
nostra eligat qui regat alias. Quia quelibet tribus re
gat hereditatem suam. Et recesserunt x. tribus ab eo.
Ipse uero misit precones aduram qui erat super tributa. et
lapidauerunt eum. Tunc timens roboam fugit
in iherusalem. Decem uero tribus constituerunt ieroboam
regem super se. Iudas uero et beniamin secuti sunt
roboam. et fuerunt cum eis leuite propter templum
quod erat in iherusalem. Et tunc separata est monarchia
regni hebreorum in duo regna. nec amplius reducta
ad unitatem. Et decem tribuum regnum x. tribuum uocatum est reg-
num israel et in scriptura diuina sui nominis iacob patris sui re
tinens. Decem tribuum effraym. quia ieroboam qui
de effraym primus eis imperauit. quia tunc primum
erat unde sup effraym. Alterum uero decem regnum
iuda ob dignitatem tribus regie. De utroque reg-
no prosequitur hystoria. quia non interscalatim et incisi
ue. nunc de hoc loquitur. nunc de illo. quod diligens lector
de facili deprehendet. De ieroboam et ab

De ieroboam et abdo et uitulis

P**C**ongregauit roboam collegit. cxxx. milia electorum. ut pugnaret
contra israel. Et misit ad eum deus semeyam
prophetam dicentem. hec dicit dominus. Non pugnabitis con
tra fratres uestros. a me enim factum est uerbum hoc. q.d. de
scissura regnorum intelligendum est. et reuertit
sunt. Roboam autem dixit in corde suo. Si
ascenderit populus iste in iherusalem terciano reuertetur cor
eius ad dominum suum roboam. et uiuum eicient
me tunc. Excogitato consilio fecit duos uitu
los aureos quos. Ieroboam uocat uitulas. constituit unum contra
phanum. alterum in dan. alterum in bethel. Et
dixit ad populum. Ecce dii tui israel. qui eduxerunt
te de terra egypti. q.d. Omnis locus habet deum
Non habetis necesse ut ascendatis ad ostium ciui
tatis ut adoretis deum. Fecit uobis uitulos equ
uocatos deo ut in eis adoretis deum. Et consti
tuit eis uobis sacerdotes et ministros ne filiis leui
egeatis. Cumque in mense nono scenophegia con
stituit ei diem sollempnem in mense. viii. xv.
die mensis. Forte transtulit festum de mense
vii. in octauum. uel lunaciones septembris descende
runt in octobre. Tunc ascendit cum populo in be
thel ad diem festum. Deus autem misit prophetam
de iuda in bethel. quem in paralypomenis nominat
abdo. hunc a quibusdam credunt fuisse qui ad
quem rege stante super altare ad incolendum. erecta
manu. Altare. Altare. hec dicit dominus. Nascetur filius
domui dauid. Iosias nomine. qui comburet super te ossa
sacerdotum tuorum eruta de tumulis suis. Et ad
populum ait. Dabo uobis signum quod locutus sit in me dominus.
Ecce altare scindetur. et effundetur oblatio que
in eo. Tunc rex extendens manum suam. Recipiens
eum apprehendite. et statim aruit manus eius cum
brachio. Altare quoque scissum est. et effusa sunt omnia
que erant in eo. Et timens rex ad prophetam ait.
Ora pro me ut restituatur manus mea michi.
Quo orante restituta est manus regis ad eum. Cui
dixisset ei rex ueni ut prandeas mecum et da
bo tibi munera. Ait. Non possum. Sic enim pre
cepit deus michi. Non comedes panem neque bibes
aquam. neque reuerteris per uiam qua ueneris. Egressus
sub itaque de bethel reuersusque est in terram
paleam suam. Erat autem in bethel propheta
quidam senex et iacens in lecto. eum indicassent
filii sui que uiderant et audierant dixit eis.
Sternite michi asinum. Et ascendens abiit post
uirum dei. et ait ad eum. Redi mecum ut co
medas. Qui ait. Non possum. quia prohibuit
michi deus. At ille. propheta sum sicut et tu. Et dixit
michi deus. Reduc eum tecum ut comedat. Et red
eduxit eum. Cumque sederent ad mensam. factus est
sermo domini ad prophetam qui reduxerat eum. Et ait
in spiritu. Quia non custodisti uerbum domini. non inferetur
cadauer tuum in sepulcrum patrum tuorum. Et non
quia per in terra illo locutus est spiritu ut excederem
esse propheta penam acciperet unde et culpam
acceperat. Cumque rediret uir dei per semitam
diuitem occidit eum leo in uia. Asinus autem stabat
iuxta illum. et leo custodiebat cadauer eius

nasimum tanges non illud. Cum accepisset ille
senex propheta retulit cadaver eius et posuit illud
in sepulcro suo. dicens filiis suis. Cum mortuus
fuero ponite ossa mea iuxta ossa eius. ut parcat
ossibus meis pro eo. quod fiet sub dum deprima-
tione ossium super altare. Joboam autem non re-
versus est a via sua pessima. nam senex ille propheta per-
suadebat ei non fuisse verum prophetam qui eum cor-
rexerat. et dextram ipsius pro labore sacrificandi ob-
stupuisse. et cum regeneratus ad natalem prophetam
venisse. altare non scissum sed contritorum ruptum
fuisse aiebat.

In diebus illis egrotavit abya filius ierobo. Et ait
rex uxori sue. Commuta habitum tuum ne cog-
noscaris uxor mea. et vade in Sylo ad Achiam
prophetam qui michi locutus est
quod de regno ipse
indicabitur et evenit
sicut predixit. Et
ascendit uxor ad Achi-
am qui videre non poterat
pre senectute. Sed prescius
dixit ei. In-

Achias vidit in spiritu pro-
phetie conculcante iugum
bovi. et posuit sacerdo-
tes conculcandos sibi
et Salomoni predixit quod
evertendus esset
a mulieribus. et se-
pultum. ut supra Sylo.

gredere uxor ieroboam. quare te aliam simulas?
Vade et dic ieroboam. Hec dicit dominus. Exaltavi
te de medio populi. tu autem provocasti me prater
regnum tuum et fecisti tibi deos alienos et confla-
tiles. et ego percutiam domum ieroboam usque ad min-
gentem ad parietem ad clausum et in credentem et
novissimum in israel. et delebo et reliquias quia
sui utilitate negligenda putant. et dabo
cadavera eorum canibus et feris. tu autem vade et
in introitu tuo morietur puer. quia solus de domo ieroboam
inferetur in sepulcrum. Et rediit mulier in tersa. et
mortuus est puer. et sepelierunt eum. Reliqua
ieroboam scripta sunt in libro verborum dierum regum
israel. Et mortuus est ieroboam cum regnasset xxij.

De morte roboam

annis. Porro roboam regnavit in iuda. Quadraginta
et unius anni erat cum regnare cepisset
et xvij annis regnavit in ierusalem. Et iudas
fecit malum coram domino. et fecit excelsa et statuas
et lucos super omnem collem. et effeminati fuerunt
in terra. id est cultores ydolorum effeminatorum
in actu. sic legitur de ierophantis. Offensus
dominus suscitavit contra iudam Susach regem
egypti anno v. regni ro-
boam. Qui ingrediens ierusalem
pretiosa predonum fecit
et sumpsit dispersit thesauros

Tradunt hebrei ly-
boam annis autem no
violasse super-
ius ierusalem et fecerit

saurus domus domini et
thesauros regie scutaque aurea quae fecerat Salomon. pro
quibus fecit rex roboam scuta erea. Habuit
autem roboam uxores xviij. et concubinas lx.
et nati sunt ei filii xxviij. filie vero lx. Reliqua
sermonum roboam scripta sunt in libro verborum dierum regum
iuda. Opera eius prima et novissima scripsit Seme-
ias propheta. Et mortuus est roboam. et sepultus in
civitate david. et regnavit pro eo filius eius abya. In

In diebus roboam in armorum vij. regi sunt. accedat
et filius achys. sed filius egyptius. Refert
herodotus Susach regem egypti multas gen-
tes sibi subiugasse et quasdam sine prelio
cepisse. et in terminis eorum quasi insignia virtutis earum
que triumphavit presculpebant genitalia mulierum
insculpsit. Refert quod ethiopes et fenices ab e-
gyptiis didicisse circumcisione

De abya

Igitur in xviij. anno regni ieroboam regnavit
abya super iudam. tribus annis regnavit in ierusalem.
Nomen matris eius maacha filia thamar filie ab-
solon. Et ambulavit in omnibus iniquitatibus patris sui.
Et fuit prelium inter ieroboam et abyam in loco
qui vocatur mons amorreorum. Et habuit abya
spe victoriam inestimabilem. Et mortuus est abya
et sepelierunt eum in civitate david. Et regnavit
asa filius eius pro eo in anno xx. Joboam regnavit asa
super iuda. et xli anno regnavit in ierusalem. Nomen
matris eius anne maacha. Et non quod roboam
Joboam dum coregnavisset xvij annis et
impleti sunt xx anni ieroboam regni roboam
Anno eius in xviij anno ieroboam cepit regnare a-
bya ut dicitur. Sed potest in xxi anno quod synodo-
chen dicitur. Dicatur non abya regnasse tribus
annis eo quod regnavit ij annis. et ipse quidem
duos integros annos. et reliquam partem eidem anni
cepit regnare asa filius eius pro eo in xx anno
ieroboam. Diversitates sepe occurrent iste
quibus quidam quodam dictant per synodochen
vel quia coregnaverint quidam filii patribus su-
is predictis. Quod dictam non possunt utro-
que scriptores assignant.

Igitur asa fecit rectum coram domino sicut david pater
eius. et abstulit effeminatos de terra. et sor-
des ydolorum. et maacham matrem suam amo-
vit ne esset princeps in sacris priapi. et specum eius
subvertit. et simulacrum turpissimum combussit et proiecit
in torrente cedron. Excelsa tamen non abstu-
lit. Porro nadab filius ieroboam regnavit
super israel anno ij regis iuda. Hic patet quod
ieroboam in principio anni regni sui mortuus est.

Sed abya coregnavit ieroboam
ij annis et

Hic .ii. annus fuit sedis regni asa. et regnauit
sr isrl' .ii. annis .i. uno anno et aliq parte alt'
anni. Itam ps anni uocat annus psynodoche sic
i eis dr xpe pdicasse .iii. annis et dimidio u
ps dimidij
anni uocat
dimidius q
annis. Se
pe et fit eq ut tota summa tuus noie ptis
sue uocet psynodochen ut i. Noe cu qngen
toru eet annoru genuit sem. Cu tn noe .d. et
duoru annoru eet. Hec dupx synodoche plm
occurrit i regnis. Ita hic ded sufficiant. Na
dab li ambulauit i uijs pris sui quib' peccare
fecit isrl'. Qui cu obsederet iebethen urbem
phylistinoru insidiat' e ei baasa et occidit
eu. Et regnauit pro eo anno tcio asa regis
iuda. et pcussit oem domu ieroboam iuxta u
bu achye silonitis. et regnauit in thersa .xx.
iiii. annis no tn plens. Et erat bella inter
asa et baasa cunctis dieb' eor. porro asa .x.
ano regni sui pcussit zaram rege ethiopie
plaga grandi q irruerat i tribu iuda. Et reuer
ti asa a uictoria occurrit azarias ppha dicens
uictoriam de ddo cessam et legem ei' obser
uabat. Tunc scripsit i oem pusilla ut omis
diligent' dei legem sruaret. Baasa u' rex
isrl' peccauit coram dno ambulans i uijs iero
boam et isrl'. Et uenit ad eu hyeu ppha filij anani
dicens. Hec d' dns. Exaltaui te de puluere et
cu ambulasti i uijs ierob' et i malicijs fecisti pec
care ppim meu. et ideo dimittam posteriora tua. et
faciam domum tuam sicut domum ieroboam. porro
his tn n genuit baasa. Et ascendit i iudeam
et edificauit rama .xl. stadijs a ierlm. Cu
q uideret asa rex iuda se arctari tollens aur
et argentum de domo dni et de domo regis mi
sit illud p seruos suos ad benadab rege syrie
i damasco dicens. Fedus fuit int' prem tuum
et meu. et int' me et te. peto ut irritu facia
as fedus q habes cu baasa ut recedat a me
Et acquiescens benadab misit exercitum in
ciuitates isrl'. Qd audiens baasa nec mi
sit edificare rama. et reu's e in thersa
Rex aut asa misit i omne iuda dicens. Ne
mo sit excusat'. Et tulerunt lapides et ligna
de rama. Et muniuit de eisde rex asa ga
baa et masphat. Et uenit ad eu hyeu ppha ut
ut qda uolunt ananyas pr hyeu arguens
eu q relicto dno spem posuerat i rege

Aiut hebri asa pmuisse ydo
la i puluerem et eam scripsisse in
torrente cedron. q ut palam
fieret erga ignis pcessit a dno

syrie. et misit rex eu i neruu. Ipe q i tmpe
senectutis sue dolu pedis. et mortuus e. et
sepult' i ciuitate dd. Et regnauit iosaphat
filius eius pro eo Iradgicta
Sub asa fuit .viii. rex .l. annoru
filius capit. verum tn adhuc
eo uiuente descend' et q sda hyeu
ppha ad baasa rege isrl' arguend' et con
dit eu baasa. Mortuus e aut baasa et sepl'
tus in thersa. Occis' e aut ut d' lo. aco
ne et milicone suo. et regnauit pro eo in the
rsa filius el' ela. ano .xxvi. asa regis iuda
et regnauit sr isrl' .ii. annis .i. ano et pte
ani. Qui cu recumberet i domo arsa p fcta su
pcussit eu tumultuari zamri seruus
suus dux medie ptis equitu. pcussit q om
domu baasa iuxta ubu hyeu pphe
Anno .xxvii. De zamri et amri
asa regis iuda regnauit zam
ri in thersa .vii. dieb'. porro
exercit' isrl' obsidebat iebethon. Qui cu
audisset zamri occidisse rege coniurauit
et rege amri q erat pnceps milicie
in castris ano .xxvii. asa. Ascendit rex
amri et omis exercit' cu eo. et obsidebat
thersa. Timens aut zamri fugit in
domu regia et succendit se cu ea. Tunc
diuis e ps isrl'. Media ps sequebat' the
bni. et media amri. q q iam regnabat
et pualuit amri. Et int'fect' e thebni a
no .xxxi. asa regis iuda. Regnauit
amri plene sr isrl' .xii. annis regna
uit a pma electione sua. In thersa reg
nauit .vi. annis. et emit a som' duobus
talentis argenti montes pte ing' ciuitas fecit
maron. et repauit ea et inposuit ei nomen
samaron. q a som' et maron. q grece
d' samaria et in ea posuit sede regni q
prius fuerat in thersa. Et fecit amri ma
lu cora dno sr omes q fuerant ante eu
et mortuus e i samaria. et sepult'. Et reg
nauit pro eo filius achab. ano .xxxviii. asa
regis iuda. Hic forte pars uicit scrip
toru. Regnauit aut amri pr' achab
.xii. annis ut dem e. et cepit regnare
.xxxi. asa. q regnauit .xli. et ita asa
mortuus e amri adhuc uiuente. uu
e aut q d' lo. q iam regnante iosa
phat filio asa. cepit regnare achab
Cu determinatoem q solz hic fiet in fine

regnum ponemus. **De achab iezabel et helya.**

Et regnavit achab
super israel .xxij. annis. tempore iosaphat .xx.
annis. et .ij. mensibus. Non sufficit acha
ab ut ambularet in viis ieroboam sed et induxit
ydola gentium in israel. et duxit uxorem ie
zabel filiam methabal regis sydoniorum et
edificavit in samaria phanum et altare
baal et adoravit eum. Iudiel est reedifi
cavit hayel de bethel iericho. Cumque po
neret fundamentum eius mortuus est abyram primo
genitus eius. Cumque portas imponeret mortu
us est segeb novissimus filius eius iuxta imprecacionem io
.xvij. Et misit. Et sue
dominus helyam thesbiten de habitato
ribus galaad ad achab. Qui
ait ad eum. Vivit dominus deus israel in cuius conspectu
sto. si erit annis hiis ros et pluvia nisi iuxta
oris mei verba. Apoyopasis est. vel potius
signo. Et querebat achab animam helye. Qui
fugit ex precepto domini et latuit in torrente
carith. qui est contra iordanem. Corvi autem defe
rebant ei carnes et panem mane et vespere
et bibebat de torrente. Post dies autem siccatus
est torrens. Non enim pluerat super terram. Et ait
dominus ad helyam. Vade in sarepta sydoni
orum. Precepi enim ibi mulieri vidue ut pascat
te. Et erat sarepta urbs modica inter
tyrum et sydonem. sed et silva iuxta urbem sarep
ta dicebatur. Cumque venisset helyas ad
portas civitatis apparuit ei mulier vidua
colligens ligna. Cumque quesisset ab ea po
culum aque addidit et ut afferret buccel
lam panis. Que ait. Non habeo nisi pugillum
farine in ydria. et paululum olei et con
sumpsero illud et panem ex eo faciam et comedemus
cum filio suo. sed postquam defecerit ex hoc morte
sequente. Ad quam helyas ait. Noli timere
fac mihi subcinericium panem. et tibi et filio facies
postea. Hec enim dicit dominus. Ydria farine non defi
ciet. nec lechitus olei minuetur donec plu
at super terram. Mansitque helyas apud
viduam tempore aliquo. Post hec mortuus est
filius mulieris. Que dixit ad helyam. Cur
ingressus es ad me vir dei? ut rememo
rentur iniquitates mee. id est magis appareret
ex comparacione equitatis tue. et ideo interfice
ret filium meum. Et posuit helyas puer
um super lectulum suum in cenaculo suspiciens et
expandit se super eum tribus vicibus. Et ex
clamavit ad dominum et revixit puer. Quem
recipiens mulier ait. Nunc cognovi quoniam
vir dei es tu. Hunc puerum tradunt hebrei fu .xviij.
isse ionam prophetam. **De sacerdotibus quos**
interfecit helyas.
Post tres
annos ariditatis et famis dixit dominus ad
helyam. Vade et ostendere achab. ut
dem pluviam super terram. Erat autem fames ve
hemens in samaria. cuius et menander meminit
in gestis sydoniorum. Et vocavit achab pincer
nam domus sue abdyam. Qui cum interficeret
prophetas dominus iezabel. abscondit .c. prophetas in
duobus speluncis. quinquagenos. et pavit eos
pane et aqua. Hic est qui postea spiritu prophetie dona
tus est. Ad quem dixit achab. Descendamus
in valle. et queramus pabula equis et mulis et
diviserunt sibi regiones. Occurrit autem hely
as abdye dicens. Vade dic domino tuo. Ecce
adest helyas. Et ille. Quid peccavi quia nun
ciabo achab adest helyas? Spiritus domini trans
feret te in locum quem ignoro. et non inveniens
te achab interficiet me. Servus autem tu
us timet dominum ab infancia sua. Et ait hely
as. Vivit dominus quia hodie apparebo achab.
Et vocatus est achab per abdyam. et occurrit
helye et ait. Tu ne es ille qui conturbas israel?
Qui ait. Non ego turbavi. sed tu et domus
patris tui qui reliquistis dominum secuti estis
baal. Verumtamen congrega ad me omnem israel
in monte carmeli. et prophetas baal .ccc.l.
prophetas qui comedunt de mensa iezabel. Et con
gregati sunt populus et prophete in monte carmeli.
Et ait helyas ad populum. Usquequo claudicatis
in duas partes? Si dominus precium vestrorum est deus
sequimini illum. si autem baal sequimini illum. Non re
spondente populo. intulit helyas. Ego sum
hic solus propheta domini prophete. baal multi. dentur
nobis duo boves. Illi eligant bovem unum
cum frustratim ponant super ligna ignem non sup
ponentes. et ego faciam similiter de altero bove. ipsi
invocabunt deos suos. et ego deum meum. et qui
exaudierit dando ignem de sublimi ipse sit deus.
Et placuit populo propositio helye. Cumque sacerdotes
baal fecissent que dixerat invocabant baal a
mane usque ad meridiem et transiliebant altare quod
fecerant. et incidebant se lanceolis iuxta ri
tum suum. ut sanguine perfunderentur. Demones
enim delectabant oblacione sanguinis humani. Et
illudebat eis helyas dicens. Clamate clamo
re. Forte deus vester dormit. aut cum alio loquitur.

in divisorio. Et dixit helyas ad populum. Acce
dite. Et presente populo curavit altare domini quod destructum
fuerat. i. destruxit altare illorum et mutavit
locum ut ibi faceret altare novum domino. Et tulit .xii.
lapides ~~iuxta~~ lapides iuxta numerum tribuum israel
et edificavit ex eis altare in nomine domini dei israel
et fecit aqueductum in circuitu altaris quasi duo loca
et ligna superposuit et membra bovis. precepitque aquam
afferri. forte de mari vicino. et effudit super
holocaustum et ligna. Et facta est tertia effusio aque
usque ad repletionem aqueductus. ne forte putaretur
arte magica de visceribus terre suscitasse ignem
Et clamavit helyas ad dominum taurum(?) prophete. Domine
deus patrum nostrorum exaudi me hodie ut discat
populus iste quia tu es deus. Et descendens ignis
de sublimi voravit holocaustum et ligna et la
pides pulverem et aquam que erat in aqueductu lam
bens. Et adoravit helyas. Dominus ipse est deus.
Et mandante helya apprehenderunt prophetas
baal et duxerunt ad torrentem cyson. et inter
fecit eos ibi helyas. et ait achab. Ascende
et comede ante descensum pluvie. Et descende
te achab comedere helyas ascendit in verti
cem carmeli. et pronus in terram capite declinato in
ter genua adorabat. Et ait ad puerum suum
Vide contra mare si ascendat nubes. Erat
enim aer serenissimus. Et ait puer. Non est quic
quam. Et misit eum septies. Septima autem vice
ascendebat nubecula de mari crescens usque
ad hominis quantitatem. Et ait helyas ad achab
xix Descende cito in iezrael ne te occupet plu
via. Et ecce tenebrati sunt celi et nubes
et ventus et pluvia facta est grandis. Festina
vit autem achab in iezrael. et facta est manus
domini super helyam et currebat ante achab
donec intraret urbem. Cumque iezabel
accepisset que fecerat elyas prophetis suis indig
nata misit nuncios ad helyam dicens. Hec
faciant mihi dii et hec addant nisi cras hac hora
animam tuam posuero sicut tu posuisti animam uni
ex illis. **De fuga helye et electione helysei.**

Ergo timens helyas fugit in bersabee
et dimisit puerum suum. Ionam ut putant
Ebr' dixit hebrei. et solus intravit in desertum
viam unius diei. et sedens subter unam iuniperum
oravit ut moreretur dicens se non esse melio
rem. i. digniorem vita patribus suis. sed potius
ipse vitae exoptaret. Et proiectus obdormivit.
Tunc angelus domini ~~obdormivit~~ tetigit eum dicens
Surge comede. Et ecce ad caput eius erat

subcinericius panis et vas aque. et comedit et bi
bit et rursum obdormivit. Et suscitavit eum
angelus secundo dicens. Comede grandis enim
restat tibi via. Iosephus tamen dicit angelum non exci
tasse eum secundo aliquando. Et comedit helyas et
ambulavit in fortitudine illius cibi .xl. diebus et .xl.
noctibus usque ad montem dei oreb. in quo appa
ruit deus moysi in rubo. Et mansit helyas
ibi in spelunca. Et ait deus ad eum. Quid hic agis
helya? Qui respondit. Zelatus sum pro filiis israel
quia altaria tua domine destruxerunt et pro
phetas tuos occiderunt. et relictus sum ego
solus et querunt animam meam et aufugi. Et ait
deus ad eum. Egredere et transibit deus coram te.
Visa tamen pro visibili transierunt in quibus non
transivit deus. Primo enim transivit ventus fortis con
terens petras. sed non in vento deus. Secundo trans
ivit commotio terre. sed non in commotione deus. Tertio trans
ivit ignis. sed non in igne deus. Quarto transivit
sibilus aure tenuis et cum eo dominus. Et operuit
helyas vultum suum pallio. et stetit in ostio
spelunce. et deus transiens dixit ad eum. Quid hic
agis helya? Et respondit ei sicut et secundo. Et deus ad
eum. Revertere per desertum et vade in damascum
et in ultione mea unges azael regem
super syriam. et hyeu filium namsi regem super
israel. Helyseum autem filium saphat de abe
lmeula unges prophetam pro te. et isti tres inter
ficiant ydolatras de israel. alios azael.
alios hyeu. alios helyseus. et reliqui
mihi in israel .vii. milia virorum quorum genua non
sunt curvata ante baal. nec osculati sunt ma
num eius. Et non legitur helyas non unxit azael
nisi quod predixit per helyseum regem esse futurum.
Hyeu autem nec ipse nec helyseus unxerunt sed unus
prophetarum missus ab helyseo. Helyseum non
unxit nisi quod pallium suum posuit super eum
quia non in lege ungebantur nisi reges et sacerdotes
Profectus ergo helyas invenit .xii. viros aran
tes in .xii. iugis boum et ipse unus erat helyseus
et posuit helyas pallium suum super eum et conti
nuo prophetavit helyseus ut ait Iosephus. Et cur
rens post helyam ait. Osculer oro te pa
trem meum et matrem meam et sequar te. Et
reversus mactavit par boum. et coxit illos in lig
nis aratri. et dedit escas omnibus suis. et sur
gens secutus est helyam et ministrabat ei. **De**
otio **prima obsidione samarie**

Porro benadab rex syrie obsidebat sa
mariam habens secum .xxxii. reges

et misit ad achab in samaria dicens. Nisi ut
recedam a te cras hac eadem hora mittam servos
meos. et omne quod placuit eis tollent de domo tua
et de domibus famulorum tuorum. et uxores et libros
Et iniit achab consilium cum senioribus. Qui dixe-
runt. Ne acquiescas illi. Et ait achab nunciis
benadab. Dicite domino meo. Omnia que misi-
stis faciam .i. facere possum. hanc autem rem facere
non possum .s. de uxoribus. Et indignatus benadab
remisit ad eum dicens. Hec faciant mihi dii et hec
addant si sufficerit pulvis samarie pugillis
omni populo meo qui sequitur me. Samaria habebat
vel terram pene muris equale. et est sensus
Tanta mecum est militum ut singuli lapide unum
vel stipite vel cespite comportantibus terram con-
struent aggerem qui equabitur muris samarie. et
sic intrare poterit et ita contra eos pugnabunt. vel sic
Et ait rex israel. Dicite ei. Non glorietur ac-
cinctus eque et discinctus. Et est sensus. Adhuc es accinctus
armis et res est in pendulo. Noli ergo gloriari quasi
iam victor sis. et discinctus armis dispositus
est q.d. Non prius gloriari sit [illegible]. sicut victor
vel secundum aliam litteram. Non glorietur accinctus eque
discinctus q.d. Cum victoria non per gloriari ac-
cinctus militibus ut discinctus .i. carens militibus. quia
sepe pauca vincit multos. porro benadab
cum regibus suis .xxxii. bibebat in umbraculis
Et ait servis suis. Circumdate civitatem. Cumque
expugnaret eam timuit achab nimis.
Et ecce unus propheta confortavit eum. Micheas
autem ut quidam dicunt. et ait. Hec dicit dominus. Ego
tradam omnem multitudinem hanc in manu tua hodie
ut scias quia ego sum dominus. Et ait achab. per quem.
Qui ait. Per pedissequos principum provinciarum. Et
ait achab. Quis erit dux eorum. Qui ait. Tu.
Et recensuit achab filios principum .cc. et .xxxii.
Et egressi sunt cum eis. Cumque nunciatum esset be-
nadab quod egressi essent de samaria. misit in
occursum eorum viros dicens. Sive ad pacem
sive ad prelium veniunt apprehendite eos vivos
Filii autem principum percusserunt eos unusquisque
virum qui contra se veniebat. Et fugit exercitus syri-
orum. Egressus israel percussit equos et currus et syri-
am plaga magna. Tunc accessit propheta ad
achab dicens. Confortavit te dominus. vide quid
facias ei. Sequenti anno rex syrie ascen-
det contra te q.d. [illegible]
[illegible]. Tunc dixerunt servi benadab ad
eum. Dii montium sunt dii eorum et pugnavimus
cum eis in montibus. et ideo vicerunt nos

Pugnemus eis in campestribus ubi dii eorum non possunt.
Tu autem verbum hoc fac. Amove a me ab exer-
citu reges qui inertes sunt et pone pro eis prin-
cipes et instaura numerum pugnatorum quos ante
habuisti. De victoria achab.
Igitur post annum venit benadab cum exercitu in affec.
quod est in campestribus. porro filii israel castra me-
tati sunt contra eos quasi duo parvi greges caprarum. syri
autem repleverunt terram. Et dixit unus vir
dei ad achab. Quia dixerunt syri deus mon-
tium est dominus et non vallium. tradam eos in manus tuas
Et direxerunt acies ex adverso .vii. diebus. Sep-
tima autem die percussi sunt de syris .c. peditum
et reliqui fugerunt in affec. et cecidit murus
super eos qui remanserant. Benadab autem
fugiens in civitatem latuit in cubiculo quod erat
intra cubiculum. Illi ei timentes ne superve-
niret achab et nemini parceret. et scientes reges
israel clementes accinxerunt lumbos suos sac-
cis et ponentes funiculos in capitibus venerunt
in occursum achab dicentes. Servus tuus bena-
dab dicit. Vivat oro te anima mea. quasi diceret
commendaque multa [illegible] suscepta est pax
mea. Qui ait. Si adhuc vivit frater meus est .i.
frater eius [illegible]. Quod accipientes viri omen
et quasi prophetie festinantes adduxerunt benadab
ad eum. Et levavit eum achab in currum suum. Qui
et dixit ad eum benadab. Civitates quas tu-
lit pater meus a patre tuo reddam tibi. Fac tibi pla-
teas in damasco .i. forum rerum venalium sicut
fecit pater meus in samaria. Cumque federati
essent recedentes [illegible]. Tunc micheas dixit
ad socium suum in sermone domini. Percute me. At ille no-
luit. Cui ait. Quia noluisti audire vocem domini. cum
recesseris a me percutiet leo te. Qui fecit sic. In-
veniensque alium virum dixit ad eum. Percute
me in capite. Qui vulneravit eum. Tunc propheta
mutato vultus aspersione pulveris et sanguinis
clamavit ad regem dicens. Cum essem in prelio
adduxit vir unus captivum suum ad me dicens
Custodi istum. qui si lapsus fuerit erit anima tua
pro anima eius. et eris in servitute pro eo. aut talen-
tum argenti appendes. Cumque autem ego tur-
me huc atque illuc subito non comparuit
Et ait rex. Iudicium tuum est. Quia ipse de-
crevisti alterum necem. Et faciam ei. Tunc
forte facie agnitus est propheta a rege. et ait
Hec dicit dominus. Quia dimisisti virum blasphe-
mum dignum morte erit anima tua pro anima
eius .i. ipse te interficiet. Et reversus est rex israel propter hec

misit eum clausum custodiri et venit in samariam.

Post hec naboth. **De vinea naboth. xxi.**

Post hec verba naboth yezraelites habebat vineam iuxta palacium regis. Et dixit ad eum rex. Da mihi vineam tuam ut faciam mihi ortum olerum dabo que tibi pro ea vineam meliorem vel precium. Qui ait. Propicius mihi sit dominus ne dem hereditatem patrum meorum, quasi diceret. Non possum. hereditas relicta est mihi a patribus ut relinquam eam post eis. Et contristatus rex proiecit se in lectum et nolebat comedere. Et confortavit eum iezabel dicens. Grandis auctoritatis esto. ego dabo tibi vineam naboth. Et scripsit secreto litteras ex nomine achab et anulo eius sigillatas ad iudices iezrael ut conveniri facerent et ieiunaret tamquam iudicium dei facturi et submitterent testes adversum naboth qui dicerent. Benedixit naboth deum et regem. id est maledixit secundum hebreum ydioma et iudicantes reum maiestatis lapidarent. Et factum est ita. Et lapidatus est naboth extra civitatem iezrael. Cum ergo accepisset achab de morte naboth descendebat in vineam ut possideret eam. Et occurrit ei helyas thesbites dicens. Hec dicit dominus. Occidisti insuper et possedisti. hebreus habet. Occidisti et post hec hereditabis. In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinem naboth. lambent et tuum sanguinem. id est in eadem regione. Non enim intelligendum est in eodem loco singulariter. Qui ait. Num invenisti me inimicum tibi. quare inimicaris mihi? Et ait helyas. Eo quod venundatus sis dyabolo ut faceres malum coram domino. Propterea demetet dominus posteriora tua et dabit domum tuam sicut domum Ieroboam et baasa. Sed et de iezabel dicit dominus. Canes comedent iezabel in agro iezrael. Achab ergo timens valde scidit vestem suam et operuit se cilicio et dormivit in sacco et ambulavit demisso capite. Et ait dominus ad helyam. Quia humiliatus est achab coram me non inducam hoc in diebus eius. sed in diebus filii sui. Forte dimissum est ei peccatum pro presenti iusticia. Transierunt ergo tres anni sine bello inter syriam et israel. propter federa que inierant. **De morte achab. xxii.**

Anno autem tercio descendit Iosaphat rex iuda. Iterum autem Iosaphat rex iuda acceperat uxorem filio suo ioram athalyam filiam achab et iezabel. Et propter affinitatem confederati sunt rex iuda et rex israel. Hinc descendit Iosaphat ad regem israel in tercio anno. Et eo presente dixit achab servis suis. Ignoratis quod ramoth que est in galaad nostra sit et negligimus eam tollere de manu regis syrie? Et ait ad iosaphat. Venies ne mecum ad preliandum in ramoth galaad? Qui ait. Sicut ego ita et tu. populus meus et populus tuus. sed quere oro obsecro sermonem domini hodie. Et astiterunt prophete quasi quadringenti. Quibus rex ait. Ibo in ramoth galaad ad expugnandum an quiescam? Qui dixerunt. Ascende. et dominus dabit eam in manu regis. Et ait iosaphat. Non est hic propheta domini? Cui achab. Remansit unus mycheas filius hyemla. sed odi eum quia prophetat mihi bonum. putabat reliquos oraculis iezabel. Tunc petente iosaphat vocatur mycheas. Et hortabatur eum nuncius ut bona regi diceret sicut et alii. Qui ait. Vivit dominus quia quodcumque dixerit mihi dominus hec loquar. Porro inter pseudoprophetas erat sedechyas faciens cornua ferrea dicens ad achab. Hec dicit dominus. His ventilabis syriam donec deleas eam. id est hoc signum do tibi quod ventilabis syriam. Tunc conveniunt achab et mycheas id ipsum quod conveniebat ab aliis. Qui ait. Ascende et trader eos dominus in manu regis. Non tamen dixit quod ille erat rex. Cui achab. Adiuro te ut non loquaris nisi quod verum est in nomine domini. Tunc mycheas ait. Vidi israel dispersum quasi oves sine pastore. Et ait mihi dominus. Non habent isti dominum. Revertantur. Et intelligens achab quod predicerer se moriturum dixit ad iosaphat. Videsne quia non prophetat mihi bonum mihi? Tunc addidit mycheas. Vidi dominum sedentem et angelos assistentes ei bonos a dextris et malos a sinistris. Et ait. Quis decipiet achab ut ascendat et cadat in ramoth galaad? Hoc non erigebat nisi ipsis. Et dixit unus a sinistris. Ego ero spiritus mendax in ore prophetarum. Cui dominus. Decipies et prevalebis. Tunc sedechyas percussit mycheam in maxilla et ait. Mene dimisit spiritus domini et locutus est tibi? Cui mycheas. Visurus es quando ingrederis cubiculum cubiculo tamquam deprehensus in mendacio. Et vidit sedechyas regem hesitantem et confortavit eum secreto dicens. Hic sicut ceteri propheta avulsus est manu mea sicut in manus Ieroboam. sed et locutus est contra helyam. qui dixit de morte tua in morte naboth. Tunc precepit rex includi mycheam usque ad reditum suum.

Ascenderunt ergo duo reges cum exercitu in ramoth galaad. Et iosaphat erat in stola regali. cum achab defensus erat in habitu militari. vel ne cognosceretur a syris. Preceperat enim rex syrie pri

capitibus belli ut reliquos non curantes, soli achab
sanguinem quererent. Et preceptum imperii sui pugna
bat contra Josaphat. Qui cum exclamasset, con vo
catis suis, intellexerunt eum non esse achab, et ces
saverunt ab eo. Vir autem ex suis dirigens
sagittam percussit achab inter pulmonem et sto
machum. Et fluebat sanguis in sinum et in intimo
currus. Et per precones revocatus est exercitus ab bel
lo. Mortuus est autem achab et delatus in samariam
et sepultus iuxta domum eburneam quam edificaverat.
Et dum lavaret minister currum et habenas in
piscina samarie, linxerunt canes sanguinem eius
iuxta verbum helye. Et regnavit pro eo ochozias
filius eius pro eo. Porro Josaphat revertenti oc
currit Jehu filius anani, arguens eum quod impio
prebuisset auxilium iosaphat. De iosaphath.

Josaphat autem regnavit in ierusalem xxxv annos.
Erat cum regnare cepisset xxxv annis reg
navit. Cepit regnare anno iiij achab
regis israel. Sed et hic ordinem quo de collectione et
omnes post librum regum seperatim discutiemus
vel dicemus. Et ambulavit iosaphat in viis
asa patris sui. Anno tertio regni sui
cepit principibus et sacerdotibus ut peragrantes per
singulas civitates docerent per legem moy.
Porro amonite moabite et arabes irru
erunt in iudeam circa engaddi. Et orante io
saphat in templo ut legitur in paralipo. Confortavit
eum iazael propheta filius zacharie prophete
dicens. Iuda et ierusalem nolite timere. Cras
egredimini et deus erit vobiscum. Et egressus
fugavit hostes et percussit. Cumque diriperet
israel castra hostium tribus diebus dixit locum
illum convalle benedictionis. Et huic de in
ceps correcti cum domino sed reliquias effemi
natorum abstulit de terra. Et adhuc serviebat
edom regi iuda sub tributo. Cumque fecisset
iosaphat classes in ophyr propter aurum,
que confracte sunt in asiongaber. Hanc
confractionem predixerat ei eliezer propheta filius
dodan, futuram quia iosaphat fecerat fedus
cum ochozia. Et mortuus est iosaphat et
sepultus in civitate david. Et regnavit
pro eo filius eius ioram. Incidentia.

Sub iosaphat nonus rex latinorum fuit silvius carpentus. Decimus silvius tyberinus. A quo fluvius
dictus tyberis qui prius albula dice
batur. Undecimus silvius agrippa.

De ochozia rege israhel.

Porro ochozias filius achab
regnare cepit in samaria
anno xvij iosaphat et
ij annis regnavit et am
bulavit in via patris et
matris sue. Et prevaricatus est moab
in israel id est recessit a tributo eius. Ceci
ditque ochozias per cancellum cenaculi
et egrotavit et misit nuntios qui consule
rent beelzebub deum acharon de infir
mitate sua. Quibus dominus misit ad deum acha
ron in mediam et misit deus helyam in oc
cursum nuntiorum qui ait eis. Numquid non est deus
in israel ut eatis ad deum acharon. Quam ob
rem non consurget ochozias sed morietur.
Cumque redissent nuntii ad regem et dice
rent se redisse propter virum obviantem qui dixit ab
eis de habitu viri qui apparuerat eis. Qui
dixerunt vir pilosus et zona pellicea accinc
tus. Et dixit rex helyas est. Et misit quin
quagenarium cum suis armatis id est ut revocaret he
lyam vel in vinculis traherent. Et ait quinqua
genarius helye sedenti in vertice montis. Homo
dei rex precepit ut descendas de monte. Cui ait
Si homo dei sum descendat ignis de celo qui
devoret te et tuos. Et sic factum est. Misitque
rex alium quinquagenarium cum suis qui similiter lo
cutus et similia passus est. Destinavitque tertium
quinquagenarium quem credunt fuisse abdyam qui an
nuens genua ante helyam ait. Obsecro ut mi
searis anime mee et servorum tuorum meorum. Et ait
angelus ad helyam. Descende cum eo ne ti
meas. Qui descendit ad regem et ait. Quia
misisti ad belzebub quasi non esset deus in israel
morieris. Et mortuus est ochozias et reg
navit frater eius ioram pro eo anno ij ioram
filii iosaphat. Et tunc equorati fuerunt
rex iude et rex israel et affines. De rap

Factum est autem cum levaret tu helye.
re vellet deus in celum helyam per turbinem
 ij
venerunt helyas et helyseus in gal
gal. Et ait helyas ad helyseum. Mane hic
quia misit me deus in bethel. Qui respo
dit. Vivit deus et vivit anima tua quia non
derelinquam te. Sciebat enim tempus eius tolle
di esse. Et occurrerunt ei filii prophetarum
qui erant in bethel et dixerunt ad helyseum
secreto. Nosti quia hodie tolletur do
minus tuus a te. Qui ait. Novi, silete. Et ait
helyas. Mane hic quia noluit. Cumque

uenissent iericho discipuli dixerunt helyseo filii pro
phetarum qui erant in ea. et predixerunt. Et uoluit helyas re
manere ibi. sed noluit. Cumque uenissent ambo ad
iordanem. et .l. de filiis prophetarum specularentur.
inuoluit helyas pallium suum. et percussit aquas
que diuise sunt. et transierunt per siccum. Cumque
transissent dixit helyas ad eum. Postula quod uis
ut faciam tibi antequam tollar a te. Qui ait. Ob
secro ut fiat spiritus tuus duplex in me. Qui ait. Rem
difficilem postulas. Tamen si uideris me quando tollar
erit. Alioquin non erit. Spiritum duplicem habuit
helyas. id est ad duo. ad prophetiam et ad miracula
et eadem duo fuerunt in helyseo. Et ita non
precepit discipulus esse supra magistrum. Quidam tamen
distinguunt ita. fiat spiritus tuus duplex in me. id est du
pliciter in me. Quod etiam impletum fuisse traditur.
Nam helyseus uiuens mortuum suscitauit. sed
et mortuus suscitauit mortuum. quod non helyas.
Cumque pergerent ecce currus igneus et equi ignei
diuiserunt utrumque. et ascendit helyas per turbi
nem in celum per turbinem. Legitur quod sabacha pater
helye non dum nato uidit in sompniis uiros can
didatos salutantes se. Quod cum nunciasset in ierusalem
responsum est ei. Puer hic iudicabit israel in
gladio et igne. Helyseus autem uidebat
et clamabat. Pater mi currus israel et auri
ga eius. id est sustentator populi et rector. Et de
iecit ei helyas pallium suum. Tunc ille sci
dit uestimenta sua uel pre dolore. uel abiciens
uestem suam. ut de cetero uteretur ueste
helye. Et rediens ad iordanem percussit
aquas pallio helye. Et tamen non sunt diuise.
Et ait. Ubi est deus helye nunc. Percussitque te
rum. et diuise sunt et transiit. Quod uidentes
filii prophetarum dixerunt. Requieuit spiritus
helye in helyseo. et occurrentes adora
uerunt eum. et eo renitente. miserunt
.l. uiros ad querendum helyam. si forte pro
iecisset eum deus in aliquem montium uel uallium.
Cumque quesissent per tres dies eum non inuento
redierunt. De sale helysei.

Tunc dixerunt uiri iericho ad hely
seum. Terra hec optima est. sed aque
fontis pessime. et terram faciunt steri
lem. Qui ait. Afferte mihi uas nouum. et mittite
in illud sal. et egressus ad fontem misit sal in
illum et cum orasset ait. Hec dicit dominus. Sanaui
aquas has. et non erit in eis mors ultra
neque sterilitas. Forte morbosum erat biben
tibus cum sterilitate. Et sanate sunt aque usque
in diem hanc. Cumque ascenderet in bethel. illu
debant ei pueri .xlii. dicentes. Ascende calue.
Et maledixit eis in nomine domini. uel inuocato
nomine domini. Egressique sunt duo ursi de saltu
et deuorauerunt eos. Cumque transisset per
montem carmeli rediit in samariam. et ha
bitabat in ea. De tribus regibus qui
obsederunt regem moab. iii.

Porro
ioram filius achab. regnauit in
samaria. anno .xviii. iosaphat. et
.xii. annis regnauit. Tulitque ydola gen
tium que pater suus erexerat. Uerumtamen
a cultu uitulorum. ieroboam non recessit.
Quem cum redarguerit mycheas occisus est ab
eo. precipitio. ut dicit epyphanius episcopus sala
mine cypri. et sepultus est in morasthi solus
iuxta sepulturam. sennyachym. Alius
fuit ut mycheas filius morasthes. unus .xii.
prophetarum. Porro rex moab soluebat regi
israel tributum. agnos. c. et totidem arietes
cum uelleribus suis. sed mortuo achab. recessit
a tributo. Quamobrem ioram rex israel ascen
dit contra eum ipsum. et huic federati iosaphat re
gem iuda. sed et iosaphat duxit secum re
gem edom. Cumque iuissent per desertum ydu
mee. vii. diebus non erat eis aqua. Et ait io
saphat. Estne hic propheta domini. et consulamus
dominum. Est hic helyseus. qui fundebat aquam
super manus helye. Et descenderunt tres reges
ante helyseum. Qui dixit ad regem israel.
Quid mihi et tibi est. id est tu cum sis ydolatra. quare ue
nis ad prophetam dei. Uerumtamen propter iosaphat
respiciam te. Et ait. Adducite mihi psalten.
Cumque caneret psaltes per armoniam gra
tam est spiritus eius. Et factus est spiritus dei super eum
et ait. Facite in alueo torrentis huius crepidines et fossas
fossas ut habundancia fluentis aqua retineri
possit. Dabit enim deus nobis aquam sine uento
et pluuia in habundancia. insuper tradet deus
uobis moab in manus uestras. urbes electas per
cutietis. ligna fructifera succidetis. fontes
obturabitis. agros egregios operietis lapi
dibus. Factum est mane in hora sacrificii. uenit
enim aqua per alueum torrentis. pluerat enim
uehementer tribus diebus ut ait Iosephus. in supremis
partibus ydumee. Porro moab in re stabant
in terminis terre sue. ut prohiberent hostes ab in
gressu. Qui cum mane uidissent aquas
e radiis torrentis turbidas sole reper
cussas. suspicati sunt infectas sanguine

ei dixerunt. Surgamus ad predam. Mutuo cesi sunt hostes. Cumque venirent ad castra Israel, percussit eos Israel et fugerunt. Et depopulatus est Israel Moab, et fecit illis ut prius quam predixerat Heliseus. Et ceciderunt in civitate ubi erat sedes regni, que a fundibulariis ex magna parte percussa est. Et desperans rex Moab, tulit secum .dcc. electos ut irrumperent per partem exercitus ubi erat rex Edom, et aufugerent. Sed hostes repulerunt eum in urbem. Et necessitate compulsus filium qui regnaturus erat pro eo coram hostibus super murum obtulit in holocaustum, ut deus eum liberaret. Reges autem videntes hec, sive necessitatis ex humana compassione recesserunt ab eo, et rediit Iosaphat in Ierusalem. Et occurrens Ieu propheta filius Anani culpavit eum quod homini ydolatre solacia prebuisset. De superhabundantia olei.

[F]eminam quedam mulier de uxoribus prophetarum, scilicet uxor Abdye, clamabat ad Heliseum dicens: Vir meus mortuus est, et filius erat here alieno pro alimonia prophetarum, et ecce creditor venit ut tollat filios meos ad serviendum ei. Et ait Heliseus: Quid habes in domo tua? Et illa: Non habeo nisi parum olei quo ungar. Qui ait: Pete mutuo vasa vacua non pauca, et clauso hostio cum filiis tuis mitte inde in omnia vasa. Cumque infunderet mulier crescebat oleum, et impletis vasis stetit et crescere cessavit. Qui cum accepisset Heliseus ait ad eam: Vende et redde creditori tuo; tu autem et filii tui vivite de reliquo. De suscitatione filii Sunamitis.

[F]actum est ut transiret Heliseus per Sunam, et erat ibi mulier magna non tam corpore quam sapientia. Que intelligens virum dei esse, tenuit eum ut comederet panem. Cumque frequenter diverteret ad eam Heliseus, suasit mulier viro suo ut faceret ei cenaculum parvum, et poneret ei lectulum et mensam et sellam et candelabrum. Et veniens Heliseus requievit. Et ait ad Giezi: Voca sunamitem hanc, et loquere ad eam. Quid vis ut faciam tibi? Numquid habes negotium? Loquar pro te regi vel principi militie? Que respondit: In medio populi mei habito, quasi diceret: vacuata sum a negotiis et nullus inquietat me. Cumque quereret Heliseus quid vellet, dixit Giezi: Ad eum filium non habet, et vir eius senex est. Tunc ait ad eam Heliseus: In tempore hoc et in hac eadem hora, si vita comes fuerit, habebis in utero filium. Hebrei sic habent: In tempore isto cum tempore vite, scilicet anno, adhuc erit tibi habitus. Que respondit: Noli vir dei mentiri ancille tue. Concepit tamen mulier et peperit iuxta verbum Helisei. Cumque crevisset puer egressus est ad patrem ad messores, et exclamavit. Cumque clamasset, caput meum doleo, remisit eum pater ad matrem suam, et mortuus est. Et collocavit eum mater super lectulum viri dei et clausit hostium. Et vocans virum suum ait: Curram ad virum dei et revertar. Qui ait: Hodie non sunt kalende neque sabbatum, quibus in Israel in diebus solebant prophete et doctores frequentari et audiri. Et tollens mulier unum de pueris secum, sedens in asino venit ad virum dei in monte Carmeli. Quam cum vidisset, ait ad Giezi: Ecce sunamitis illa. Occurre ei et dices: Recte ne agitur circa te et circa virum tuum et filium? Que respondit: Recte. Et nota quod Heliseus hospitem suam pro vocabulo sunamitem. Non tamen familiaritate huius eam vocavit ut proprium nomen eius sciret. Et proiecit se mulier et apprehendit pedes Helisei. Et ait ad Giezi volentem eam amovere: Dimitte illam, in amaritudine est, et dominus celavit a me. Et ait mulier: Numquid petivi filium a te? quasi diceret: Michi non petenti dedisti filium in primicias meas. Numquid non dixi tibi ne illudas me? Illusionem vocat dari filium a domino, et tam cito auferri. Et ait ille ad Giezi: Tolle baculum meum et vade, et ne salutaveris quemquam, vel aliquem salutantem vel reddendo salutationem, et pones baculum meum super faciem pueri. Cumque abisset, ait mulier ad Heliseum: Vivit dominus, non dimittam te. Et secutus est eam. Et reversus Giezi in occursum eius dicens: Non surrexit puer. Et ingressus Heliseus incubuit super puerum. Et prehensis se coaptavit singula sua membris eius. Et cum oscitasset, calefacta est caro pueri. Et oscitavit puer septies et aperuit oculos. Quem cum reddidisset matri, reversus est in Galgala. Huius loci sepe frequentabat Heliseus circa regionem loci circa quam ubi natus est. Et notum est talem contigit prodigium: ut vitula ymago erecta in Israel aurea clare mugiret. Quo audito in Ierusalem sacerdos divino nutu ait: Propheta natus est in Israel qui sculptilia deorum destruet et fusilia. De superhabundantia panis.

[P]ost hoc fames erat magna, et filii prophetarum conveniunt ad Heliseum. Qui dixit uni de pueris: Coque pulmentum filiis prophetarum. Qui egressus ut colligeret herbas agrestes invenit quasi vitem silvestrem, et collegit eas, colloquintidas nesciens quid esset, et cecidit in ollam pulmenti

Hec sunt agrestes cucurbite amarissime minores
his que mortis nascuntur. vel ut quidam dicunt herba que
iuxta se diffundens in sepibus fructu modico pruinoso
et rotundo cum maturus est. Cumque gustassent recu
bentes de coctione hac clamaverunt. Mors
in olla. domine vir dei. id est amaritudo que in mortem vel
mortifera. Et allatam farinam misit in ollam et dul
corata est esca. Vir autem quidam detulit vi
ro dei panes primiciarum. et xx panes or
deaceos. et frumentum novum in pera id est granis
confricatis. Non est intelligendum de primiciis que
offerebantur in penthecoste. neque de polenta
que offertur in pascha. Sed quia fames erat
in terra festinant de tritico adhuc tenero
re fecerat iste panes. quos fecit heliseus apponi
pueris. Quod dicit centum viris quos minister dixit.
Quantum est hoc ut apponam centum viris? Sic est
intelligendum est ut apponam id est centum viris ne
dederis. vel forte duos panes tantum primiciarum
apposuit centum viris dicens. Hec dicit dominus. Come
detis et supererit. Et factum est ita miraculose
iuxta verbum domini.

n sepamus

De naaman

Naaman erat princeps milicie regis
syrie vir dives et assiduus divinis
sed leprosus. Et latrunculi de syria cap
tivam duxerant puellulam de israel que erat in
obsequio uxoris naaman. que ait ad dominam
suam. utinam fuisset dominus meus ad prophetam samarie
qui curaret eum. Tulit itaque naaman au
rum et argentum multum. et x mutatoria ve
stium id est x paria. vel novas vestes. que sic vo
cantur pro mutacione veterum. Tulitque secum
litteras regis syrie ad regem israel in hec verba
Scito quod misi naaman ut cures eum a le
pra. Et audiens rex israel blasphemiam sci
dit vestimenta sua et ait. Numquid ego sum deus
ut curem hominem leprosum? Occasiones querit
adversum me. Et misit ad eum heliseus dicens
Cur scidisti vestimenta tua? Veniat ad
me et sciat prophetam esse in israel. Stetit itaque
naaman et expectavit ei ad ostium helysei. Et
misit ad eum dicens. Lavare septies in ior
dane et mundaberis. Cumque abiret naa
man indignans quod non tetigisset eum in invocacione
nominis domini sui dixerunt servi sui. Si rem
grandem dixisset tibi propheta. facere debueras.
quanto magis quod modicum est? Descendit ergo
et lavit se in iordane septies et mundatus
est. Et rediens stetit coram helyseo et ait
Scio quod sit alius deus in universa terra nisi in israel

A re

et obtulit ei benediccionem. Cumque renueret vim in
ferret ait heliseus. Vivit deus quod non accipiam
Et ait naaman. Obsecro ut tollam onus duorum
burdonum de hac terra. Est autem burdo ex equo
et asina sicut e contrario. Tulit etiam ut sterneret
eam in templis ydolorum. ut stans super terram ado
raret deum terre israel. ne offenderet dominum suum
si pariter non adoraret. Sed verius videtur quod erexit
fecit altare domino ad immolandum. Unde et subdit
Non faciet ultra servus tuus holocaustum et
victimam diis alienis nisi domino. Unum est quod mu
tare non possum. Cum intrat rex super manum
meam et adorat in templo remmon. expectat
me simul adorare. Oret dominum ut non imputet in
hoc. Et abiit naaman electo terre tempore id est cum
elegisset terram ad prandium. Hebreus sic habet
Abiit ab eo aliquanto terre spacio. Et hec
ambiguitas in genesi legitur. Erat enim
tempore et ingrediebatur effratam. Hebreus habet
adhuc spacium terre erat et ingrediebatur
effratam. Et sic latini in pluribus posuerunt e
lectum tempore vel ubi pro spacio. Cucurrit
autem giezi post naaman ut aliquid acciperet
ab eo et ait. Dominus meus misit me dicens. ve
nerunt ad me duo adolescentes ex filiis
prophetarum da eis talentum argenti et vestes
duplices. At ille dixit ei duo talenta et
vestes et tradidit eas pueris qui detulerunt eas
et abscondit eas in domo. Cumque vespe
stetit coram helyseo. ait. Unde venis gi
ezi? Qui respondit. Non ivit servus tuus quoquam
Et ille. Nonne cor meum presens erat cum re
versus est homo in occursum tuum? Accepisti
argentum ut emas possessiones. Sed lepra na
aman adherebit tibi et semini tuo in sempiternum
Et egressus est ab eo leprosus. Non legitur
ad terram giezi filium habuisse leprosum nisi postea
Certum est autem de giezitis quod lepra symonie
respersit suos.

De securi et curru syrorum

Factum est autem cum esset helyseus cum prophetis
filiis prophetarum incidentibus ligna ad ior
danem cecidit ferrum securis unius in a
quam. Cumque clamaret ille. misit heliseus
lignum in aquam ubi ceciderat ferrum et natavit fer
rum et tulit illud. Porro rex syrie pugnabat
contra israel et sepe ponebat servos suos in
insidiis quos revelabat regi israel heliseus sibi ma
nifestante abscondita syrorum. Conturba
batur rex syrie ait servis suis. Quare non
proditorem mei apud regem israel? Et ait unus

[S]equitur. Sed helyseus indicabat regi israel quecumque loque-
ris in conclavi. Qui ait: Ite et videte et capiam eum.
Cumque accepisset eum esse in dothaym misit
illuc robur exercitus. Qui venientes nocte circum-
dederunt civitatem. Mane puer helysei vidit
exercitum. Dixitque clamavit: Heu domine quid fa-
ciemus? Qui ait: Noli timere, plures sunt nobiscum.
Et orante helyseo aperuit deus oculos pueri et
vidit montem plenum curribus igneis id est agmi-
nibus angelorum. Cumque hostes intrarent ad eum
orante helyseo percussit eos deus cecitate non
omnimoda sed ... ne eum cognoscerent.
Et dixit ad eos helyseus: Non est hec via nec
ista est civitas, id est non hic mansio helysei. Se-
quimini me et ostendam vobis virum quem queri-
tis. Et duxit eos in samariam. Et orante
helyseo aperuit deus oculos eorum et viderunt se
esse in medio samarie et hostes circumstan-
tes. Et dixit rex israel ad helyseum: Percutiam
eos pater mi? Qui ait: Non. Sequitur: Non enim addidit
eos sed prebe eis hospitalitatem affluenter.
Quo facto redierunt syri ad propria et ultra in diebus
helysei venerunt latrones syrie in israel. De

facta obsidione samarie.

[F]actum est post hec. Benadab rex syrie obsidebat sa-
mariam et facta est fames in samaria ut
venderetur caput asini lxxx argenteis nummis-
matibus et quarta pars cabi stercoris columbarum
v argenteis. Hec ut ait Iosephus comedebant cibos
pro sale. Tradunt quidam nomine stercoris dicta vesi-
cula columbe in qua reponebant grana de foris
allata. Cumque transisset rex israel per civitatem
et consideraret custodias muri, clamavit
mulier ad eum: Salva me domine rex. Qui suppli-
cat quia queritur ad ab eo comotus ait: Non sal-
vet te dominus, unde te possum salvare? De area
vel de torculari? Qui ait. Sequitur: Domine, e-
go et mulier ista pepigimus de filiis nostris come-
dendis et comedimus filium meum, hec autem ab-
scondit filium suum. Et contristatus rex vehementer
scidit vestimenta sua et apparuit cilicium quo in-
vestitus erat ad carnem et ait: Que ampli-
us mala possum expectare a domino? Hec faciat
mihi deus et hec addat si steterit caput helysei
super ipsum hodie. Hoc enim malum imputabat
helyseo quia orans non liberabat eum. Postquam
misisset speculatorem premium duces sequebatur
eum ut prohiberet. Helyseus autem sedebat in domo
sua et senes cum eo; quos Iosephus dicit discipulos
eius. Et ait helyseus: Nescitis quia filius

homicide qui fecit occidi naboth misit ut pre-
cidatur caput meum? Prohibete intrare nuncium
donec veniat rex qui prohibebit ei quod iusserat.
Cumque fremuisset rex ait helyseus: Cras hac
hora erit in porta samarie modius simile
pro statere uno et duo modii ordei similiter. Et
irrisit eum unus eorum super quorum manum rex incum-
bebat dicens: hoc esse impossibile. Cui helyseus:
Videbis et non comedes. Porro iiii leprosi
erant ad introitum porte fame deficientes. Qui
vespere venerunt ad castra syrie et neminem ibi
reperierunt. Terruerat enim eos dominus sonitu so-
nitu exercitus magni mittentes super eos. Fuge-
runtque animas suas tantum salvare cupientes. Et
intrantes leprosi comederunt. Et tollentes
de preda intra eos suum nunciaverunt porta-
riis urbis syros abiisse. Suspicatus autem
rex syros fugam simulasse statim misit
duos equites qui exploraverunt omnia usque ad ior-
danem. Qui cum vere nunciassent syros fugisse
egressus populus cepit castra et vendebatur si-
mila et ordeum iuxta verbum helysei. Dux
autem qui irriserat eum a rege constitutus ad portam
oppressus est a turba et mortuus est. De peregrinatio-

ne sunamitis et reditu.

[P]ost hec autem helyseus locutus est ad mulierem
cuius filium suscitaverat: Vade peregri-
nari cum domo tua ubicumque poteris. Vocavit enim
dominus famem super terram vii annis, id est anglin spo-
situm famem. Vel est locutio. De hac locutio-
ne dubium est an post predictam obsidionem
vel secuta sit. Ivit mulier in terram phy-
listiim et predones occupaverunt bona eius.
Que finita fame regressa est et intravit ut in-
terpellaret regem pro domo sua. Et tunc loque-
batur rex cum gyezi de operibus helysei magna-
lia. Quem videns mulier ait: Domine, hec mulier
et hic filius eius quem suscitavit helyseus. Quem
narrasset regi seriem facti restituit ei rex que-
cumque amiserat a die qua reliquerat terram.

De morte benadab.

[P]orro benadab
rex syrie audiens quod advenisset eum do-
minus et non homo egrotabat. Helyseus
autem veniebat damascum et misit rex in
occursum eius azael cum muneribus ut consuleret
eum de infirmitate sua. Cui occurrenti ait
helyseus: Dicito: sanaberis. Hoc dixit simu-
latur quia morietur rex. Sed ut diceret
ei sanaberis. Postea turbatus azael in pre-
dictis: Ostendit mihi deus quod morietur et in eius

rex Syrie. Tunc impletum est quod dixerat dominus Helye-
alie, non quod inunxit Helyas Azael, sed quia per Helyseum
predixit eum futurum regem. Et flevit Helyseus videns
in spiritu mala que facturus erat Azael filiis Israel,
que et indicavit illi. Et reversus Azael ad regem
dixit: Sanabis. Altera die tulit stragulum et
infudit aqua et expandit super faciem eius. Stra-
gulum, scilicet stratorium quo lectus sedilis superster-
nitur. Et dicunt quod Azael pannum perfusum aqua impo-
suit ei quasi ad refrigerandum. Hebrei dicunt: Ex-
pandit super faciem stragulum, id est non Azael sed ipse
Benadab hoc fecisse intelligitur. Et tunc mor-
tuus est rex, et regnavit pro eo Azael. Qui-
dam tamen hoc exponunt de obsequio mor-
tui dicentes quod Azael mortuum lavit aqua
et expandit stragulum super faciem mortu-
i. Josephus plane dicit quod Azael altera die infuso la-
queo strangulavit illum. Adhuc fere quidam
procedentes literam referunt dicentes quod Azael ve-
stem madefactam posuit super caput eius
similitudine refrigerationis, sed statim effudit
aquam super os eius donec suffocaret eum.

.viij. Porro anno v. **De Ioram rege Israel.**
Ioram filii Achab regis Israel, in quo conreg-
navit ei Iosaphat rex Iuda, regna-
vit Ioram filius Iosaphat in Ierusalem viii annis.
Qui adductus consilio uxoris fecit malum coram domino
secutus deos alienos. Tamen dominus non disperdidit Iudam
propter David servum suum. Tunc recessit Edom ne
esset sub Iuda, nam regem suum tributarium occid-
erunt Ydumei, novum creantes qui non teneret
tributa reddere. Cumque Ioram vi fratres suos
occidisset, compelleretque Iherosolimitas ad ydolatri-
am, tulit ad eum Helyas quidam propheta epistolam cor-
reptoriam cum comminatione pene. Impleta
est autem comminatio in hunc modum. Arabes
irruentes in Iuda vastaverunt provinciam
et domos regias, et uxores regis abduxe-
runt, filiosque occiderunt preter Ochoziam. i. longam cronicam
Et ipse tandem cum diutinam incidit egritudinem
intima corruptione viscera effundens, ut co-
tidie quasi se perire videret. Et mortuus
est et sepultus in civitate David. Non tamen in tu-
mulo vel sepulchro patrum suorum, sed privatum tumu-
lum sine regalibus obsequiis tradiderunt
ei. Et regnavit Ochozias vel Azari-
as pro eo. Hunc regem et reliquos usque ad O-
ziam pretermittit Matheus. Regnavit autem
anno xii Ioram filii Achab. Viginti
duorum annorum erat cum regnare cepisset,

et uno anno regnavit in Ierusalem. Et ambulavit
in viis Achab avi sui. Abiitque cum Ioram filio
Achab avunculo suo ad preliandum contra Azael regem
Syrie in Ramoth Galaad. Et vulneratus est Ioram,
et relicto exercitu in obsidione sub Hyeu prin-
cipe milicie descendit in Iesrael ut cura-
retur. Et descendit cum eo Azarias.

Helyseus autem misit **De Hyeu rege** .ix.
unum de filiis prophetarum cum lenticula olei
ad exercitum in Ramoth Galaad, ut
Hyeu evocatum seorsum unguret in regem Israel.
Qui cum invenisset Hyeu sedentem cum principibus ex-
ercitus ait: Verbum michi ad te princeps. Et ait Hyeu: Ad quem
ex omnibus? Et ille: Ad te princeps. Forte non cognoscebat
Hyeu, hoc quia presagium in fronte sua posue-
rat ipsum esse Hyeu quem querebat. Ingressisque
in domum et in cubiculum fudit oleum super
caput eius et ait: Hec dicit dominus: Unxi te regem
super Israel, et percuties omnem domum Achab in
ultione sanguinis servorum meorum de ma-
nu Iezabel. Quod et fecit sicut dixit ei propheta.
Cumque regressus esset Hyeu ad servos domini sui
dixerunt: Quid venit insanus iste ad te? Qui
insanos, id est reputabant filios prophetarum, vel quia
fugerat eis iste qui insanus videbatur. Et ait
Hyeu: Recte iudicastis. Tamen ubi vestra
non locutus est dicens: Hec dicit dominus: Unxi te regem
super Israel. Festinaverunt itaque tollere vestes
suas et substernere ei in similitudinem tribunalis,
et canentes tuba dixerunt: Regnavit Hyeu.
Coniuravit ergo Hyeu contra Ioram et ait: Vi-
deo globum venientem. Et suspicatus Ioram
vel captam esse urbem vel pacem fieri misit
nuntium in occursum eorum qui ait: Hec dicit rex: Pa-
cata sunt omnia? Et ait Hyeu: Quid tibi et paci?
q.d. Quid ad te? Sequere me, vel forte hunc
qui ipsi regi. Vel q.d. Quid queris de pace qui
reum et pacem turbas? Et adhesit nuncius
ei. Misit et Ioram secundum nuntium qui sic non est
reversus ad eum. Et ascendens Ioram rex Israel, et rex Iu-
da cum eo egressi sunt in occursum Hyeu usque
in agrum Naboth Iesraelite. Et ait Ioram:
Est pax Hyeu? Qui ait: Que pax? Adhuc
vigent fornicationes matris tue, q.d. Que
pax potest esse inter nos cum vigeat offendamus
deum per ydolatriam matris tue? Et fugiens Io-
ram ait ad nepotem suum: Insidie sunt hic
Achazia. Tunc Hyeu percussit Ioram inter
scapulas, et egressa est sagitta per cor eius, et cor-
ruit mortuus. Et ait Hyeu: Adduc tercie

fratris militum. Projice eum in agrum Naboth. Memento enim quando ego et tu sequebamur Achab patrem eius quoniam onus levavit super eum dominus per Heliam, quod redderet ei in agro Naboth pro sanguine Naboth et pro sanguine filiorum eius. Tamen de filiis Naboth nulla fit mentio, sed quod ibi tacetur hic suppletur. Forte canes linxerunt sanguinem Ioram iuxta verbum Helye. Linxerunt enim sanguinem Achab, cum linxerunt sanguinem filii eius. Achaziam vero fugientem insecutus est Hyeu et vulneravit eum in ascensu Gaber. Et vulneratus fugit in Mageddo et mortuus est ibi. Et tulerunt eum in Ierusalem et sepultus est in civitate David. Post hec regnavit Hyeu in Iezrael. Porro Iezabel, erat enim in turre, et depinxit oculos suos stibio et ornavit caput suum, ut pulcrior venientibus appareret, et per fenestram ait ad Hyeu: Numquid pax potest esse Zambri, qui interfecit dominum suum? quasi diceret: Tu occidisti dominum tuum sicut Zambri et eadem pena punieris. Tunc dixit Hyeu duobus eunuchis qui custodiebant eam: Precipitate eam. Et precipitaverunt et conculcaverunt eam ungule equorum. Cumque sederet Hyeu ad mensam, ait suis: Ite et sepelite maledictam illam, quia filia regis est. Cumque venissent ad eam, non invenerunt nisi calvariam, id est supremam partem cerebri, et pedes et summitates manuum. Quo audito ait Hyeu: Sermo domini est quem locutus est per Heliam. Erant autem Achab lxx filii in Samaria, et scripsit Hyeu seniores eorum et ad optimates civitatis dicens: Eligite quem vultis de filiis Achab et constituite regem super vos et pugnate pro domo domini vestri. Qui perterriti rescripserunt ei: Servi tui sumus, facimus quod tibi placet. Et rescripsit eis secundo: Si mei estis, tollite capita filiorum domini vestri et venite ad me cras in Iezrahel. Et sic factum est. Et attulerunt capita in cophinis ad Hyeu. Et mandavit ne in crastinum ad eum, sed iuxta introitum porte ponerent duos acervos usque mane. Cumque mane intuitus esset capita dixit: Iusti estis, quasi diceret: Comparatione istorum quos lxx occiderunt iusti estis, quia non sic Ioram in Iezrahel necavi, occidistis, ut populus Samarie eos qui eos occiderit condempnavit, quasi diceret: Iste fecisti in implendo verbo domini, quod non velle in alia sequens. Addidit enim: Si ego interfeci dominum meum, quis percussit omnes istos? Nunc videte quod locutus est in manu Helye. Tunc percussit Hyeu omnes reliquos de domo Achab in Iezrahel et optimates eius et notos et sacerdotes et illos in Samaria. Inventosque obviavit xlii fratribus Achazie regis Iuda, qui descendebant ad

salutandos Ioram et Achaziam nescientes quod occisi erant. Et occidit eos Hyeu. Tunc egressus in occursum Hyeu Ionadab filius Rechab, et benedixit ei pro ulcione domini quam fecit. Quem imposito curru suo duxit Hyeu in Samariam et percussit omnes qui reliqui fuerant de Achab usque ad unum. Congregavit etiam Hyeu populum Samarie et ait in dolo: Amplius ego colam Baal. Vocate omnes prophetas eius et sacerdotes. Quicumque defuerit non vivet. Sacrificium enim magnum de Baal. Et venerunt omnes servi Baal, nec unus defuit. Et repleta est domus Baal. Et ait Hyeu his qui erant super vestes: Date vestes omnibus servis Baal. Et dederunt. Cumque perscrutatus esset Hyeu diligenter ne quis de servis domini alius interesset, dixit militibus suis: Ingredimini et percutite eos, nullus evadat. Et percusserunt eos, et statuam Baal comminuerunt et destruxerunt templum eius et fecerunt pro eo latrinas, id est sterquilinia, cuniculos ad emundandas vias urbis. Et delevit Hyeu Baal de Israel. Verumtamen a vitulis Ieroboam non recessit. Et ait dominus ad Hyeu: Quia fecisti que in corde meo erant contra domum Achab, filii tui usque in quartam generationem sedebunt super thronum Israel. Et mortuus est Hyeu et sepultus in Samaria cum regnasset xxviii annis. Et regnavit pro eo filius eius Ioachaz vel Ioahaz vel Ioachas. De Athalya et Ioas.

Porro Athalya videns mortuum filium suum et volens regnare interfecit omne semen regium in Ierusalem. Tollens autem Iosaba soror Achazie ex patre et uxor Ioiade summi sacerdotis, que furata est Ioas filium Achazie lactentem ne interficeretur, et abscondit eum vi annis in domo domini in triclinio, id est in mutuo cubiculis ebdomadariorum. Anno autem vii Ioiada collegit centuriones et prepositos Levitarum et milites et ostendit eis secrete filium regis. Et coniuraverunt omnes pro eo contra Athalyam, et quod puerum in falso conservaret rego. Et fecerunt in hunc modum. xxiiii erant summi sacerdotes, quorum unusquisque in ebdomada vicis sue hebdomadarius erat in templo. xxiiii minores sacerdotes et totidem cantores et totidem ianitores. Diviculo vel saltim pontifex quem ministraverat cum turma sua. Tunc autem Ioiada pro amplificando exercitu retinuit egressuros et recepit ingressuros, faciens eis ex eis duas turmas. Adiunxit et terciam turmam de centurionibus et Levitis quos priora

ʌ egrediebatur adiuncta pontifex vel quem ministraverat cum turma sua.

nerat. Et intrans domum saltus et domum armorum
quam quondam fecerat David, dedit singulis arma, et pre-
cepit egressuris ut custodirent regem in atrio
interiori et educeret. Ingressuris vero dixit ut defen-
derent ad domum regiam ne sui regine egredien-
tes circa unctionem regis impedirent. Sed hanc
turmam iterum divisit in tres partes, ut pars
una observaret excubias regis, id est porticus domus
regie. Alia observaret portam Sur, per quam ascen-
debatur de civitate in domum regiam. Tertia post
observaret domum Messa, que dicitur porta scutariorum,
id est custodum regis, per quam de domo regia ascen-
debatur in templum. Tertiam vero partem quam collige-
rat de centurionibus et levitis posuit ad cu-
stodiam atrii templi ex omni parte. Tunc ipse cum
reliquis sacerdotibus et levitis et senioribus eduxit
filium regis et unxit eum in regem. Et imposuit
super eum dyadema et testimonium, id est legem Dei de-
dit ei tenendam in manibus, ut cum ipso statim regis
disciplina legis Dei servanda committeretur. Atha-
lya vero accurrens scidit vestimenta sua clamans:
Coniuratio, coniuratio. Et eduxerunt eam cen-
turiones extra septa templi per portam
scutariorum in palacium et sedit super thronum
regum. Et letatus est populus terre quod abstulerat
Deus obprobrium nefarie regnantis super eos, et
destruxit templum Baal. Aras quoque et yma-
gines quas fecerat Ioram et Athalya,
et Mathan quoque sacerdotem Baal occiderunt coram
altari. Et erat vii annorum Ioas cum reg-
nare cepisset anno vii Hieu regis Israel,
et xl annis regnavit in Ierusalem, et fecit
rectum coram Domino cunctis diebus Ioiade sacer-

xii Erant **De gazophilacio** etiam
in domo Domini ruine non solum
per vetustatem vel negligentiam, sed et que
fecerat Athalya et de sanctificatis paraverat
domum Baal. Precepit itaque Ioas sacerdoti-
bus ut instaurarent sartatecta domus, recipien-
tes oblaciones precium et que offerebantur
pro precio anime, id est que dabant isti ad placitum [illegible]
oblationes, id est pro peccato et delicto, sacerdotum erant.
Que cum suscepissent usque ad xxiii annum
regis Ioas, non tamen instauraverunt sarta-
tecta templi. Et iratus rex prohibuit sacer-
dotes ultra accipere pecuniam. Iosephus tamen dicit: ut per
regionem irent sacerdotes, precepit di-
midium sicli. Sed videns Ioiada plebem non
placere, cessavit, et ob hoc non fuerunt in-
staurate ruine. Tunc Ioiadas fecit
gazophilacium munitum aperto desuper foramine,
et posuit illud ad dextram ingredientium domum,
non longe ab altari. Cumque appareret plurima
pecunia in gazophilacio, scriba regis et pon-
tifex effundebant eam et dabant his qui
preerant cementariis domus Domini, et non fiebat
cum eis ratio, sed in fide tractabant. Non fiebant
ex pecunia illa vasa aliqua in domo Domini, de eo
quod erat residuum sartatectis, ut legitur
in Paralipomenon. Et mortuus est Ioiadas sacerdos,
qui solus legitur post Moysen cxxx annis vi-
xisse, et sepultus in civitate David cum regibus, quia genus
David reparavit imperium. Eo mortuo Ioas a lege
Dei declinavit. Cuius exemplo et optima-
tes inclinati sunt. Quem cum argueret Zachari-
as filius Ioiade, fecit eum obrui lapidibus inter
templum et altare. Et hic, ut dicit Epiphanius, non accepit
postea in templo responsum mani-
feste sicut prius, sed [illegible]
[illegible] nec ex ephod. Rex autem
non multo post penas exsolvit.

Omnis filius Za-
charie cum eo la-
pidati sunt preter
unum postumum,
qui preter eum dicitur
Zacharias.

Azael namque rex Syrie, cum expugnasset Geth,
ascendit in Ierusalem. Ioas vero misit ei the-
sauros David et domus regie, et de absconditis
tumulorum, et recessit ab eo. Cumque
incurrisset Ioas languorem pessimum, eo quod
divinos honores quos volebat impendi sibi
Deus Hebreorum, duo servi eius percusserunt eum, et mor-
tuus est et sepultus in civitate David, non tamen in mo-
numentis regalibus. Et regnavit pro eo filius
eius Amasyas. Incidencia.
Sub hoc Ioas xii rex Latinorum Silvius
Aventinus, qui presidium Albanorum inter
montes ubi nunc Roma est posuit. Huius
filius fuit Iulius, pater Iulii Proculi, qui cum Ro-
mulo Romam commigrans fundavit Iuliam gen-
tem.

Anno **De obitu Helysei.** Item xiii
sit baruch ex ore ieremie omnes sermones domini.
Et dixit ad eum ieremias. Clausus sum nec valeo
ingredi domum domini. Ingredere ergo tu et lege que scrip-
sisti in die ieiunii audiente populo et universis qui ve-
niunt de civitatibus suis. Et fecit baruch sicut
preceperat ei ieremias sepe legens in domo domini.
¶ Factum est autem in anno . v . ioachym in mense . ix . predi-
caverunt ieiunium omni populo ierusalem et universis qui
confluxerant de iuda et legit baruch sermo-
nes ieremie in vestibulo porte nove domus domini.
Quod cum audisset filius gamarie micheas de-
scendit ad principes et seniores domus regis
qui sedebant in gazophilacio scribe. Qui cum nunciasset
eis que audierat advocaverunt ad se baruch.
Qui cum legisset omnia verba coram eis obstupue-
runt et dixerunt ei. Absconde te tu et ieremias
et nemo sciat ubi sitis. Et ingressi sunt ad regem
qui sedebat in domo yemali mense . ix . et posita
erat arula coram eo plena prunis. Cumque legisset
filius nathanie iudi tres pagellas vel quatuor
scidit rex volumen scalpello scribe et precepit
igne conburi comburetur. quibusdam eum contradicentibus. Et
precepit rex servis suis ut apprehenderent ba-
ruch et ieremiam. Dominus autem abscondit eos. Et
dixit iterum dominus ad ieremiam. Scribe rursus in vo-
lumine omnes sermones quos combussit ioachym et
sunt addendi plures et precipue ea que hec dicit dominus contra
ioachym. Non erit ex eo qui sedeat super solium
david et cadaver eius proicietur ad estum per diem et ad
gelu per noctem. non plangent eum vel frater vel
soror id est non plangent eum fratres et sorores dicentes
ve domine et ve inclite. Sepultura asini sepe-
lietur putrefactus et proiectus extra portas ierusalem.
¶ De rechabitis

Factum est autem in anno . viij . ioachym et post tres annos a-
scendit nabuchodonosor in
iudeam et depopulabatur eam. Rechabite autem qui
habitabant in tabernaculis seorsum ab hominibus tim-
entes absconderunt se in ierusalem ut ibi salvarent animas
suas. Et dixit dominus ad ieremiam. Vade et in-
duces omnes rechabitas in unam exedram the-
saurorum in domo domini. Et introduxit eos in
gazophilacium filiorum ennon et posuit co-
ram eis cyphos et calices plenos vini dicens.
Bibite vinum. Qui ait. Non bibemus quia
ionadab filius rechab precepit nobis dicens. Non
bibetis vinum vos et uxores vestre et filii usque
in sempiternum. Domum non edificabitis. Semen-
tem non seretis. vineas non plantabitis. In
tabernaculis habitabitis cunctis diebus ut vivatis
multis diebus super terram in qua peregrinamini. Et
tunc ait dominus ad ieremiam. Dic habitatoribus ierusalem

Hec dicit dominus. Usque non accipietis disciplinam ut obe
diatis michi sicut rechabite patri suo. Propterea indu
cam super vos mala que locutus sum. De stirpe
autem rechab non deficiet vir stans in conspectu meo.
Porro cum ascendisset nabuchodonosor in iherusalem cepit
ioachym et ligavit eum et trahebat secum in
babylonem et multos nobiles cum eo. Sed miseri
tus est et posuit ei nabuchodonosor tributum et remisit
eum in iherusalem. Sed obsides traxit secum pueros de se
mine regio danyelem et tres pueros. Et ser
vivit ei ioachym tribus annis. Sed cum audisset
quod rex egypti vellet pugnare contra nabuch
negavit ei tributum quod promiserat. Et ascendens
rex babylonis in iherusalem iure fecit intrare ur
bem. Sed cum intrasset fide non servavit sed iuve
nes fortissimos quosque occidit una cum rege
ioachym quem ante muros insepultum proiecit
et quia fidem non servaverunt ei hostes ioachym for
te libri regum vocat eos latrunculos dicens. Et im
misit dominus in ioachym latrunculos chaldeorum et
syrie et moab et amon ut disperderet eum iuxta
verbum domini. Nam stigmata sunt inventa in corpore
occisi contra legem et nomen ydoli quod colebat chono
donathan. De sedechya.

Et constituit nabuchodonosor filium eius regem ioachym
iechoniam. Decem et octo annorum
erat iechonias cum regnare cepisset et tribus
mensibus et decem diebus regnavit. Nam cum recessisset
nabuchodonosor timuit ne ioachym memor necis patris
adhereret egyptiis et pugnaret adversus
eum et rediit et obsedit iherusalem. Sed ad vocem
ieremie egressus est ioachym ad eum cum matre et cum
domo sua et principibus eius. Et suscepit eum rex
babylonis anno octavo regni sui et tulit uni
versa vasa aurea de domo domini et thesauros
domus regie et transtulit in babylonem cum rege et
matre eius de domo regia captivitatem. De prin
cipibus et viris robustis decem milia artifices et in
clusores mille. Summa xi milia. Inter quos
erat mardocheus patruus hester et
ezechiel adhuc iuvenis de genere sacerdotum.
Videtur tamen Iosepho velle quod iam duos libros con
scripserat de futuro urbis excidio quos re
liquit in iudea. Isti quia sponte se tradiderunt
se iuxta verbum dei sunt transmigratio iude. Alii vero
qui per vim protracti sunt vocati sunt propheta dicente
captivitas iude. Ab hac transmigratione sumpsit
exordium. Anno regni nabuchodonosor octavo inchoante
sub eodem. Lxx annos captivitatis

Et constituit. De sedechya.

nabuchodonosor rex in iherusalem pro eo ioachym ma
thaniam ut fidelis esset ei sub tributo iure pacto re
ligione iurisiurandi et mutato nomine voca
vit eum sedechyam. Xxi erat annorum agebat
sedechyas cum regnare cepisset et xi annis
regnavit in iherusalem et fecit malum coram domino sicut
ioachym frater eius. Erat autem super hoc cogitans ut
adhereret regi egyptiorum et non servaret ius iu
randum regi babylonis. Decipiebant autem eum
pseudoprophete dicentes imperio babylonios iuncta
dos ab egyptiis. Cumque diceret ei ieremias
ut spem poneret in deo et non in homine dixit ad
eum dominus. Descende ad domum figuli et ibi audies verba
mea. Et descendit. Et ipse figulus faciebat opus
super rotam et dissipatum est vas in manu eius. Et con
versus fecit de eodem luto aliud vas sicut placuit
in oculis eius. Et dixit dominus ad ieremiam. Dic domui
iuda. Hec dicit dominus. Sicut facit figulus ego
porro faciam vobis ut destruam et disperdam vos. Et
penitentes edificabo et plantabo. Item cum autem esset
anno iiii regni sedechie miserunt ad eum nuncios
rex edom rex moab rex tyri rex amon
rex sydonis petentes ut unanimiter federati tri
butum negarent regi babylonis. Et dixit dominus
ad ieremiam. Fac tibi cathenas ligneas id est torques
et vincula et pones unam in collo tuo et alias
dabis in manus nunciorum v regum coram se
dechya dicens. Hec dicit dominus v regibus et regi iuda.
Ego feci terram et dedi eam ei qui placuit in
oculis meis. Et nunc dedi omnes terras istas in ma
nu nabuchodonosor servi mei. Gens autem et regnum quod
non servierit ei in gladio et fame et peste visi
tabo eos. Postea audivit propheta iuda dicentem
eum vobis non servietis regi babylonis ne pe
reatis cum eo. Et cum complesset ieremias mandatum
domini coram sedechya ananyas propheta de gaba
aon tulit cathenam de collo ieremie et con
fregit eam dicens. Hec dicit dominus. Sic confringam
iugum regis babylonis de collo istarum gen
tium post ii annos dierum et restituam omnia
vasa domini et reducam omnem transmigrationem
iude ad locum istum. Et ait ieremias. Amen.
Sic faciat dominus quod dixisti. Sed ipsum velle ego si fi
eri possit. Veruntamen audi ananya. Non misit
te dominus et confidere fecisti populum istum in mendacio
propterea morieris hoc anno post duos menses
dierum. Et mortuus est ananyas in anno illo men
se vii. Nota hoc post reprehensionem ieremias in mense
v. Tercio autem sedechyas admonente ana
nya misit nuncios in babylonem cum tributo

De iechonia

Et misit iem eplam i manib' nu cioz sec
to ad oem tsmigracone unde dices · h d' d'
Edificate domos et plantate ortos · ducite et
edite nuptui · et querite pace ciuitatis ad quam
uos tsmigrare feci · et orate p eo dm · q i pace
illi' erit pax ura · no uos seducat pphe qui
i medio ui sut · q p'mittut uos i nb'u uedi
tures · q e cepit impleri i babylone · lxx
anni · reduca uos ad locu istu · h aut d' d'
ad achab filiu culye · et ad sedechya filiu ma
asye q ppha ut uob imdacr · Trada eos i ma
nu regis babylonis · et pcutiet eos i oclis ue
stris · et assumet ex eis maledcm dicetu · po
nat te d's sic sedechyam et sicut achab · quos
frixit rex babylonis igne · p eo q fecerunt
stultica mul' ul' mechati sut uxores ami
coz suoz · et locuti sut uerbu i noie meo q
no indicaui eis · Hos duos tradut hebrei
fuisse illos duos senes q s ptea diiudicaut
danyel · Accobest q d' rex babylonis eos
frixisse · c danyel dicat eos lapidatos · con
uictos n · tradut eos regi ad penam q noie
ignis signata ? Cum reuerss nuci de baby
lone attulisse licteras ex pte pseudo pphetaru
ad sacdotes mul' · inf uerba · posuit uos i do
mo sua sr oem uiru arrepticiu et pphante ut
mittas eu i nuiu et incarcere · et nuc quare
no increpauis · iemyam qui scpsit uob · edifi
cate domos q no redibitis · Et leg' sopho
nyas eplam cora dno sedechya i aurib' i
emye · Et fr ieemyas · h d' d's · Sup eos quos
tsmigrare feci uisitabo · ubi dni bonu ut
reduca eos · sr uos · a q no egssi estis cum
eis in mitta gladiu et fame et pestem · Et
pona uos q sicus malas q comedi n possut
Ostendi n · michi d's signu · Et ecce duo ca
lathi plem ficis positi an templu · Et dix
d's ad me · Q tu uides iem · Et dixi · Ficus
sic bonas · Bonas ualde et malas malas
ualde · Et ait d's · Sic sic hec bone sic cog
nosca tsmigracom qm emisi de loco isto et
reduca eos i t'ram hac · Et sic sic pessime
sic dabo sedechyam et reliqs q remanserut
in hac urbe i ugracone et obprbium omib'
regnis t're · Et dixit itm d's ad iem · Vade
et accipe laguculam figuli testea · et duces
tecu de senioib' pp ad ualle filioz ennon
q z uix in ltu porte fictil' et p'ges lagucu
lam i oclis eoz et dices · h d' d' · Sic cont
am locu istu et ciuitate hanc · n' uocabit

amplius loc' iste topheth · et uall' filij hemo sz uallis
occisionis · Implebo n' eu cadauer'b' eo q no sit ali'
loc' ad sepeliend' · Et uenit iem · ad topheth · et ste
tit in atrio d' d' · et dixit ad oem pp · hec d' dns
Ecce induca sr hanc ciuitate uniu'sa mala
q locut' sum adu's eam · Et indignat' phassur
sacdos pcussit · iemyam et misit eu i neru qui
erat iuxta beniamyn sriori in domo d' · Cu3
illuxisset i crastinu eduxit phassur iemya de neruo
Et dixit ad eu iem · No phassur uocauit d's nom
tuu · sz pauore undiqz · Interp · n · phassur · ul' fal
sor oris nigro · q · d · no huis oris nigdine · i · po
testate imp'andi · uq sz pauor undiqz captiuus
duces i babylone · Et orauit iem ad d'm · Pne
d's qrequm · q uider renes et cor · uidea ulcone
ex eis · t · n · reuelaui cam mea · Porro i anno
q · sedechye · ipe q anni · x · tsmigracois iogchy
erat ? · pp hanc ezechyel in babylone ad captiuos · ptas accepit eplam iemye · Cu' pp'ham
sic z danyel · ptea ptrq'm · pt tradiu mult' ·xxv·
urb' et obitu ieremye · **De prima obsidio ne ierusalem**

Post principio anni noni
sedechye nabuch obsedit ierlm · q negauerat ei sedechyas tributu · Et misit se
dechyas ad iemya phassur et sophonya sacer
dotes dices · Interroga p nob d'm · si forte faciat
nobiscu mirab · Et a · Iem · hec d' d's · Trabo
sedechyam rege iuda · et suos ei · et pp eius
i manu nabuch · regis babylonis · et pcutiet
eos i ore gladij · et no flectet · nec parcet neque
miserebit · et libe ambulabat iem · i medio pp eade
clamas · Porro rex egypti egssus e de egypto cum
exercitu q solueb obsidione irl' · Et recessit
rex babylonis a irl' · i occursu ei' et fuga
uit eu i ore gladij · et deserta coegit eum
exire · Cumqz discessisset nabuch · a · irlm · illuserut falsi pphe iemie · et recipiebant sedech
yam dicetes · No reuertet babylonii · sz redi
bit tsmigracio ura · ad nos cu omib' uasis do
mus dni · et hijs et ueri pphabant dicet · Tra
des sedechyas i man' regis babylonis · et
loqtur os ei cu ore ipi' · et oclis ei oclos eius
uidebut · et in babylone ducet sedechyam
Ampy ij dicebant iemya unde egressi se
Porro iemyas strauit asinu suu ut egderet
ad anathot · uicu suu · qui · xx · stadijs distat
a irlm · Cumqz puenisset ad ptam beniamin
ceos porte i arpuit apprehend' eu dices · Ad
chaldeos pfugis · Et adduxit eu ad pncipes · Qui cesu misit i carcere q erat i domo

ionathe scribe. Et sedit ibi ieremias multis diebus. Et venit ad eum Anameel filius Sellum patrui sui ad vestibulum carceris et ait: Eme agrum meum qui est in Anathot, quia tibi competit hereditas tamquam propinquo. Et intellexit ieremias quia verbum domini esset, et emit agrum appendens vii stateres et x argenteos, et adhibuit testes, et scripsit librum possessionis signatum et stipulationes et rata vel et serrata signa forinsecus. Et tradidit librum legis obsignatum et signa forinsecus et rescriptum libri fecit apertum, et in oculis Anameel et testium dedit librum Baruch dicens: Sume librum emptionis hunc signatum et librum hunc qui apertus est, et pone eos in vase fictili ut permanere possint diebus multis. Hec dicit dominus: Adhuc possidebuntur agri et vinee in terra ista, de qua vos dicitis quod deserta erit. Ecce ego congregabo eos de universis terris ad quas eieci eos, et reducam eos ad locum istum, et habitabunt confidenter, et feriam eis pactum sempiternum. De secunda obsidione.

Porro anno .xi. Sedechie .iiii. mense die mensis luna .xvii. venit Nabuzardan princeps exercitus Babylonis et princeps Nabuch cum eo, et circumdederunt Ierusalem et extruxerunt in circuitu eius munitiones. Et clausa est civitas .xviii. mensibus. Prius vero Sedechias tulit ieremiam de carcere et interrogavit eum in domo sua secreto dicens: Putasne est sermo domini? Qui dixit: Est. In manus regis Babylonis traderis. Sed obsecro te domine mi rex ne remittas me in carcerem Ionathe ne moriar ibi. Et precepit rex ut custodiretur in vestibulo carceris, et ut daretur ei torta panis cottidie excepto pulmento, donec consumerentur omnes panes de civitate. Et clamabat ieremias in vestibulo carceris: Qui remanserint in civitate fame aut gladio peribunt; qui confugerint ad hostes quandam mortem declinabunt. Et convenerunt principes et seniores civitatis ad regem dicentes: Rogamus te domine ut moriatur homo iste, de industria enim dissolvit manus bellatorum. Plane mentitur, ait dominus. Sedechias vinctus ducetur in Babylonem. Ezechiel enim in Babylone prophetavit dicens: Non videbit Sedechias Babylonem. Et dixit rex ad eos: Ecce in manibus vestris est, neque enim fas est regem vobis quicquam negare. Tulerunt ergo ieremiam et deposuerunt eum cum funibus in lacum Helchie, in quo non erat aqua sed lutum, ut moreretur ipso suffocante putore. Et erat propheta in luto usque ad guttur, quod erat ei amarius omni morte. Tunc Abymelech Ethiops vir eunuchus de domo regis secreto dixit ad regem: Peccare te fecerunt viri isti gravius. Qui ait: Tolle .xxx. viros et leva prophetam de lacu antequam moriatur. Qui assumptis viris tulit pannos veteres de domo regis qui computruerant, et submisit eos in lacum per funiculos, et dixit ad ieremiam: Pone pannos veteres sub cubitu manuum tuarum et super funes. Qui fecit. Et eduxerunt eum de lacu. Et vocavit eum rex secreto ad ostium tertium quod erat in domo domini, et ait: Interrogo te, ne abscondas a me aliquid. Qui ait: Si consilium dedero tibi non me audies; si annuntiavero tibi, nonne interficies me? Et iuravit ei rex dicens: Vivit dominus, non occidam te nec tradam in manus virorum qui querunt animam tuam. Et ait ieremias: Si exieris ad principes Babylonis salvus eris tu et domus tua, et civitas hec non succendetur. Si non exieris, et civitas hec succendetur, et tu cum domo tua non effugies manus eorum. Et ait rex: Faciam quod dicis, sed timeo Iudeos qui transfugerunt ad Chaldeos, ne forte accusent me et tradar in manus eorum et illudant mihi. Et ait ieremias: Non tradent. Et tunc rex in quo: Nullus sciat verba hec. Si quesierint a te quid locutus est tibi rex, dices: Prostravi me coram rege ne reduceret me in carcerem. De fuga Sedechie.

Porro defecerunt victualia in civitate adeo ut mulieres comederent parvulos suos ad mensuram palmi, sicut legitur in trenis. Capta est autem civitas .xi. anno regni Sedechie .iiii. mense .ix. die mensis, prout dicitur in libro regum. Secundum ieremiam .ii. b. die. Et capta est civitas circa mediam noctem. Et sederunt principes Babylonis in porta media. Fugit autem Sedechias cum omni domo sua nocte, et principes et amici eius cum eo per viam orti regis, et ingressi sunt ad viam deserti. Et cum nuntiatum esset a quibusdam transfugis principibus Babylonis, persecuti sunt eum diluculo et comprehenderunt eum in campo solitudinis Iericontine. Plures autem principum dispersi sunt et recesserunt ab eo. Ipsum vero cum reliquis vinctum traxerunt ad regem Babylonis in Reblatha. Qui locutus est cum eo iudicium dicens eum ingratum fuisse, recepto ab eo imperio, et pro munificentia hostiliter egisse et deierasse in deum. Et addidit: Magnus deus hanc tuam nequitiam odio te tradidit mihi. Et occidit filios eius coram eo, et Saraiam summum sacerdotem cum filio Iosedech reservavit. Occidit quoque eunuchum qui erat super viros bellatores, et Sophar principem exercitus qui probabat tirones, et .lx. viros plateas

i. novas milites

dechiis qui steterunt coram rege, et tres de ianitoribus templi, et .vi. viros et baros (?) de vulgo, ut legitur Ieremie. Oculos vero Sedechie effodit et cathenis vinxit eum ut adduceret eum in Babylonem, et cum eo Iosedech. Et reddiderunt quidam dicentes eos in Reblatha ad exercitum in Ierusalem. **De incendio templi.**

In .xi. anno Sedechie, mense quinto, .x. die mensis, ipse est annus .xix. Nabuchodonosor regis Babylonis, Nabuzardan incendit domum domini et domum regis et omnes domos Ierusalem, et totum murum Ierusalem per circuitum destruxit. Et tulit omnia vasa domus domini, et columpnas duas et mare eneum et lagenas (?) ut adduceret eas in Babylonem. Et ista fuit tercia captivitas Iude. Et tulit Ieremiam de vestibulo carceris, de quo mandatum acceperat a Nabuchodonosor in hunc modum: Tolle illum et pone super oculos tuos, et ut volueris facies ei. Et prefecit terre Godoliam filium Aicham ut preesset pauperibus qui relicti erant agricolis et vinitoribus, ut redderent singulis annis vectigalia regi Babylonis. Sedit autem Nabuzardan in Rama, et trahebantur ante eum cathenati. Et tollens de medio eorum Ieremiam dixit ad eum: Veni mecum in Babylonem et honorabo te. Et si displicet, esto residens hic. Omnis terra in conspectu tuo est. Habita apud Godoliam, et quocumque volueris vade. Et tradidit ei Nabuzardan cibaria et munuscula et dimisit eum. Similiter et Rechabitas liberos abire permisit. Sedit itaque Ieremias et Baruch notarius eius in Mesphat (?) ipse qui relicti fuerant. Nabuzardan vero abiit in Babylonem et habes (?) secundum captivitatem.

Hic fuit exitus regum Hebreorum. Et regnaverunt in eo (?) .d.xiiii. annis et mensibus .vi. diebus .x. Sed in libro regum non plene continentur. Et fuerunt in eo reges a David .xxi. Ab edificatione vero templi fluxerunt anni .ccc.lx. et menses .vi. et dies .x. Ab egressu autem filiorum Israel de Egypto anni mille et .lxii. et menses .vi. et dies .x. Fuerunt autem in templo per successionem .xv. summi sacerdotes, a primo Sadoch qui institutus fuit a Salomone usque ad postremum Iosedech, quem transtulit rex Babylonis. **De morte Sedechie.**

Porro Nabuchodonosor cum intrasset Babylonem cum triumpho, victimas sollempnes immolavit diis suis et sollempnizavit cum omni populo .x. diebus. Cumque recumberet exhilaratus, precepit rex ut adduceret Sedechiam in medium et aliquos de cantoribus templi cum eo, qui psallerent coram convivantibus in musicis instrumentis, et canerent ympnos de canticis Syon. Bibebant autem principes in vasis domus domini, quorum quedam Nabuchodonosor consecraverat idolis, quedam vero deservierant. Cumque diceret psallentibus potum clamando, precepit rex ut daretur Sedechie potus lassitudinis, et coram omnibus ignominiose lusus est, et rursum reductus in carcerem. Qui nimio afflictus dolore post paucos dies mortuus est. Et audiens Nabuchodonosor causam mortis eius, extrahens eum de carcere regio honore sepelivit eum. Inde est Sedechie finem esse terminum regum Iudeorum et exordium huius .v. etatis. Cuius anno .ii. facta est solis defectio quam Thales Milesius predixit. Inde captivitatis Romanorum rex Servius, nobilis captive filius, tres montes urbi addidit: Quirinalem, Viminalem, Esquilinum. Fossas circa muros duxit. Censum Romanorum quater primus instituit. Tandem occisus est a Tarquinio Superbo, prefecti Tarquinii filio. Eodem tempore apud Grecos .vii. sapientes sunt appellati. In hoc loco dignum duximus interponere varietates de collatione annorum regum Iuda et regum Israel, et determinationes eorum que nobis occurrerunt, ut eandem hystoriam expedicius prosequamur. **[illegible]** in libro regum omissum. **Contrarietatum.**

Varietates de collatione annorum regum Iuda et regum Israel, et quomodo determinari possint, ubi vero non inveniuntur determinationes, vitio scriptorum communiter hoc accidisse, quod in figuris numerorum et nullis sepe fallitur. Roboam et Ieroboam primum eodem regnare ceperunt anno, alter in Iuda, alter in Israel. Post Roboam cepit regnare filius eius Abia in Ierusalem, in anno .xviii. Ieroboam, qui .xxii. annis regnavit in Israel. Et regnavit Abia, Roboam (?) .iii. annis, quos synodochice pro duobus est, hoc est .ii. annis et aliquam partem tercii, quo erat .xx. Ieroboam. Et in reliqua parte eiusdem anni cepit regnare Asa filius Abie, .xli. anno regnavit in Iuda. Anno .ii. Asa regnavit in Israel Nadab filius Ieroboam .ii. annis, id est uno anno et aliquam partem secundi anni, quod adhuc erat tercius Asa, et occidit eum Baasa. Et cepit regnare in Israel pro eo anno tercio Asa, et regnavit .xxiiii. annis, non tamen plenis, quia tunc regnasset usque ad .xxvii. Asa, sed non regnavit nisi usque ad .xxvi. Hela itaque filius Baasa cepit regnare in Israel anno .xxvi. Asa, duobus annis regnavit, id est uno anno et aliquam partem secundi, qui erat .xxvii. Asa. Et in eodem anno Zambri interfecit Hela et regnavit pro eo .vii. diebus. Quo mortuo divisus est populus: pars quedam sequebatur Thebni, altera sequebatur Amri. Et prevaluit Amri, qui regnavit .xii. annis in Israel. Hic notandum

est quod contendit de regno inter amri et thebni duravit
per tres annos et ultra quia statim dicit scriptura quod amri ce-
pit regnare xxxi anno regni asa. Sed non mor-
tuo zamri statim cepisset regnare amri et electus
fuit et regnare cepisset xxvii anno vel viii
regni asa. Beniamin presbiter dicit scripturam cum cepis-
se regnare in hoc anno sue electionis cum dicat
filium eius achab cepisse regnare xxxviii anno
regni asa. Sed non xii annis regnavit amri
et inchoavit regnare xxxi anno regni asa quia
asa non nisi xli anno regnavit palam est quod am-
ri sic vixit asa primum annum. Quomodo ergo
achab succedens patri inchoavit regere xxxviii
anno regis asa. Et sic solvi potest. Cum scriptura
dicit amri cepisse regnare xxxi anno regis asa
intelligendum est quando tunc solus et super totum israel
mortuo thebni cepit regnare. Cum autem dicit
eum regnasse xii annis a xxvii anno asa nu-
merat quando videlicet eum in regem elegit quod tempore conten-
dit usque ad xxxviii annum regni asa quo
achab regnare inchoavit. Huic sine se-
quens scriptura consonat que narrat iosaphat
filium asa regnare cepisse iiii anno regni ach-
ab qui fuit ultimus asa xli. Porro iosaphat
xxv annis cum anno xvii ochozias filius
eius achab cepit regnare in israel et ii annis
regnavit. Huic quia filium non habuit frater
eius ioram successit in regnum. Et cepit regna-
re ioram in israel anno ii ioram filii iosaphat.
Sed quomodo si anno xvii iosaphat qui xxv
annis regnavit ochozias cepit regnare
et ii tantum annis regnavit quomodo ioram frater eius
anno ii ioram filii iosaphat et non potius
xviii vel xix anno iosaphat regnare
cepit. Preterea statim subiungit in sequentibus
scriptura quod xviii anno iosaphat ioram
filius achab regnavit. Hec diversitas sic sol-
vi potest. Duo anni quibus dicitur regnare ochozi-
as illi sunt quibus et [illegible] anno [illegible] can-
cellos [illegible] sue corruisset regnavit. Re-
liqui ii vel viii vel ix quibus eo languente frater eius
ioram administratione regni agebat non est sibi
sed fratri deputantur. Unde in xviii anno reg.
iosaphat regnasse scribitur ioram quia tunc
regni administrationem pro fratre qui languebat
suscepit. Scriptum est quod dicat quod ioram
filius eius achab anno ii ioram filii iosa-
phat regnavit tempore quo solus de facto iam
fratre regnare cepit attendit. Ex diversorum
sane scripturis prophetarum collectum est tractatus

libri regum vel quod alii aliud et alii aliud sum-
entes diversitatem temporum inchoationis regni reg-
num iuda quam israel assignavit. Ioram autem
filius achab xii annis regnavit super israel. Illa est
scriptura quod presbiter dicit quod anno v ioram filii ach-
ab regis israel regnavit ioram filius iosaphat
regis iuda tempore attenditur quo patre adhuc vi-
vente regni administrare cepit. Porro ioram
filius iosaphat xxxii annorum erat cum regnare
cepisset et viii annis regnavit in ierusalem. Anno
xii ioram filii achab regnavit ochozias filius
ioram regis iuda xxii annorum erat cum regnare
cepisset et uno anno regnavit in ierusalem. Quidam
mendosi codices habent ioram filium iosaphat
xxxii annorum esse tunc cum regnare cepisset quod
stare non potest. Sed non xxii annorum erat tantum
cum regnare cepisset. xviii annis tantum regna-
vit. Igitur xl annorum erat cum mortuus est. Et filius ei-
us succedens tamen xxii annorum erat. Ergo quando
eum genuit ioram xviii annorum erat quod est impos-
sibile. Tamen hebrei tradunt ioram filium iosa-
phat xx annis regnasse et xl annis vix-
isse quod videtur consonare huic littere que dicit eum xxxii
annorum esse cum regnare cepisset. Et tamen dicunt
solos viii annos quibus innocenter vixit tan-
tum postquam fratres suos occidisset illi in regnum computatos
a scriptura. Mortuo ochozia mater eius
athalia vi annis regnavit in israel. In eis de-
[illegible] vi annis regnavit et ieu hyeu et xxviii
annis regnavit in israel. Anno vii hyeu
cepit regnare in ierusalem ioas et xl annis reg-
navit. Regnaverunt ergo pariter ioas in iuda et
hyeu in israel xxii annis. Quibus finitis mor-
tuus est hyeu et successit ei in regnum ioach-
az filius eius inchoans regnare anno xxiii
ioas regis iuda et xvii annis regnavit
in israel. Sed quomodo si anno xxiii ioas ioachaz
filius hyeu cepit regnare et annis xvii
regnavit cum ioas xl tantum annis regna-
vit palam est quod usque ad xxxix vel potius
xl annum eius ioachaz regnavit. Quomodo
ergo in sequentibus dicit scriptura quod ioas
filius ioachaz anno xxxvii ioas regis iu-
da regnare cepit. Forte biennio ante
patre simul cepit regnare. Forte scriptorum
negligentia quod in numeris sepe errant hanc diffi-
cultatem peperit. Anno ii ioas regis israel
regnavit amasias in israel xxix annis.
Anno ii ioas quo amasias regnare cepit
numeratur quo solus de facto patre regnavit

cepit aut amasias rex iuda post mortem ioas
rex ut xxv. annis. Et hic oritur questio. Supra
dictum est quod amasias anno ii. ioas regis israel reg
re inchoans xxix annis regnavit. Ioas
aut xvi. annis regnavit. xv. itaque annis simul
regnaverunt. Mortuo itaque ioas soli xiiii
anni superfuerunt amasie vel adplus xv. Porro
te continuit scriptor ponens xxv. pariter vel forte
re amasias iuvenes desiit regnare et xv vel
xx annis vixit duci quam regnavit. Porro
anno xv. amasie regnavit in israel ieroboam
xli anno. Simul itaque regnaverunt amasias in
iuda ieroboam in israel adplus xv annis. Quod quod
quod sequitur scriptum est quod xxvii anno ieroboam
regnavit ozias filius eius amasie. in iuda forte
re xii annis regnum iuda sine rege fuit. quia
ut dixi amasias vivens regnum dimisit. Ozias
aut adhuc puerulus regnare non poterat. Mortuo
vero patre cum xvi esset annorum et ieroboam in israel
xxvii annum regni sui inchoasset regere cepit
in ierusalem et lii annis regnavit. Porro anno
xxxviii. ozie regis iude regnavit zacha
rias filius ieroboam in israel vi mensibus. Et hic oritur
questio. Supra dictum est quod anno xxvii ieroboam in israel
quod cum xli anno regnavit ozias regnare
cepit et lii annis regnavit. xiiii itaque an
nis pariter regnaverunt ozias et ieroboam. cum ie
roboam post xli annis defuncto si statim zacha
rias filius eius in regnum successisset. non in xxxviii
sed in xv anno regni ozie regnare cepis
set. Iste regnum ut xxiii annis sine rege fuit
ut post ieroboam xxii annos zacharias fili
ieroboam regnavit. quod tamen illi quod pessime vixerunt
in regnum non sunt computati. Soli autem vi men
ses eius conceduntur vixit in xxxviii anno reg
ozie illi sunt computati. Sed xxxix anno ozie sel
lum occiso zacharia regnavit in israel uno
mense. Eodem anno manahen occidit sellum
et regnavit in israel x annis. Anno l. ozie
phaceya filius manahen regnavit in israel
ii annis. Anno lii ozie phacee filius ro
melye phaceiam interfecit et regnavit in
israel xx annis. Anno ii phacee regnavit
ioatham in ierusalem et xvi annis regnavit.
xv eius annis admixti simul regnaverunt ioath
am in iuda et phacee in israel et annus quod fuit
ultimus ioathan fuit phacee xvii et ita pha
cee regnavit post ioathan iii annis in quibus
conregnavit ei achaz filius ioathan. Quod autem
legitur quod osee interfecit phacee et regnavit

pro eo. xx. anno ioathan filii ozie. ex illo tempore
regnum ioathan scriptura numerat quod post ipsum
conregnavit. Ubi autem legitur quod anno septimodecimo pha
cee regnavit et quod xvi annis regnavit. ubi illo tempore
numerat quo solus mortuo patre regnavit. Porro xii
anno achab osee regnavit in israel ix annis. Si
ergo phacee et achaz viii tantum annis conregna
verunt ut dictum est et tamen anno iiii achaz occi
sus est phacee. Et si osee occisor eius non regnavit
pro eo usque ad xii annum achaz. tunc regnum
israel fuit viii annis sine rege. Itaque per
doctores diversitates et alie si quas pretermisimus
declarari possunt vel per synodochen vel quia
quidam filii cum patribus regnaverunt. Anni solitarie
narrentur vel quia regna quandoque sine rege fuerunt.

Hystoria thobye.

Hystoria thobye.

Hthobye eroditur huic capitulo
x tribuum quam fecit salma
nasar. Quod illi tempore contiguum huic
non satis elucet. cum tamen ii. regum. historie tho
biam vixisse post excidium ierusalem et incendium
templi. Ait enim in cantico suo. Ierusalem civitas
dei castigavit te dominus. Benedic deum seculorum ut
reedificet in te tabernaculum suum et revocet in
te omnes captivos. Israel autem morte sue
cum predicaret filiis de reditu captivorum. ait.
Terra deserta replebitur et domus dei que in ea in
censa est iterum reedificabitur. Sed attendamus
terminos vite thobye filii thobye. Fuit enim
terminus hystorie quod fuit et terminus vite non in
venimus hanc descendisse hystoriam ad plus
ultra tempora ione. Ponamus ergo filium cum patre
captivatum vi anno ezechye. Amplius
esset cum xxx annis cum vixit centum xx an
nis tempore mortis. Hanc hystoriam
transtulit Ieronimus de lingua chaldeorum
in latinum ad peticionem cromacii et heliodori
episcoporum. Hanc hystoriam iudei inter ypo
crifa ponunt. Ieronimus tamen in prologo suo dicit inter
agyographa quod si esset tunc esset in tercio
ordine canonis veteris testamenti. Sed quia
de nullo ordine dicitur quod Ieronimus acceperit dicimus
agyographa ut includeret apocripha
et quia novam linguam chaldeorum
hebraico sermoni utriusque lingue peri
tum loquacem habens Ieronimus quod ille he
breis verbis expressit latino ser
mone exposuit in brevi et quasi sub
unius diei labore

De thobya

Porro Thobyas ex tribu Nepta-
lym fuit. Cumque ceteri adirent vi-
tulos aureos quos fecerat Ieroboam
rex, ipse ascendebat in Ierusa-
lem ut adoraret Deum, ubi primi-
tias et decimas fideliter offerebat, ita ut
tercio anno proselitis et advenis omnem
ministraret decimationem. Et in omnibus legem
Dei puer observabat. Cum autem vir esset accepit
uxorem Annam de tribu sua et susceptum ex
ea filium nomine suo vocavit Thobyam.
Captus quidem cum uxore et filio venit in
Ninive et custodivit animam suam. Et cum conta-
minarentur cibis gentilium, hic et contribules su-
os non comedentes se graviter redarguebat.
Et dedit illi Deus gratiam in conspectu Salmana-
sar, qui dedit ei potestatem quocumque vellet ad cap-
tivos ire et circa eos facere quecumque voluisset.
Cumque deambularet per regionem captivi-
tatis dans monita salutis, devenit in
Rages civitatem Medorum et invenit ibi
quendam contribulem suum Gabelum egentem et re-
liquit ei sub cyrographo x talenta argenti que
habebat ex his quibus a rege fuerat honoratus.
Mortuo autem Salmanasar cum filius eius
Sennacherib filios Israel haberet exosos, consola-
batur eos Thobyas et egenis ministra-
bat. Cumque reversus esset Sennacherib a Iudea
fugiens manum Domini, iratus multos Hebreorum
fecit occidi, quorum corpora Thobyas sepeliebat.
ii Quod cum nuntiatum esset regi, tulit omnem substantiam eius
et eum iussit occidi. Thobyas vero cum uxore et
filio nudus fugiens latuit, quia multi diligebant
eum. Post xlv dies cum esset occisus
rex a filiis suis, rediit Thobyas in domum
suam et restituta fuit ei substantia. Porro
quodam die festo cum paratum esset prandium
apud Thobyam, dixit filio suo: Vade et ad-
duc aliquos de tribu nostra timentes Deum ut co-
medant nobiscum. Qui reversus nuntiavit unum
de Hebreis iugulatum iacere in platea. Ex-
siliens Thobyas tulit occulte cor-
pus in domum suam et comedit panem in luc-
tu et timore. Et cum sol occubuisset sepeli-
vit illud. Et arguebant eum proximi sui dicen-
tes: Huius rei causa interfici iussus es, et iam
sepelis mortuos? Sed Thobyas magis
timens Deum quam regem, sepeliendis occisorum
sollicite instabat. Contigit autem ut qua-
dam die fatigatus a sepultura rediens

domum iactasset se iuxta parietem et obdormiret,
et ex nido hirundinis calida stercora super oculos
eius ceciderunt et factus est cecus. Hoc autem permit-
tere Deus fecit ad probationem eius et ad exemplum patientie
in posterum. Nam et insultabant ei sicut
beato Iob. Nam et proximi sui insultantes ei
exprobabant dicentes. Nolite ita loqui. Filii enim sancto-
rum sumus, et vitam illam expectamus quam Deus da-
turus est fidelibus suis. Anna uxor eius ibat ad
textrinum opus cotidie et de labore manuum
suarum quod consequi poterat deferebat. Factum est autem
ut edum accipiens detulisset domum. Cuius
balatum vir audiens ait: Videte ne furtivus
sit. Ad hec irata uxor eius: Manifeste iii
vana facta est spes tua et elemosine tue pe-
rierunt. Et ingemuit Thobyas cum lacrimis
dicens: Et nunc Domine secundum voluntatem tuam fac mecum
et precipe in pace spiritum meum recipi. Expedit
enim mihi magis mori quam vivere. Eadem die con-
tigit ut Sara filia Raguelis in civitate Medorum
audiret improperium ab una ancillarum suarum, que
increpabat dicens ei: Interfectrix virorum tuorum,
numquam occide me sicut occidisti vii vi-
ros. Fuerat enim tradita vii viris et
demonium nomine Asmodeus occidebat illos
mox ut ingressi fuerant ad illam. Ascen-
dit ergo Sara in superius cubiculum domus sue et
tribus diebus ac noctibus non manducans neque
bibens in oratione persistens aiebat: Pe-
to Domine Deus ut de vinculo improperii
huius absolvas me aut certe desuper
terram eripias me. In illo tempore ex-
audite sunt preces amborum in conspectu Domini et
missus est angelus Raphael ut curaret am-
bos. Igitur cum Thobyas putaret se ex- iiii
audiri ut moreretur, ait ad filium
suum: Audi fili mi verba mea et ea quasi
fundamentum in corde tuo construe. Cum
mortuus fuero sepelias me et honorem habebis
matri tue dum vixerit. Mortuam autem iuxta
me sepelies eam. Semper in mente habeto
fili mi et servato mandata eius. De substan-
tia fac elemosinas, quia elemosina ab omni
peccato liberat et magnam fiduciam
prestat coram Deo hominibus facientibus
eam. Attende tibi fili mi ab omni fornica-
cione et a superbia, a qua sumpsit ini-
cium omnis perdicio. Consilium a sapiente
perquire. A peccatoribus declina. Merces mer-
cenarii non maneat apud te. Noli time

fili mi q̄ pauperem uitā gerim⁹. ħ multa bona
habebim⁹ si timuerim⁹ deū. preterea scito quia
dedi gabelo x. talenta argenti. ī rages c̄
cyrographū penes me ħeo. perquire ei⁹ ē fidelē
uirū qui tecū saluā mercede suaui restituas
gabelo cyrographū suū. ipe restituet tibi
v. depositū mū. Tūc egressus thobyas ī uenit
iuuenē succinctū quasi ad iter paratū igno
rans q̄ angls dei eet. Cumq; accepisset ab eo
q̄ om̄ regionē medoz nouisset. ī rages ci
uitate. gabelū hitantē in eā inducit
eū ad prēm suū. salutauit eū iuuenis
dicens. Gaudiū t̄ sit semp. Q̄ ħ. Quale
gaud. erit m̄ q̄ lumē celi nō uideo. Cui
iuuenis. forti aīo esto. in p̄xīo ē ut a dō
cureris. Et ait thob. poteris pducere filiū
meū ad gabelū. Q̄ ħ. ego ducā eū
ī reducam ad te. Cumq; quereret ab eo tho
byas tribū ei⁹ ī domū ī nom̄. ħ. Et r̄ñs
ut sū ego azarias ananye magni filius.
Q̄ totū ī mēpratōm nōmy erat uenū
Erat n̄. de anglis uidentib; deū. Et erat
azarias ī adiutor. ī filii ananye ī grē
vi. dei. Tūc paratis omib; q̄ erat opus īmq; am
bulauerūt. ambo simł. ī canis secutus ē
eos. Nat aūt flebat dicens aduiuī. Bacu
lū senectutis n̄re tulisti. Nūq; eet pecu
nia illa pro qua misisti eū. sufficiebat no
bis paupertas n̄ra ut diuicias computarem⁹
q̄ uidebam⁹ filiū n̄rm. Et ait thobyas
Noli flere. filius n̄r ueniet ad nos. Credo
n̄. q̄ angls dei bon⁹ comitet eū. porro
illi duo p̄ma mansione manserūt iuxta
flumē tygris. Et exiuit thob ut laua
ret pedes suos. ī piscis ī manis egrediebā
tur ut deuoraret eū. Et timens thob. cla
mauit dicens. Dñe. inuadit me. Et ait an
gls. Apprehende branchiā ei⁹ ī trahe eū ad te.
Et extraxit eū in siccū ī palpitabat añ pe
des ei⁹. Sup hūc locū d̄. beda. q̄ dn̄s xp̄c
meruit lauare pedes suos. q̄ ambulaue
rant sup terrā. adueniet dyā querens si
aliqđ peccati inuenire in eo. Om̄ p̄r transfer
a me calicē hūc. Tūc dixit angls ad tho
byam. Exentera piscē hūc ī cor ei⁹ ī fel
ī iecur repone t̄. ualent n̄. ad medicam̄
ta. Tūc thob partē piscis assauit et
comederūt. p̄tē salsam secū detulit. Cū
simł pgerent ait thob. Azaria frater
q̄ remediū ħnt q̄ de pisce seruare iussisti. Q̄

Q̄ ħ. particulā cordis sup p̄unas posita fumo suo
extricat om̄e gen⁹ demoniū. a uiro uł a muliere
Nec ħ hoc mirari debem⁹ cū sim⁹ coram ar
boris exuste eandē uim hēre phibeat̄. Cū
q̄sisset thob. ubi manerent nocte illa. ħ angls
Est hic raguel p̄pinq⁹ tuus hñs filiā unicā
q̄ debet̄ t̄ cū om̄i sba ei⁹. Et ait thob. audio
q̄ tradita uiris. vii. ī occisi sūt a demone.
Q̄ ħ. angls. Noli timere. sz petulantes ī
deū nō timentes p̄tate demoniū hnt. Tu
aūt cū acceperis eā trib; dieb; cōtines ab eā
ī de nocte uacabitis ambo oraōib;. prima
incenso iecore piscis fugabit̄
demoniū. Scđa nocte ī contemplacōne scōz
patriarchaz ad mitteris. ī orabitis deū ut
in p̄ncipiū sanitatis ī pudicie patriarchaz
admittat uos. Tcia nocte bñdcōnē cō
sequeris ut filii ex uob; pareant ī colume
Hanc bñdcōnē p̄babilis mēdosus uł ab in sua
uit eos uicem medonis gerens. Quarta
nocte accipies eā cū timore dei. amore fi
lioz mag; quā libidine duct⁹. ut ī semine
abrahe bñdcōnē ī filiis p̄sequaris. Tan
vii. dem ingressi sūt ad raguelē. Cumq; dixit
et raguel uxori sue q̄ simillimus ē iu
uenē hūc thob p̄sobrino suo. dixit adeū
angls. hic ē filii illi⁹. Et leuatis raguel
ī misericordiaz ī uiuū. Tūc ait thob. nō
manducabo neq; bibā. ni p⁹ peticionē meā
cōfirmes. ī p̄mittes m̄ dare sarram filiā
tuā. Q̄ audito expauit raguel. Et hesi
tauit de uiro dixit ei angls. Noli timere
dare ē eam cōiugem. huic n̄. debetur et
p̄terea alii nō potuit hēre eam. Tūc ait ra
guel. Scio q̄ ādeo uenistis ī q̄ exaudiuit
de⁹ preces ī lacrimas meas. ut cōiungeret
hec filia mea cognacōni sue p̄ legem moysi
Et apprehendens pat̄ filie dextram tradidit
eam dextre thobye dicens. De⁹ patrū nostro
viii. rū sit nobiscū ī cōiungat nos. ī impleat
ī nob bñdcōnē suā. Et fecerunt
cōscripcōnē cōiugii. ī comederunt bene
dicentes deū. post cenā il introdux
erūt iuuenem ī cubiculū uirginis.
Et ptulit thob. de cassidile suo ptem ie
coris ī posuit sup p̄unas. Tūc raphahel
apprehendit demoniū ī relegauit illud in
deserto superioris egypti. Tūc thob ait ad
uirginē. Sara deprecemur deū hodie
ī cras ī scđm cras. his n̄. trib; noctib;

uiuguntur deo. ¶ Quatuor noctes uero cum coniugio
filij enim sanctorum sumus et non possumus ita coniungi sicut
et gentes que ignorant deum. Et adorauerunt
simul instanter. Miserere nobis domine, miserere nobis
miserere nobis. Et consenescamus ambo pariter sani.
Porro circa pullorum cantum fecit Raguel
parari sepulcrum ut sepeliret eum, putans illum
decessisse. Et misit unam de ancillis ad uidendum
si iam obiisset. Et reuersa nunciauit eos in-
columes esse. Et sicut pariter dormierant. Et lau-
dauerunt omnes deum. Et repleuerunt sibi foueam
quam fecerant. Putantes quam lugerent. Et parauerunt
sollempne conuiuium omnibus uicinis et amicis
suis. Et adiurauit Raguel Thobiam ut duas
ebdomadas maneret apud eum. Et dedit ei mediam
partem omnium que possidebat. Faciens scriptu-
ram ut reliqua pars que superat post obitum suum de-
·ix· ueniret ad Thobiam. ¶ Tunc dixit Thobias ad angelum
quem hominem estimabat: Azarias frater noster
quam grauis sit mora nostra parentibus meis.
Obsecro ut eas ad Gabelum et reddes ei cyro-
graphum suum et recipias ab eo pecuniam et ro-
ges eum uenire ad nupcias. Tunc assumens
Raphahel iumenta de seruis Raguelis duo came-
los uenit ad Gabelum. Et recepta pecunia
dixit quod ad nupcias secum. Et ingressus
Gabelus inuenit eos discumbentes et induxit
·x· eis. ¶ Cumque omnes duxissent deum cum timore
domini nupciarum conuiuium exercebant. ¶ Porro
cum Thobias moram faceret in nupciis sollicitus e-
rat pro eo pater eius et ad diem determinatam non re-
dierat. Mater illius lacrimis irremediabilibus
flebat dicens: Heu me fili mi, ut quid te mi-
simus peregrinari lumen oculorum nostrorum, baculum senec-
tutis nostre. Dicit autem ei consolabatur eam. Por-
ro Raguel dicebat ad generum suum. Mane
hic et ego mittam nuncium salutis tue ad pa-
trem tuum. Cumque ille non acquiesceret tradidit ei
Saram et dimidium substancie sue in pueris et puellis
et pecudibus in camelis et uaccis in pecunia
multa. Parentes non monuerunt filiam suam
honorare socerum et diligere maritum regere
familiam, gubernare domum et se irreprehen-
·xi· sibilem exhibere. ¶ Cumque reuerterentur ue-
nerunt ad Charram que est in medio itinere. Et ait
angelus ad Thobiam: Precedamus nos duo et se-
quantur nos lento gradu uxor tua et familia
sua cum animalibus. Et tolle tecum de felle piscis
et linies ereo oculos patris tui et recipiet
uisum. Porro Anna sedebat secus uiam

cotidie in supercilio montis unde respicere poterat
de longinquo et cognoscebat a longe filium uenien-
tem cucurrit ad uirum suum dicens: Ecce filius tuus
uenit. Canis quoque qui simul fuerat in uia precucurrit
et quasi nuncius blandimento caude gaudebat. Tunc
exsurgens cecus data manu puero cepit obuiam
filio suo. Et osculantes filium fleuerunt pre gau-
dio. Cumque adorassent deum et consedissent. Tunc Thobias
de felle piscis liniuit oculos. Et sustinuit quasi
dimidiam horam. Et cepit egredi albugo ex oculis eius
quasi membrana oui. Quam apprehendens Thobias extraxit
ab oculis eius. Statimque uisum recepit. Et glorifi-
cabant omnes deum. Et ait Thobias: Benedico te deus
Israel quia castigasti me et sanasti me. Et ecce ui-
deo Thobiam filium meum. Ingressa est eciam post dies
septem Sara uxor eius cum omni substancia sua et pecunia
quam receperat a Gabelo. Et conuenerunt contribules
et uicini ad Thobiam et congratulabantur ei per septem
dies epulantes cum gaudio. Cumque narrasset ·xij·
Thobias patri suo per ordinem bona que fecerat ei angelus
in uia tulerunt angelum in partem rogantes ut
dignaretur dimidiam partem omnium que attulerant ac-
ceptam habere. Tunc dixit eis angelus occulte:
Benedicite deum celi et coram omnibus uiuentibus confitemini
illi quia fecit uobiscum misericordiam suam. Etenim
sacramentum regis abscondere bonum est, opera autem dei
reuelare et confiteri honorificum est. Nos abscon-
dam a uobis sermonem occultum. Bona est oracio cum ieiu-
nio et elemosina. Quando orabas et declinabas
prandium et abscondebas mortuos per diem et
nocte sepeliebas ego obtuli oracionem tuam
domino. Et quia acceptus eras ei, necesse erat ut temp-
tacio probaret te. Et misit me deus ut curarem
te et Saram uxorem filii tui a demonio libe-
rare. Ego enim sum Raphahel angelus unus
ex septem qui astamus ante deum. Qui
cum audissent trementes ceciderunt in facies suas.
Et ait angelus: Pax uobis. Nolite timere.
Cum enim uobiscum uidebar uobis mandu-
care et bibere, sed ego cibo inuisibili et potu
utor qui ab hominibus uideri non potest. Tempus est ut
reuertar ad eum qui misit me. Et hec dicens ab eo-
rum spiritu ablatus est. Tunc prostrati in faciem su- ·xiij·
am per tres horas benedixerunt deum. Et exurgen-
tes narrauerunt omnia mirabilia eius.
Aperiens autem Thobias senior os suum benedixit deum
et dixit: Magnus es domine in eternum qui flagel-
las et saluas deducis ad inferos et redu-
cis. Non est qui effugiat manum tuam. Et hoc [illegible]
est in hoc cantico [illegible] et captiuum populum

dei. ut exemplo sui convertentur ad dominum et fa-
cerent iusticiam coram deo. et crederent quod cum
eis faceret misericordiam. et prophetavit de ierusalem dicens
Omnes fines terre adorabunt te. Nationes
ex longinquo ad te venient. et munera deferen-
tes adorabunt dominum in te. Et multa de tem-
pore gratie dicens esse exhibenda que secuntur. apocalipsis
porte ierusalem ex saphyris et smaragdo edifi-
cabuntur. et vicos eius alleluia cantabitur. Erat autem
thob. lvi. annorum cum lumen amisit. Sexagesimo
xiiii. vero illo recepit. et postea vixit annis. xlii. et vidit
filios nepotum suorum. et complevit annos c. xii.
Glosa tamen de mistico vult velle cum prius illuminatur
et xlii. annis fruitur se. refert xl. ad labo-
res abstinentie duos vero ad dilectionem dei et proximi
Cumque videret sibi obitum imminere vocavit
filium suum ad se. et vii. filios eius. dixitque eis
Prope erit interitus ninive. in deo quod loquitur eius fi-
nem dabit ei. Non enim excidet verbum dei. et fra-
tres nostri qui dispersi sunt a terra israel revertentur ad eam
et replebitur. et domus dei que incensa est in ea
reedificabitur. Hoc tamen magis videtur prophetali etiam
die prima preteriti temporis predixisse quam rem ge-
stam narrasse. Ad hoc enim stabat ierusalem et templ-
um. Cumque monuisset eos de dilectione dei et oratione
et elemosinis faciendis et ut ipsi eadem mandarent
filiis suis addidit. Vos autem nolite manere
hic. Sed quacumque die sepelieritis matrem vestram
circa me in uno sepulcro. extunc dirigite gressus
vestros ut exeatis hinc. Et mortuus est thob. et post-
modum uxor eius. Et abscessit thob. ex ninive cum
uxore et filiis et nepotibus et reversus est ad soceros
suos. et invenit eos in bona senectute. et curam
eorum gessit. et clausit oculos eorum raguelis et
anne. et nota quod in sacra scriptura v. dicuntur
Anne. Mater samuelis. uxor thobie. uxor ra-
guelis. mater beate virginis. et anna prophetissa. Fac-
tum est et iunior thob complens annos xc-
ix. Et sepelierunt eum omnis cognatio et omnis
generatio eius in sancta conversatione permansit. ita ut
accepti essent tam deo quam hominibus. Nunc ad hysto-
riam captivitatis ierusalem redeamus et post
hystoriam iudith et hester suis locis explica-
bimus. De morte godolye. Cum autem
prefecisset rex babylonis godolyam
reliquiis terre venerunt ad eum omnes qui
evaserant manus hostium et inter finitimas
gentes latuerant. vel quocumque latibulis sal-
vaverant animas suas. Multi quoque de x. tri-
bubus quibus gravius erat. cohortatio fama

videntes. Venerunt et quidam de principibus terre
Iohanna filius caree. saraias. et iechonias et
Et dixit godolyas ad eos. Nolite timere ser-
vire in terra et servite regi babylonis et bene
erit vobis. Ego sedeo in masphat ut respondeam
precepto chaldeorum qui mittentur ad nos ut in
nullo vos graventur. Cumque hoc iuramento fir-
masset dimisit eos ad propria loca que quis-
que delegisset. Porro de genere regio erat qui-
dam ysmahel vir malignus qui dum obside-
retur ierusalem ad regem amonitarum cessit et ibi
morabatur. Et ait iohanna filius caree ad go-
dolyam secreto. Scito quod ysmahel insidiatur tibi
tue et vite et divitiis tuis. vel rex amonitarum
mittet eum percutere animam tuam. ut occupet terram
desolatam. Ibo ergo et percutiam ysmahel nullo
sciente. ne interficiat te. et dissipentur et pereat
reliquie iuda. Et ait godolyas. Non facias i-
stud hoc ut interficias virum innocentem. non enim
verisimile est ut in tali desolatione hanc maculam
malicie exerceat. Et factum est in mense vii. e-
odem anno. venit ysmahel et x viri cum eo ad
godolyam in masphat et splendide suscepit
eos. Cumque post prandium essent in sopore go-
dolyas et omnes percussit eos ysmahel et egressus
per noctem iudeos qui erant in quiete et quosdam
milites qui a babylonis fuerant relicti trucida-
vit. et proiecit cadavera eorum in lacum quem fecerat
rex asa propter baasa regem israel. Altera vero die ve-
niebant cum muneribus de provincia lxxx viri ad
godolyam. et egressus est ysmahel in occursum
eorum dicens. Intrate ad godolyam. Quibus
ingressis occidit eos ysmahel preter x qui dixerunt
ei. Parce nobis quia thesauros habemus in agro
frumenti ordei et olei et mellis. et dabimus eos tibi
et necessarium habeo. Tunc ysmahel duxit cap-
tivas reliquias populi que erant in masphat filias
regis quas commendaverat nabuzardan go-
dolye. Quod cum audisset iohanna filius caree. as-
sumptis viris insecutus est ysmahel. et invenit eum
ad aquas que sunt in gabaon. et fugit ysma-
hel a facie eius cum viii viris. Et reduxit
iohanna captivos et predam quam duxerat ys-
mahel. De descensu reliquiarum iude in egyptum
Et convenerunt omnes reliquie iuda. a de-
minimo usque ad magnum. Dispo-
nebantque fugere in egyptum timen-
tes ne occiderentur a chaldeis pro morte go-
dolye. Et dixerunt ad iheremiam. Ora pro nobis deum
ut indicet nobis quid faciamus. et quod dixerit

nobis post cum faceret. Post dies vii. factum est verbum domini
ad Ieremiam et vocavit universum populum et ait. Hec dicit dominus
si manseritis in terra hac plantabo vos et non
evellam. Iam enim placatus sum super malum quod
feci vobis. Nolite timere a facie regis Babylonis
quem ego nobis timetis. Sin autem descenderitis in Egyptum
ut ibi habitetis gladius quem formidatis ibi comprehendet
vos et peribitis gladio fame et peste. Et non
audierunt Ieremiam sed dixerunt. Mendacium tu lo-
queris. Non misit te dominus sed Baruch incitat te adversum nos
ut tradat nos in manus Chaldeorum. Et descen-
derunt omnes cum mulieribus et parvulis et omni substantia sua in
Egyptum et duxerunt secum Ieremiam et Baruch et
desolata est terra et sabbatizavit multis annis
sic predixerat Ieremias. Non enim transtulit terram rex
babylonius colonos sicut fecerat rex Assyriorum in
terram Israel. Et habitaverunt reliquie Iuda in Egyp-
to in Magdalo et Taphnis et in Memphim et in
terra Phatures. Hec sunt nomina regionis ad presens illa civi-
tas de novitate. Et factus est sermo domini ad Ieremiam
in Taphnis. Sume lapides grandes et abscon-
de eos in crypta que est sub muro latericio in porta
domus pharaonis. Et dices ad Iudeos. Hec dicit dominus.
Ecce ego assumam servum meum Nabuchodonosor et ponam
thronum eius super lapides istos et percutiet terram Egypti
et peribitis vos cum Egyptiis. Porro mulieres
Hebreorum sacrificabant diis alienigenis et
offerebant regine celi scilicet lune vel Iunoni vel
Berecinthie offerebant placentas et liba-
mina. Cumque argueret eos Ieremias dixerunt
Numquid sine viris nostris hec facimus? Cumque ad
viros diceret loquentes dixerunt. Quando faciemus
hec in urbibus Iuda saturati sumus panibus
et bene erat nobis. Ex quo autem cessavimus indi-
gentes omnibus et gladio et fame consumpti sumus.
Et dixit Ieremias. Hec dicit dominus. Ego iuravi in nomine
meo magno quia omnes viri Iuda qui sunt in
terra Egypti gladio et fame peribunt donec
penitus consumentur. Et insurrexit populus adversus
Ieremiam et lapidaverunt eum cum lapidibus quos ab-
sconderat sub muro latericio. Egyptii vero
honoraverunt prophetam sepelientes illum iuxta
tumulum regum memores beneficiorum que
prestiterat Egypto. Oratione enim sua fugave-
rat aspides et bestias aquarum quas greci
cocodrillos vocant quibus prius Egyptus
infestabatur. Traditur etiam quod adhuc de pul-
vere eiusdem loci aspidum percussiones sanat
et fugant cocodrillos. De eodem ait Epipha-
nius. Audivimus autem senioribus quod ex filiis

Antigoni et Ptholomei stirpe descendant
quod Alexander Macedo veniens ad tumulum prophete
et cognoscens loci mysterium transtulit ipsum in Ale-
xandria et sepelivit gloriose et extunc terra illa
prohibita fuit cocodrillis et aspidibus penitus. Iam
et idem Alexander prius induxerat illuc serpen-
tes quosdam qui vice marsorum aspides fugabant
sed non poterant eas penitus exstirpare quos quidem
ab agris Peloponnisi adduxerat Argolas no-
minatos. Hic est Ieremias qui regibus Egypti signum
dedit quod eorum ydola subita corruerent cum virgo
pareret. Unde et sacerdotes eorum in secreto templi lo-
co ymaginem virginis et pueri statuentes ad-
orabant. Dumque Ptholomeus rex eos interroga-
ret quare hoc agerent, responderunt a prioribus tra-
ditiones esse mysterium quod a sancto propheta acceperant
maiores et credebant in rebus ita fore ven-
turum. Hic est Ieremias qui templum evertendum pre-
noscens archam testamenti cum hiis que in ea
erant tulit et precibus suis eam absorberi fe-
cit petram in petram digito designans dei nom-
en in presentia. Et factum est sigillum in similitudine
scripture quasi stilo celatur et ipsum domini nomen
nubes exprimendo velatum est ut extunc non locum
quis cognoscere queat nec ipsum nomen legere usque in
hunc diem et usque in finem. Et pre sine figure
instar illic sepe nubes ut ignis fit noctur-
no tempore eo quod gloria dei ab eius lege non desinat.
Est autem petra illa in heremo terre inter duos mon-
tes in quibus iacent Moyses et Aaron. Dixitque Ieremias
presentialiter. Dominus de Syon recessit ad celos. Inde
rursus in virtute veniet et erit hoc presentie eius
signum quod universe gentes adorabunt lignum. Dixitque
quod archam hanc nemo preter Aaron educet
porte et tabulas que in ea sunt nullus aperiet sa-
cerdotum nullus prophetarum nisi electus dei Moyses. Et
in prima resurrectione resurget hec archa
et exhibit de petra et ponetur in monte Syna
et omnes sancti congregabuntur ad eam recipientes
dominum sustinentes et adversarium qui eos constituit
interimere fugientes. De captivitate Ie-
chonie reliquiarum Iude.

Factum est post mortem Ieremie
anno quinto eversionis templi qui est xxiii
regis Nabuch. in Syriam inferiorem
descendit Nabuch. et obtinuit eam. Moa-
bitas quoque et Amonitas subiugavit et ita
deinde intravit in Egyptum eamque subvertit
et regem qui tunc erat in ea occidit. Aliumque
in ea constituens. Denuo Iudeos captiva-
tos duxit in Babylonem et abhinc ultima.

captiuitate reliquarum inde q'da numerant
.lxx. annos usque ad annum darii filii ydaspis
hanc in captiuitate reliquarum predixerat ezechiel in
caldea de quo in prefacione alias ordinem. De
ezechiele

Ezechyel propheta de terra
cysare fuit filius buzi de gente sacerdotali
hic in babylone ductus est cum ioachym
rege et cum daniele et tribus pueris. Hic habitabat
iuxta fluuium chobar. Scripsit autem in .xxx.
anno non solum etatis ipsius sed ab .xviii. anno iosie
quo inuentus est deutronomium in templo .i.v. anno trans-
migracionis .i.iiii. mense in .v. die mensis erat autem pro-
pheta ezechiel ad captiuos qui erant humili-
legerant in epistola ieremie per .lxx. annos duratu-
ram captiuitatem et flebant pro exilii prolonga-
cione. propterea murmurabant aduersus dominum
quasi fraudulenter eos eiecisset. Dicebant namque pseudo-
prophete remanentes in iherusalem ciuitatem eius quam se-
tradidit suo nabuch bona pollicebantur
Que autem in ierusalem reste relapsa erat. Flebant
namque quod remanserant et ipsi iugo seruitutis premebantur.
Erant quidam inter eos qui dicebant quod dum fuerant in
libertate cum bonis omnibus habundabant. ex quo uero ces-
sauerant perierant gladio fame et peste. Ad
hoc prophetabat ezechyel euersionem urbis et templi
incendium dicens. et eos qui remanserant in urbe
fame perituros. et ex urbe gladio eos autem qui
uiui trahentur grauem passuros seruitutem.
Ipsos autem in pace et qui libera seruitute mansuros
Ut autem auctoritate preberet eis de pondere
eius quasdam uisiones similitudines s. hominis. leo-
nis. uituli. et aquile non solum ad prefigurandos
euangelistas. sed ut ostenderet deum israel dominum esse tocius
creature per hec digniora omnium intelligens creatu-
ram. Homo enim preest ceteris animantibus. aquila
rex est auium. leo ferarum. bos iumentorum. Sub quaque
lib' ut uidit rotam in medio rote. ut ostenderet
esse conuolucionem omnium elementorum inde esse preter. et si-
hoc uidit firmamentum colorem saphyrini. Et
super firmamentum erat similitudo throni. et super thronum
similitudo quasi aspectus hominis. Et ait dominus ad eum
Fili hominis mitto te ad filios israel. qui domus
exasperans est. si forte audiant et quiescant. et
sciant quia propheta fuerit in medio eorum. Et ecce
manus missa ad eum in qua erat liber scriptus intus
et foris. et scripta erant in eo lamentationes
et carmen et ue. Et ait dominus. Comede uolumen
istud quod dedi. uentre meo in ore tuo. Et uenit propheta
ad transmigrationem iuxta fluuium chobar. Et
sedi nouitatem stupens. Et sedit in medio eorum

posuit coram eis latere. et despexit in eo ciui-
tatem iherusalem et obsidionem aduersus eam. et municiones
et aggerem et castra et arietes in gyro. et appo-
suit sartaginem ferream ociis suis ne uideret eos
et ait. Sic obfirmabit dominus faciem suam a iherusalem ne
uideat eam. et obsedit eam. Signum est domus israel.
Et quia in iherusalem erat ysrael de .x. tribubus qui ad eos
confugerant. et de hys locutus est dominus ad eum. fili ho-
minis sume tibi frumentum et ordeum et fabam et
lentem et milium et uiciam. et facies tibi panem de hys
secundum numerum in pondere .xx. stateres. et oportet illud ad
coquendum stercore humano in oculis eorum. Cumque
abhorreret propheta concessit ei fimum boum pro ster-
core humano et dicet ad eos. Sic comedent
filii israel panem suum pollutum inter gentes ad
quas eiciam eos. Dixitque iterum dominus
ad eum. Sume tibi gladium radentem pilos. i. no-
uaculam. et duces illum per caput tuum et barbam
et terciam partem pilorum cedes gladio in circuitu
et terciam partem disperges in uentum. Hec est. d. dominus
ad iherusalem. Tercia pars tui fame morietur et pe-
ste in medio tui. et tercia pars tui gladio cadet
in circuitu tuo. terciam uero partem in omnem uentum
dispergam. Scripsit autem in anno .vi. mense sexto
.v. die mensis leuauit spiritus prophetam inter celum
et terram. et adduxit eum in iherusalem in uisione dei
et uidit ab aquilone in introitu porte ydolum
baal. et ingressus uidit uniuersa ydola domus
israel depicta in circuitu per totum. et .lxx. ui-
ri de senioribus stabant et iechonias sacer-
dos cum eis. et unusquisque habebat thuribulum in ma-
nu sua. et uapor nebule de thure consurge-
bat. Et ingressus per hostium porte ad aqui-
lonem uidit mulieres plangentes. tham-
mozum. i. adonyde. et laudantes redim-
uiui. Et uidit inter uestibulum et altare .xxv.
uiros habentes dorsa ad templum. et adorantes
ad ortum solis. Et dixit dominus ad eum. Vidisti fili
hominis quid faciunt. Numquid leue est hoc. Ecce faci-
am in furore. non parcet oculus meus. Et ecce
uiri .vi. uenientes uenerunt habentes uasa
interfectionis in manibus suis. et erat unus in medio eorum
uestitus lineis et atramentarium scriptoris ad renes
eius. Et dixit dominus ad eum. Transi per mediam ciui-
tatem. et signa thau. super frontes uirorum
gementium et dolentium de abhominationibus
quas isti faciunt. Et dixit dominus .vi. uiris.
Transite per ciuitatem sequentes illum. et percutite
omnem super quem non uideritis thau. Sicut precepto
cui iussit. et a sanctuario meo incipite. Cumque

combures igni in medio ciuitatis et terciam partem pilorum

pertinaciter clamauit propheta. Heu. heu. heu. domine
deus ergo ne disperdes omnes reliquias israel. Et dixit dominus
ad eum qui indutus erat lineis. Imple manum tuam
prunis et effunde super ciuitatem. Et hec faciens
combussit eam. Spiritus autem leuauit ezechyelem
et reduxit eum in chaldeam. et locutus est ad trans
migrationem quecumque uiderat ei dominus. Post hec ezech
yel in conspectu eorum cepit transportare uasa do
mus sue quasi transmigrans ad alium locum. Vespere
autem perfodit parietem et per rimam parietis exportaue
rit eum in humeris suis et uelatam faciem nichil
uidente. Et dixerunt ad eum de israel. Quid tu fa
cis? Qui ait. Super regem qui est in ierusalem hon' istud
pariete perfodiet sibi ut educatur eum in caligi
ne noctis. Et ducet captiuet in sagena. et ad
ducet in babylonem et eam non uidebit. ibique
morietur. Postea locutus est ad eum sub enig
mate dicens. Hec dicit dominus. Aquila grandis
magnarum alarum longo membrorum ductu plena
plumis et uarietate. hic est nabuch. Venit
uenit ad lybanum. i. ad templum. et tulit medul
lam cedri. i. uasa domini. et summitatem frondium
transportauit. i. ioachym. et tulit de semine terre
i. mathaniam. et posuit illud in terra et creuit
in uineam. i. fecit eum regem. Et accepit ab eo iu
ramentum. Et facta est altera aquila grandis. i. pharao
Et ecce uinea ista extendens palmites suos
ad illam ut irrigaret eam. Nunquid prosperabitur
qui fecit hec? Et qui soluit pactum nunquid effugiet?
Viuo ego in medio babylonis morietur. Et
factum est uerbum domini ad ezechyelem in anno. ix. men
se. x. et. x. die mensis dicens. Fili hominis scribe
tibi nomen diei huius in qua confirmatus est rex babylo
nis aduersus ierusalem hodie. Ecce ego tollam
hodie a te desiderabile oculorum tuorum in plaga
miseres tacens. Non plorabis non plangis
luctum mortuorum facies. non uelabis ora amic
tu. nec cibos lugentium comedes. Calciamen
ta erunt in pedibus tuis. tamquam ad eundum
et mortua est uxor sua uespere et non planxit
sicut erat ei iussum. Et dixerunt ad illum. Quid pre
tendunt hec? Qui ait. Hec dicit dominus. Ecce ego
polluam sanctuarium meum desiderabile oculorum ue
strorum. et pro nimia anxietate non plangetis
sicut iste de nece sua sollicitus erit. Post hec in
consolationem gentis sue predixit propheta. calamita
tes circumstantium nationum israel. que inuenerunt
hostes contra ierusalem. uel insultauerunt capti
uis. i. filiorum amon. et moab. et edom. phy
listiim. tyri. et sydonis. egypti. et ethyopie

ñ aqla

Et factum est in. xii. anno transmigrationis. xi. mense
v. die mensis uenit ad ezechyelem quidam qui
fugerat de ierusalem dicens. Vastata est ciuitas. In
precedenti tamen uespera ezechyel predixerat denun
cio uenturo. Et audientes omnes transmigrationis excidium
urbis et incendium templi leuauerunt uocem suam
et dixerunt. Periit spes nostra. occisi sumus. non
resurgemus. Et exclamauit ezechyel dicens
Hec dicit dominus. Cum sanctificatus fuero in uobis tollam
uos de gentibus. et adducam uos in terram uestram
et effundam super uos aquam mundam. et mun
dabimini ab omnibus inquinamentis uestris. Et facta
est super prophetam manus domini. et eduxit eum in spiritu in
campum qui plenus erat ossibus siccis uehementer
Et ait ad eum dominus. Fili hominis putas ne uiuent
ossa ista? Et dixit. Domine tu scis. Et dixit
dominus. Dic ad ea. Ossa arida. Hec dicit dominus. Ecce da
bo super uos neruos. et succrescere faciam carnes. et
superextendam cutem. dabo uobis spiritum et uiuetis
Et adhuc eo loquente factus est sonitus et commotio. et ac
cesserunt ossa ad ossa. unumquodque ad iuncturam
suam. et ecce super ea nerui et carnes et cutes. sed
spiritum non habebant. Et dixit dominus ad prophetam. Cla
ma ad spiritum et dices. Hec dicit dominus. A quatuor uen
tis ueni spiritus et insuffla super interfectos istos et
reuiuiscant. Et sic factum est. Et uiuentes ste
terunt super pedes suos. exercitus nimis grandis
ualde. Et dixit dominus. Ossa hec uniuersa domus
israel est. Et restitui spiritum propheta in medio transmig
rationis. Et locutus est ad eos que monstrauerat ei dominus
in signum duorum. s. reuocationis eorum a capti
uitate. et resurrectionis in fine temporum. Et tu
lit ezechyel lignum unum et scripsit super illud
Lignum iude et sociorum eius. et super alterum scripsit
Lignum effraym et sociorum eius. et coniunxit ea in
una manu sua. Et dixerunt ei. Quid est uis
in hiis? Qui ait. Hec dicit dominus. Ecce ego congre
gabo regnum iuda. et regnum effraym. et fa
ciam eos in gentem unam. et regnum unum. et ser
uus meus dauid princeps eorum erit in perpetuum. Et locu
tus est dominus ad ezechyelem. Fili hominis uaticinare
aduersus gog. et magog dicens. Hec dicit dominus. Ecce
ego super te gog principem mosoch et tubal.
seducam te. Ascende te faciam de lateribus aquilo
nis et adducam te super montes israel. et cades in
tu et omnia agmina tua. et dicam uolucribus celi
et bestiis terre congregate et occurrite undique
ad uictimam quam immolabo uobis super montes israel
ut comedatis carnes fortium et sanguinem prin
cipum terre bibatis. et ossibus eorum satio dabo—

sepulcrum novissimum. et mittam ignem in terram ma-
gog. et gog. et in his qui habitabant in insulis
confidenter. Hoc fabulantur hebrei futurum post
regnum M annorum. et quod tunc erit exercitus
gog. quod hebrei .vii. annos usi lignorum ha-
bunt. non de silvis sed de armis. et colligentur
ossa .vii. annis et sepelientur in valle iosaphat. que
ob hoc dicetur polyandrium. In anno .xxv. transmi-
grationis nostre id est anno .xxxvi. regni nabuch. in pri-
mo mense .x. die mensis .xiiii. anno postquam percussa
est civitas. in hac ipsa die facta est manus domini super
ezechyelem. et adduxit eum in spiritu in terram israhel
super montem excelsum. et ostendit ei descriptionem civi-
tatis et templi. secundum quam ad litteram non subvenerunt
auctores. Porro ezechyel in chaldea inter ce-
teros captivos iudicavit transgressores legis. et precipue
quosdam de tribu dan et gad. qui inde contempnentes
impii legis persequendo custodes. Et fecit ut dicit
epyphanius contra eos prodigium magnum. quod filii eorum
et universa pecora eorum serpentibus perierunt. Et
predixit quod tribus ille non redirent ad terram. sed in me-
dye regionibus remanerent. Ipse quod arguebat in
eum dissipaverunt eum eos precipidies facto eorum et qui
occiderunt eum. et sepelierunt eum in agro ma-
alyim in sepulcro. et arfasar in spelunca dupli-
ci ad similitudinem abraham in ebron sepul-
crum fecere composuit. Dixit autem idem eorum quod predixit
eis signum et ... a facie terre sunt iterati eo tempore
... iterum exercitus potest imperium suspensus sit super
terram. Iste propheta signum dedit ut in fluvio cho-
bar ut quando deficeret sustinerent de solatione ter-
re. tunc separaret regressione ad iherusalem qui tunc
daret ad eum quia pervenerat plurima multitudo
de captivorum ad fluvium chobar. et chaldei
rebellatione veniam invenerit sed eos. ipse in
fabulis suis sistens aquas fluminis sed quasi am-
bulans cum omni multitudine ad alteram ripam se
recepit. Et conquesti hostium persequi sunt eos sed
submersi sunt. et portionem suo largam piscium
copiam ipse prestitit ad vescendum. Sepe quoque multis
deficientibus vitam restituit. De da-
nyele.

Prophavit etiam
in chaldea. Daniel. quem ut dicit ieronimus
et epyphanius de semine regio
iude fuit. ut per .lxx. ille de tribu levi.
Qui in titulo fabule belis ita
premittit. Homo quidam erat sacerdos nomine da-
niel. filius abdo conviva regis babylonis. is-
tius fuit in betheron servatore. et fuit a deo ca-
stus quod a contribulibus suis spado putaretur.

Librum eius transtulit. Ieronimus ad petitionem paule et
eustochii. cum magna difficultate. Scrip-
tus enim erat hebraicis litteris sed chaldaico ser-
mone et legebatur. Vulgata etiam .lxx. quia multum
a veritate discordabat eorum editio. et theo-
dotionis que apud hebreos in susanne hystoria
neque in ymnum trium puerorum neque in bel draconis
quod fabulam de qua alii ordinem. Hec pre-
mittentes quod alii prophetarum longe ante cap-
tivitatem duarum tribuum de eis prophetaverunt ut
ysayas et osee. alii etiam imminente. et du-
rante ut ieremias et ezechyel. alii in fine eius
ut daniel. et abachuc. alii post eam ut ag-
geus et zacharyas. De pueris iude-
orum.

Factum est cum nabuch duxisset
in babylone nobiliores pueros iude-
orum. et quosdam de semine regio pul-
criores inter eos et doctiores qui stare possent in
palacio regis ut ait. Ieronimus. castravit. quod et alios
gentibus quas vastavit fecisse dinoscitur.
Et tradidit eos preposito eunuchorum. et fecit
eos erudiri in chaldaicis litteris. et chal-
deis. Est autem chaldea lingua eadem que et sy-
ra. proxima hebree. Et iussit eos ministrari
cibos de mensa sua. Fuerunt autem inter eos ius-
optimi de filiis iuda. Danyel. ananyas.
myzael. et azaryas. Et mutavit eis re-
nomina et dedit suis. Balthasar. sydrach. mi-
sach. et abdenagon. Balthasar autem erat
nomen regis gentis. quod in posuit danyeli ut
dicit epyphanius. eo quod illum cogitaret deceptor ad
operatione. Constituit. preposito eunuchorum specia-
lem posuit custodem malasar. Hii proposuerunt
contaminari cibis gentilium. Et cum cogeret
eos malasar edere de cibis regis ne viderentur
coram rege deteriores dixerunt ad eum.
Tempta nos obsecro .x. diebus. et da nobis
leguminia et aquam. et post contemplare vul-
tus nostros. et aliorum qui vescuntur cibo regio et
sicut videris sic facias nobiscum. Porro
malasar tollebat cibaria et vinum eorum et
dabat eis legumina. Post hoc facies eorum erant
lympide. et corpora eorum laboribus apparata.
Et dedit eis deus scientiam et doctrinam eorum de scriptura
et disciplina. et precipue danyeli intelli-
gentiam visionum et sompniorum. Et completis
tribus annis statuit sibi in conspectu nabuch.
et de omnibus quos scrutatus est rex ab eis invenit
eos decuplum super omnes ariolos et magos
qui erant in regno eius. Et fuit danyel ibi ho-

note in chaldea et usque ad darium et cyrum. Et
hic terminat danyel primam particulam. Secunt
aut. x. vel. xi. que visiones danyel. dns eog
nieis vel ipse que vidit vel visum ab alio ex
planavit. De prima visione danyelis

Porro in anno. ij. regni sui vidit nabuch
sompnium. et territus est spiritus eius. et effugit
ab eo sompnium. Sed est intelligendus
ij. annus regni ab origine sed a consumatio
ne. Consumatum est aut regnum eius dum pergens
subiugavit sibi nationes reliquas vel edomuit
de egypto. Convocavit ergo rex coniectores
chaldeorum et dixit ad eos. Vidi sompnium sed
ignoro quid viderim. Qui dixerunt syriace. et
huiusque scriptus est liber hic hebraice. deinde
de chaldaice usque ad visionem quam vidit
in susis sub balthasar. Dicat rex somp
nium servis suis. et interpretationem eius indica
bimus. Et ait rex. Nisi sompnium et coniectu
ram eius indicaveritis mihi peribitis. et domus vestre
publicabuntur. Et dixerunt. Non est homo super terram
qui sermonem tuum possit implere. exceptis diis
quorum conversatio non est cum hominibus. Tunc precepit
rex ira magna ut interficerent omnes sapi
entes babylonis. et querebantur danyel et socii
eius ut perirent. Qui cum accepisset danyel ingres
sus rogavit regem ut daret ei tempus ad so
lutionem per unam noctem tamen ut dicit Io. Et ingressus
danyel domum cum sociis suis oravit deum
et per visionem noctis revelatum est ei mysterium
Et benedicens deum ingressus est ad regem. Et ait
rex. Potesne mihi sompnium indicare et inter
pretationem eius. Qui ait. Non potest homo hoc. Sed est deus
in celo revelans mysteria. qui indicavit tibi
que ventura sunt in novissimis temporibus. Visio
nes capitis tui hee sunt. Tu rex cogitare cepisti in
corde tuo quid esset futurum post hec. Et qui revelat mysteria ostendit tibi

Tu cogitabas in strato tuo quid post te inm
di teneret principatum. et ondit tibi de regnis
futuris. Videbas coram te statuam grandem
et terribilem. cuius caput et collum erant ex auro
pectus et brachia de argento. venter et femo
ra ex ere. Tybie aut ferree. pedum quedam
pars ferrea. quedam fictilis. Et abscisus est lapis
de monte sine manibus. et percussit statuam
in pedibus et comminuit eam. et redacta est in
favillam que rapitur vento. et non est inventus
locus eius. Lapis aut factus est mons magnus
et implevit universam terram. Aut au
di rex interpretationem eius. Tu es caput aureum
cui huius succedet tibi. et post hoc consurget regnum
aliud minus te. Quod intelligendum est de regno me
dorum et persarum. tamquam per duo brachia per que de
iectum est regnum babylonis. Et regnum tertium
aliud eneum. quod imperabit universe terre. Quod in
telligendum est de regno grecorum. quod vocalius
fuit ceteris. vel propter eloquentiam grecorum. vel propter
famam alexandri. Et quartum regnum erit velud
ferrum. quomodo sicut ferrum domat omnia metalla. sic
illud conteret omnia hec. Quod intelligendum est de im
perio romanorum. Porro quod vidisti partem pedum
testeam. partem ferream. sicut ferrum non permiscetur
teste. sic erunt in eo civiles discordie. et pro
una solidabitur pro altera conteretur. Tunc suscita
bit deus regnum celi. quod comminuet omnia hec
regna. et stabit in eternum. Super hoc dicit Io
sephus [illegible] danyel regi de lapide quod ipse non
placuit indicare. Hoc aut refertur hebrei
ad regnum suum quod expectant. Tunc rex cecidit
in faciem suam et adoravit danyelem dicens. Ve
re deus vester deus deorum est. et dedit danyeli prin
cipatum super omnes provincias babylonis et super
custodes sapientes. Obtinuit aut daniel a re
ge ut tres socii eius principatum haberent super pro
vincias. ipse vero sederet in babylone et staret in
foribus regis. De secunda visione danyelis.

Sequitur secunda visio danyelis. quod ob hoc
dicitur tamen visio. quia vidit in ea rex in for
nace quartum similem filio dei. Porro fecit
nabuch statuam auream. Altitudine cubitorum lx.
latitudine. vj. et statuit eam in campo duram
fluminis. [illegible] edam. vel quia gygantes edifica
verunt turrim. lxx. duces in campo [illegible] babylon
quod interpretatur confusio. Iam erecta statua con
gregavit rex campum. Et convocavit rex omnes
principes regionum ad dedicationem statue et
preco clamabat valenter. In hora qua audie
tis sonum musicorum adorate statuam. Qui non
adoraverit eadem hora mittetur in fornacem
ignis ardentis. Et adoraverunt omnes preter socios
danyelis. Et accusati sunt ad regem. et succensa
est fornax septuplum. et missi sunt vincti cum ve
stibus in medium fornacis. Viros aut illos qui
miserant eos interfecit ignis. Qui secit dicit Io
nem legisse in libris hebreorum. Unde est quod fuit ordeis au
torem epistole. De quarto dicitur erat verum
cum porro ea subicat. [illegible] flete ge
ne apud impios pertem volumus dedicasse vi
deretur. Porro fornax succensa erat malleolis

i. sarmentis et pice et stupa et napta. Quam
Salustium historiarum quidam genus fomitis esse
perhibet. Secundum alios ossa sunt olivarum cum vesca
cum arvinca et plumis intra Babylonis flu-
it in modum bituminis. Et erupit flamma et in
cendit quos repperit iuxta fornacem de Chaldeis.
Et effusa est super fornacem cubitis xlix. quod
geometrica regula comprehensum est. Angelus autem domini
descendit cum eis in fornacem et excussit flam-
mam et fecit quasi ventum roris flantem id est re-
frigerantem eos. Tunc Azarias orabat dicens
Iustus es domine, peccavimus etc. et tradidisti
nos in manus hostium. Sed in animo contrito et
spiritu humilitatis suscipiamur a te et sicut
in holocausto arietum sic fiat sacrificium
nostrum hodie in conspectu tuo ut placeat tibi.
Tunc illi tres quasi uno ore benedicebant de-
um dicentes. Benedictus es domine deus patrum nostrorum
etc. Et hortabant omnem creaturam ad bene-
dicendum deum procedentes a superioribus
ad inferiores. Ex hoc autem quod procedunt ex
alia oratione et spiritu humilitatis etc. quae incipit
Tu lege. Benedicite spiritus et animae etc. Argu-
erunt quidam dicentes esse in homine preter spiritum
sensum duo distincta spiritum et animam. Hilarius
in Hebreo non habetur. Tunc obstupuit rex et consur-
gens propere ait. Nonne tres viros misimus
in ignem? et ecce video iiii viros ambu-
lantes in medio ignis et species quarti similis
filio dei. quod de angelo intelligi potest. Tunc
vocavit eos rex et egressi sunt et mira-
bantur omnes quod capillus eorum non esset adustus
et sarabalia immutata. Et ait rex:
Non est deus alius qui ita possit salvare.
Et posuit edictum ut qui blasphemiam
loqueretur in deum eorum periret et domus
eius vastaretur. Et restituit eis principa-
tum provinciarum. De tercia visione Danielis.

Sequitur tercia visio Danielis.
Quam non scripsit Daniel sed
epistola regis quam scripsit uni-
verso regno suo post quam de bestia restitu-
tus est in hominem et in regnum in qua pre-
dicavit mirabilia quae fecerat apud
eum deus excelsus. Forma autem epistole haec est
quam interseruit Daniel operi suo. Ego
Nabuchodonosor quietus et florens eram in palatio meo
somnium vidi quod perterruit me. Et convo-
catis sapientibus Babylonis solu-
tionem ei non indicaverunt. Donec

ingressus est Daniel cui nomen Balthasar qui
habet spiritum dei. et dixi ei: Videbam super stratum
meum et ecce arbor in medio terrae cuius proce-
ritas usque ad celum et aspectus eius usque
ad terminos terrae et esca universorum in ea. Subter
habitabant animalia et bestiae et in ramis volu-
cres et ex ea vescebatur omnis caro. Ecce
vigil et sanctus de celo descendit et ait: Succi-
dite arborem et ramos et fructus eius et fugi-
ant ex ea bestiae et volucres. Verumtamen germen
radicum eius in terra sinite et cum feris pastus eius in herbis terrae.
Cor eius ab humano mutetur et cor ferae de-
tur ei et vii tempora mutentur super eum. Sententia vi-
gilum decretum est et petitio sanctorum donec cogno-
scant viventes quoniam dominatur excelsus in
regno hominum et cui voluerit dabit illud.
Tunc Daniel tacite cogitabat et quasi una
hora conturbatus est quia mala portendebantur
regi. Ait: Tu es rex arbor illa quae in altum sublata
et potestas tua in terminos terrae et audisti principe
sententiam altissimi super te: Ab hominibus eicient
te et cum feris erit habitatio tua. Fenum ut
bos comedes. Septem tempora vii anni mu-
tabuntur super te, donec scias quod dominetur excelsus
super regnum hominum et relinquetur germen
radicum, quia regnum tuum restituetur tibi.
Quam ob rem audi consilium meum: peccata tua ele-
mosinis redime. Forsitan ignoscet tibi deus
delicta tua. Autem post annum deambulabat rex in
aula et loquebatur in spiritu elacionis dicens:
Nonne haec est Babylon quam edificavi in robo-
re regni et in gloria decoris mei? Adhuc
erat sermo in ore eius et vox de celo ruit:
Tibi dicitur Nabuchodonosor: regnum transit a te et cum
feris habitabis vii temporibus donec scias quod dominetur
excelsus in regno hominum. Eadem hora ex
hominibus abiectus est et fenum ut bos comedit
donec capilli eius canescerent in similitudinem
aquilarum cresceret et ungues eius quasi ungues
avium. Igitur post dies definitos. Admodo
ego Nabuchodonosor levavi oculos meos ad celum
et sensus meus redditus est mihi et benedixi altissimo
cuius potestas sempiterna. Et non est qui dicat ei
quare sic fecisti? Et requisierunt me opti-
mates mei et in regno meo restitutus
sum et magnificentia amplior addita est
mihi. Ex hoc apparet et Epyphanius attes-
tatur quod non corporis mutacionem sed mentis
alienacionem passus est et ablatus est ei usus
lingue ad loquendum et herba data est natur[ae]

·iiij·

·xiiij·

ab humane. Et uidebatur ei quod bos esset in anterio-
ribus et leo in posterioribus. Et mysterium tyrannorum
qui in prima etate uoluptatibus dediti et circa
finem iugo belyal subduntur. Insane non infesti
sunt durius et crudelius. Multi quidem egre-
diebantur et uidebant eum. Solus danyel non egre-
diebatur, qui toto tempore alienationis eius orationi
pro eo uacabat. Et ad preces eius anni vii
quos totidem dixerat tempora in vii menses
versi sunt. In quibus xl diebus insaniam patie-
batur et post alios xl reuersus ad cor hominis
flebat et supplicabat deo. Adeo quod exti-
mus fletibus ut caro eius oculi fieri erant
et item per alios xl uertebatur in insaniam
donec vii menses complerentur. Postquam reuocatus
est non tamen regnauit sed statuit sibi pro eo vii
iudices et usque ad finem vii annorum penitentiam
egit. Panem et carnes non comedens et ui-
num non bibens. Leguminibus uescebatur et her-
bis iuxta consilium danyel. Et cum iterum
regnasset uoluit facere danyelem coheredem
filiorum suorum et ait danyel. Absit a me
ut prium reliquens hereditatem meam cum
filiis domus incircumcisorum. Hec dicit Jo. quod libris
hebraicis tempore meo qui transtulit eloquium
et hic mutat danyel ordinem hystorie.
Nos autem ordinem prosequimur. **Chathalogus
regum babylonis**

Eo mortuo nabuch. magnus regnauit pro eo filius nabuch. qui de manubiis hostium templum bel decorauit magnifice ciuitatem reparans ita ut neque obsidentes ualerent fluuium conuertere. Palatium regalibus maiorem fecit addens in diebus xv consummauit. In quo lapides posuit grandes instar montis. Et sic plantauit arbores et ortum qui suspensilis dicebatur. Eo quod uxor eius que in finibus medye nutrita fuerat regionem suam a longe uidere desideraret. Huius meminit megasthenes in libro medorum. Et asserit eum fortitudine et actuum magnitudine herculem transcendisse. Sed et dyocles in libro coloniorum dicit quod iste nabuch. obsedit tyrum tribus annis et x mensibus. Eo mortuo regnauit pro eo amulinatrapac. Hic est euilmoradach qui xxxvii anno transmigrationis mense xii xxvii die mensis subleuauit caput ioachym regis iuda de carcere et posuit thronum eius super thronum regum qui erant cum eo in babylone. Et comedebat coram rege cunctis diebus uite sue. Et hanc fecit cum eo misericordiam quia pater eius non seruauerat ei fidem. Tradunt tamen quidam quod euilmoradach fuit minor nabuch. in diebus erectionis patris male multa gessit ipse in terra et propter restitutionem? arctatus apud eum missus in carcerem ubi erat ioachym usque ad mortem patris sui. Cumque regnare cepisset eleuauit ioachym quem socium habuerat in carcere. Timensque ne resurgeret pater eius qui de bestia redierat in hominem consuluit ioachym. Ad cuius consilium cadauer patris effossum dyuisit in ccc partes et dedit eas ccc uulturibus. Et ait ad eum ioachym: Non resurget pater tuus nisi redeant uultures in unum. Hic habuit tres filios: egessarium qui et regessar dictus est, et labosordoc, et nabar qui et balthasar cognominatus est. Adque post regnum chaldeorum regnum deuolutum est. **Quarta uisio**

Sequitur iiii uisio danyel non per ordinem libri eius sed per hystoriam in qua uidit per ymagines iiii bestiarum iiii regna que uiderat nabuch. in statua quadriformi. Sed additum est de antichristo et die iudicii. Porro anno primo balthasar uidit danyel somnium cuius summam scribens ait: Uidebam et ecce iiii uenti pugnabant in medio mari. Hec sunt angelice potestates que laborant pro regnis mundi. Quibus presunt et iiii bestie. Prima quasi leena et habebat alas aquile. Et auulse sunt ei ale et sublata est de terra et super pedes eius quasi homo stetit et cor eius datum est ei. Hoc est regnum assyriorum quod comparatur leene propter uiolentiam et libidinis impatientiam que leena semper in coitu gestit. Alas aquile habuit propter longeuitatem. Namque ab etate inchoans sub farauch paruo abrahe descendit usque ad quinta? sub balthasar. Cui auulse sunt ale et stetit ut homo et cor ei datum est. Adiectorum nabuch. respicit et restitutorum. Secunda bestia similis urso parte et tres in ore eius erant ordines dentium et dicebatur ei: Surge comede carnes plurimas. Hoc est regnum persarum quod comparatur urso propter paucitatem laboris et uel parentia [illegible]. Nam in pulmento sale utuntur et cardamo. Non sicut similitudo in parte non [illegible] quia in parte dei crudelitatem egit. Secundum quia in zachariam dicuntur equi albi. Tres ordines dentium habuit. Id est tria regna in

principio sui. medorum. persarum. et chaldeorum.
vel tres principes huius scilicet .c.xx. satrapas
qui dicebant ei comede carnes plurimas
hoc refertur ad assuerum qui dixit aman
ut occideret iudeos. Tercia bestia quasi pardus
et habebat alas avis .iiii. et .iiii. capita erant
in ea. et potestas data est ei. hoc est regnum
grecorum quod comparatur pardo qui saltu vivit in
mortem per impetum alexandri. et vario colore
diversa sub eo regna significat. Alas huius
quod nichil velocius victoria alexandri. Quatuor
que capita eius .iiii. sunt alexandri successores
secundum hanc potestatem huius erat alexandri. sed fuit
virga furoris domini in filios pestilentes. Quar
ta bestia terribilis et fortis dentes ferreos habens
comedens reliqua et pedibus conculcans. hoc
est regnum romanorum quod nulli bestie com
paravit danyel. ut quecumque in bestiis ferocia
cogitaremus intelligeremus in romanis. Hebre
i tamen dicunt simile fuisse apro per illud psalmi. Va
stavit eam aper de silva. et singularis fer
us depastus est eam. Hoc regnum conculcavit cetera
que sequuntur. et habebat cornua .x. respicit
Ad finem mundi. quia tunc regnum romanorum divi
detur in .x. regna. que significatum est per .x.
soles in vaticinio sibille. Et ecce cornu
aliud parvum ortum est in medio eorum. Hic
est antichristus ignobilis in obscuro loco
nasciturus. et semine viri de parentibus concipi
etur. sed per conceptum spiritus malignus
descendet in uterum matris cum virtute pro
nascetur. de incestu alietur et adoles
cet. unde filius perditionis dicitur. Et tria de
cornibus primis evulsa sunt a facie eius
id est tres reges de .x. quos interficiet re
ges scilicet affrice egypti et ethyopie.
Tunc alii .vii. victori colla submittent.
Et ecce quasi oculi hominis erant in eo. id est
alta et mirabilis sapientia quia magice
miracula faciet et inveniet thesauros.
Et erit ei os loquens ingentia. quia
deum se dicet. Circumcidet se. Dicet
se esse messiam. Confluent ad eum iudei
reedificabit templum. et solium suum
ponet in eo. Convertet se ad homines
terre muneribus miraculis. Helyam et
enoch interficiet. Aspiciebam hec in
potestatem illius donec troni positi sunt
de celis in terra. Sedebunt scilicet troni et
antiquus dierum sedit. id est deus eternus iudex.

Quem apud iohannem solium in throno sedet. Vestimentum eius
quasi nix candidum. et capilli quasi lana munda. gloriam
maiestatis eius significant. thronus eius flamme ignis
rote eius ignis accensus. hoc est generalibus dicitur.
Ignis ante ipsum precedet. Fluvius igneus et rapidus
egrediebatur a facie eius. celeritatem iudicii
notat quam dicit apostolus. In momento in ictu ocu
li futurum. Milia milium ministrabant ei. et
decies centena milia assistebant ei. numerum
certum pro incerto. Nam decies .c. id est quod mille. hoc ad
excercitum angelorum refertur. Iudicium sedit. et libri
aperti sunt. id est iudicialibus secreta conscientie singulorum
patebunt. Et vidi quod interfecta esset bestia .iiii.
animalium aliarumque ablata esset potestas. Quia tunc
cessabit omnis potestas cum tradet christus regnum
deo et patri. Et ecce cum nubibus celi quasi filius
hominis veniebat. quia christus sicut ascendit nubibus descen
det in terram. per illud ita veniet quemadmodum vidi
stis eum euntem in celum. et usque ad antiquum
dierum pervenit. Quia christus per omnia equalis
patri. et dedit ei potestatem et honorem et regnum
sempiternum. Cumque vidissem hec daniel
accessit ad unum de assistentibus et querebat
veritatem. qui exposuit ei singula. hec addens
de antichristo. Sanctos altissimi conteret. et tra
dentur in manu eius usque ad tempus et tempora
et dimidium temporis. id est usque ad annum et duos
annos et dimidium anni. Hebrei nomine
temporis significant annum. per numerum plurale duos an
nos. Hebrei non habent numerum dualem sicut et greci.
Breve erit tempus hoc. sed nisi abbreviati
essent dies illi non salva fieret omnis caro.

Sequitur Quinta visio danyelis .vj.

Quinta visio danyel. Hebraice
scripta in eo procedentes de chalda
ice. Anno .iii. Balthasar. ego danyel
eram in elam regione in susis que metro
polis elamytarum que in iudith vocatur ectha
banis. Inquam ut sit. Io. fecit mascolum
regum. et vidi in visione esse me super portam
ulay. et est ulay nomen porte vel lacus ante por
tam. et ecce aries unus stabat ante paludem
habens cornua excelsa. et unum excelsius
altero atque succrescens. hic est cyrus potencior
dario. et ventilabat cornibus contra occidentem
aquilonem et meridiem. et omnes bestie non poterant
ei resistere. hoc ad ipsum regnum refertur
non ad personam. Et ecce hyrcus veniebat
ab occidente et non tangebat terram. Hic
est alexander qui volans per terram quasi gradiens

ut hyrcus. uel ab hyrco. uelox qui dicitur coloratus huic. Et uenit ad arietem quem uiderat et efferatus est in eum. et percussit arietem et comminuit duo cornua eius. quia darium arsami filium percussit et medos et persas quibus preerat. et orta sunt ei .iiii. cornua .i. .iiii. successores de quibus loco suo dicetur. De uno exiit eorum cornu modicum et factum est grande. Hic est antiochus epyphanes. descendens a seleucho. qui dum esset obses rome euasit in regnum et magnificatus est contra meridiem .i. contra egyptios. et contra orientem .i. contra eos qui in persyde res nouas moliebantur. et contra fortitudinem celi .i. filios israel. et deiecit de stellis et conculcauit eas et usque ad principem fortitudinis .i. deum magnificatus est et ab eo tulit iuge sacrificium et deiecit locum sanctificacionis eius. quia in templo statuam iouis posuit. et audiuit unum de sanctis loquentem ad alium. Usque quo iuge sacrificium et sanctuarium et fortitudo conculcabitur? Respondit. Usque ad uesperam et mane dies .ii. m. ccc. et mundabitur sanctuarium. quia ab ingressu antiochi in urbem usque ad mundacionem templi factam a iuda machabeo per successiones dierum et noctium fluxerunt .vi. anni. menses .iii. dies .x. Cumque quereret danyel intelligenciam sompnii, Gabriel uenit ad eum et indicauit ei per hec uisiones futuras ut ait Ie. deprehenditur error epycureorum qui hunc mundum ~~[illegible]~~ sine rectore et sine dei prouidencia casu fieri confirmant. quia si mundus sine presule esset olim deprehensus sicut nauis desolata rectore. non sic prophecias omnia prouenirent.

Sequitur .vi. uisio. **Sexta .vi. danyelis.** danyel. quia .iiii. est in danyele. sed in ea .vi. uocatur in plago abachuc. et hec chaldaice scripta est. Factum est ut darius et cyrus obsiderent balthasar in babylone. Balthasar .ii. fecit grande conuiuium optimatibus suis mille. et fecit ut afferentur uasa que asportauerat nabuchodonosor pater eius de templo domini et bibebant in eis rex et optimates et uxores et concubine eius et laudabant deos suos. Forte sollempnitas erat in babylone instituta ob ~~[illegible]~~ urbis. Fabulantur hebrei quod balthasar intellexerat .lxx. annos captiuitatis quos predixerat ieremias fluxisse. et tamen hebrei non erant liberati a iurisdictione sua. unde exultabat. et diis suis gratias agebat. Sane illa annorum septuaginta cum nondum fluxerat. sed septima decas iam currebat. In eadem hora apparuit contra eum manus scribens in pariete. Cumque rex uidisset et manum et scripturam. tantum unum articulum uidisset manum scribentem. quidem uiderit pro terrore manus euanuit. Et conturbatus est rex. et genua eius ad se inuicem collidebantur. et exclamauit fortiter ut introducerent magos chaldeorum. et ait ad eos. Qui legerit scripturam hanc. et interpretacionem dixerit purpura uestietur. torque auream habebit in collo. et tercius in regno meo .i. unus trium principum qui preerunt satrapis. Illi autem non potuerunt scripturam legere. Et ingressa est regina non uxor ut porphyrius. sed auia secundum Iosephum mater secundum originem. et ait ad regem. Est uir in regno tuo qui spiritum deorum habet. quem pater tuus .i. auus principem magorum constituit. hic uocetur et omnia dicet tibi. Cumque intrasset danyel promisit ei rex munera que et supra. Qui respondit. Munera tua sint tibi uel alteri dona. scripturam autem legam tibi et exponam. Nosti quod deus excelsus regnum dedit patri tuo et non cognouit ipse. immo ut bos comedit donec cognosceret. Tu quoque cum scires hec omnia aduersus deum celi eleuatus es et uasa eius prophanasti tangens ea manibus inmundis et bibens in eis deos laudasti qui non uiuunt nec senciunt. deum uero cuius flatum habet in manu sua non glorificasti. ipsa ista coram te exarata sunt. Mane techel. phares. Quod sonat numerus appensio. diuisio. Et est sensus. Numerauit deus regnum tuum .i. compleuit illud. et est dictum per similitudinem pecunie. que numerata tollitur et absconditur. Appensus es in statera. et inuentus es minus habens .i. ideo de iudicio minus uiues quam putabas. Diuisum est regnum tuum. et datum est medis et persis. uel fractum est regnum tuum. Nam phares fracturam significat. Et tradidit rex danyeli munera que promiserat. Eadem nocte capta est babylon. Nam cyrus diuisit eufraten longe a ciuitate per plures riuos ut alueus qui effluebat in ciuitate uadabilis fieret et per ipsum ingressi sunt hostes in ciuitatem sub muro. et interfectus est Balthasar et successit ei darius in regnum. Annos natus .lxii. Nam cyrus ei tamquam maiori in omnibus deferebat. Quod autem eadem nocte uisionis capta sit ciuitas. apparet in ysaya. Qui loquitur ad Balthasar dicit. Pone mensam. contemplare in specula comedentes

in ratione

tum

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

7 bibentes. Surgite principes arripite
clypeos. Quidam tradunt q mater Baltha
sar p qua facit e ort suspensibilis filia fuit
darij. 7 quia balthasar filium non habebat
festinabat darius occupare regnum. Septima
·vij· Sequitur vij. visio danielis
Visio danyel. porro darius sumens
danyele dixit eum secum in medyam
Et erat danyel unus de trib satrapis qui preerant
c.xx. Sed in danyele spiritus dei amplior erat
7 cogitabat eum rex constituere super omne
regnum. unde principes invidebant ei. 7
querebant occasionem accusandi eum ex latere
regis. i. prope quod erat ex latere regis. Fabu
lantur hebrei quod querebant occasionem in sermone
tactu nutu vel inclinatione adre
ginam vel ad aliquam concubinam regis. nul
lamque causam reperire potuerunt eo quod fidelis
esset. 7 si thesauros erat ut dicit Iosephus. quia
adeo iustus erat ut minima ablata reperi
eret. Et dixerunt principes. Non inveniemus
occasionem adversus eum nisi in lege dei sui. 7 sibi
puerunt regi dicentes. Consilium inierunt
cuncti principes regni tui 7 satrape 7 iudices
quod qui pecierit aliquam petitionem a quocumque deo vel homi
ne usque ad dies .xxx. nisi a te rex. mittatur
in lacum leonum. Nunc itaque confirma sententiam
7 scribe decretum. Et proposuit rex. porro
danyel ingressus est domum suam. 7 fenestris
apertis in cenaculo suo contra ierusalem tribus temporibus
in die flectens genua sua orabat. Tribus
horis orabant iudei in die. hora scilicet iij.
vi. 7 nona. sicut legitur de apostolo. quod terti
inclusus orabat in die. 7 de petro 7 iohanne qui
ascendebant ad horam orationis nonam. Sunt
qui orabant quod tunc datus est eis de chaldeis
lex in synagoga. In eadem orat quia tunc
datus est spiritus sanctus apostolis. In vi. orabant. quia
tunc eneus serpens erectus est in deserto. In e
adem orat ecclesia quia tunc est christus suspensus
in ligno. In .ix. orabant. quia tunc cecidit
per ariam agnum in cades. In eadem orat ecclesia
quia tunc de christo lanceato fluxerunt
sanguis 7 aqua. Cum invenissent viri illi
danyelem orantem. accusaverunt eum ad re
gem de transgressione decreti. Et contristatus
rex posuit cor ut liberaret eum laborans
usque ad occasum solis. Qui intelligentes
viri dixerunt. Scito quod lex est medorum
ut decretum regis non liceat immutari
Tunc miserunt danyelem in lacum leonum 7 ob
signavit rex anulo suo 7 anulo optimatum
lapidem qui positus erat. 7 in cenatus
tota nocte dux rex in sompne. 7 diluculo re
dit ad lacum. 7 flens exclamavit. Da
nyel serve dei. valuit ne deus tuus liberare te a
leonibus? Qui ait. Deus meus misit angelum
suum 7 conclusit ora leonum. quia non est in
venta in me iniquitas. Forte quia videt an
gelum vocat. hec est prope visio. Et eductus
est danyel in nullo lesus. Et dixerunt qui accu
sabant eum. solo dei providencia hoc factum est sed quia
saturati erant leones. Tunc rex iussit leo
nibus multas carnes apponi eisque saturatis
accusatores danyel misit in lacum cum
uxoribus 7 filiis. 7 non pervenerunt usque ad
pavimentum donec arriperent eos leones et
omnia ossa eorum comminuerunt. Tunc scrip
sit darius in universo regno suo dicens. pave
ant omnes deum danyel. ipse est enim deus vivens
7 eternus in secula. Et egrotavit danyel
per dies plurimos. Cum surrexisset facie
bat opera regis. Forte mausoleum in echba
thanis quod adhuc manet ut dicit Iosephus. ita mi
rabile ut eadem die qua conspicitur putetur
esse constructum. Ibi sepeliuntur reges me
dorum 7 persarum partim 7 parthorum. 7 cui curam illi
committit sacerdos est iudeorum. Octava visio
Sequitur viij. visio danyelis ·ix·
danyel. In anno primo darij filij
asweri qui 7 astyages dicitur qui imperi
gavit super regnum chaldeorum ego danyel
intellexi in libris. Ieremie. ut complerentur
.i. ad completionem desolationis
ierusalem anni .lxx. Et oravi dominum in ieiunius
7 sacco 7 cinere dicens. Iuste es domine. peccavi
mus iniquitatem fecimus 7 adduxisti eam super
nos. Avertatur obsecro ira tua a civitate
tua ierusalem 7 a monte sancto tuo. Unde facie
tua super sanctuarium tuum quod desertum est. Exau
di domine. placare domine. attende 7 fac. ne
moreris. Adhuc me loquente. Ecce vir ga
briel tetigit me in tempore sacrificii vesperti
ni 7 ait. Ab exordio precum tuarum egressus
est sermo liberationis adeo. ego autem veni ut
indicarem tibi eam 7 quedam alia. quia vir
desideriorum es tu. Tu ergo animadverte
visionem 7 sermonem intellige. Tunc apparuit
ei liberationem futuram per christum forsan immi
nente pro qua orabat differt quia post

dicet de eā exauditū ē. Noli me tīe. Addit
ꝗ de destructōne ꝑ romanos. lxx. ebdomad͛s
abbreuiate sūt sup ꝑplm tuū ⁊ sup urbem
scām tuā. ut ꝯsumetur ꝑuaricacō ⁊ finem
accipiat pcm̄ ⁊ deleatur iniqtas. ⁊ adducat
ꝰ iusticia sempitn̄a. ⁊ impleat uisio ⁊ ꝓphes
⁊ ungatur scūs scōꝝ. Scito ergo ⁊ aīaduerte
ab exitu sinonis ut itm̄ edificet ulm̄ usqꝫ
ad xpm̄ ducē. ebdomades. vii. ⁊ ebdomades
lxii. erunt. Hus uerb. x. incarnacōnem
designat angls q legem ⁊ ꝓphas imple
uit pccā tulit ⁊ iusticiā adduxit. ⁊ unct
oleo leticie ꝑ ꝯsortib suis. Et ꝓposuit eb
domades nō dieꝝ s annoꝝ. ut. vii. anni
sit ebdomades una. Abbreuiatas u dr
ut intelligam annos lunares q breuio
res sūt solarib. xi. dieb. lxx. s. ebdoma
des annoꝝ solariū faciūt annos. ccc.
xc. Est ergo sens q ab exitu sinonis ut
reedificentur ulm̄ usqꝫ adducē xpm̄.
fluxerūt ānī. ccc. xc. lunares. Cepit
eī beda nuare. a. xx. anno regni arth
axxis inq neemyas pincna eī īpetrā
uit abeo ut restitueret muri ulm̄. Et
restitutū eos inuitā angtā. ab illa īquā
ltīa a rege accepta usqꝫ ad x. passionez
fluxerūt anni lunares. cccc. xc. Et
hāc sumā annoꝝ ꝯputat ꝑ suma reg
q descendūt usqꝫ ad. xviii. āuū tyberii
cesaris. ⁊ statim modicū inserit da
nyel de reedificacōne fca ꝑ neemyam
dicēs. ⁊ rursus edificabitur plateq ⁊ mu
rī in angustiā temporꝫ. De. lxx. u ebdo
madib seꝑauit danyel ultimā dicens
Confirmabit aūt pactū multis ebdo
mada una. q intelligend e de tribus
annis ⁊ dimidio q ꝑdicauit x. ⁊ q plu
rib ꝑmisit ꝯfirmauit. Nam in tercia
ni ⁊ dimid hui ebdomadis nouissime
ꝑdicauit qn baptizat e x ⁊ i dimidi
eidem ebdomadis residuo. certā finem
deficiet hostia ⁊ sacrificiū. i. ueniente
ueritate. cessabūt umbre. ⁊ ī templo
erit abhoīnacō desolacōnis. i. abhoī
nanda ⁊ desolata erūt sacrificia ꝑt
mortē x. ⁊ usqꝫ ad fine durabit s
desolacō. Sup li in litā posuit danyel
tpē mortis x. dicēs. Et pt ebdoma
des. lxii. s. claudi. ⁊ vii. nouissima
quam iudas ꝑtes diuisim occidetur
xpc. ⁊ nō erit eius ꝑpls q eū negaturus
est. Dixerūt. n. nō hēm regem nisi
cesarē. ⁊ alibi. Hunc nescim unde
sit. Qui u sequitur ciuitatē. ⁊ scūariū
dissipabit ꝑpls ad. lxx. ebdomades n
ꝑtinet s ꝑ ꝑhacō tpīe aduentus xp̄i
⁊ mortis ꝓphauit q ueniēm eius ꝑpls
q noluit eū recipe dicēs ⁊ dissipabit
ciuitatē ⁊ scūariū ꝑ romanos cū duce
suo uento. ⁊ finis eius uastitas. ⁊ ꝑt
finē belli statuta ꝑdo inetiū desola
cō. Et nō q ex duob q hic leguntur
s. ungetur scūs scōꝝ. ⁊ deficiet ho
stia sumit illud q soli īꝑeral uideris
Cū uenit scūs scōꝝ cessabit unctio
ura. Affricanꝰ hic euācacōni bede
prefectis Indye et Ethyopie et magistratibus
cxxvii provinciarum. Eadem nocte experge-
factus nocte ducebat in somnem et proponit
questionem tribus custodibus corporis sui quis de tribus
fortior videretur rex sive vinum et mulier pro-
mittens munera et honorem ei qui sapiencius inde
ret. Institutum coram satrapis et magistratibus
accesserunt illi tres. Et ait primus regem fortio-
rem esse ceteris. Cum enim homo prestet ceteris animanti-
bus rex prestat hominibus et ad nutum eius omnia fiunt.
Secundus autem pretulit vini fortitudinem quia
cum homo non prestet ceteris nisi animi fortitu-
dine vinum superat ipsam animi fortitudinem.
Zorobabel tertius mulierem fortiorem utrisque asse-
ruit nam et regibus et eis qui vitem plantant
mulieres vitam conferunt et alimonia vite
ad robur usque perducunt et pro mulieribus
homines animas ponere non timent. Retulitque
se vidisse Apemen concubinam cuiusdam regis alapas
regi imponentem. Cumque illa arrisisset re- .vi.
gi arridentem et ea molestata regem mole-
stavit. Super hec omnia veritatem dixit esse
fortiorem quia immutabilis est et sempiterna. Veri-
tas enim dei omnia creaverat et ad eius imperium
cuncta orbis regebantur et non ei resistere poterat.
Cumque omnes iudicassent fortiorem omnibus esse
veritatem dixit rex ad Zorobabel ut peteret
ab eo quod vellet. Et postulavit Zorobabel
fieri templi reedificationem et vasa eius remitti
in Ierusalem. Et gavisus est rex nam id ipsum memi-
nerat se vovisse. Et scripsit per epistolam principi-
bus suis trans flumen ut nullatenus impedirent
Iudeos sed de superlectili regis iuvarent eos dan-
tes eis per singulos dies hostias similiter
vinum et sal et offerrent ea deo celi et orent
pro vita regis et filiorum eius. Et addidit. Qui
hanc mutaverit iussionem tollatur lignum
de domo ipsius et configatur in eo. Domus autem eius
publicetur. Ego Darius statui decretum quod
studiose impleri volo. Remisitque Darius
vasa domini per manum Zorobabel. Qui rediens
faciens per Chaldeam et tribubus suis
mandata regis patefecit. Et ascende-
runt multi cum eo Ierusalem. Igitur anno ii Darii
mense vii instabant operi et compleverunt

illud anno vi. darii qui erat xlvi. reg
ni persarum. Et quod dicitur est in evangelio xlvi. annis
edificatum est templum hoc, a prima linea incepta
quam dedit cyrus redeundi et reedificandi
templi usque ad vi. annum darii quo consum-
matum est tot anni fluxerunt. Et mortuus
est aggeus et sepultus iuxta sacerdotum monu-
menta. Convenerunt autem filii israel ad de-
dicationem templi et dedicaverunt illud mense
xii. qui apud latinos marcius dicitur xxiii.
mensis. Et hec est ii. templi dedicatio in annalis.
Et celebraverunt filii israel phase secundum legem
domini. De archa autem quis et quando receperunt
eam incertum est. Sed scriptum est quod epyphanius
dicit eam usque ad diem iudicii non egressuram
de latibulo petre. Certum est quod hebrei instar
prioris edificaverunt altare. Nam inter ma-
nubias quas tulerunt romani de iudea
leguntur tantum lata archa cum candelabro
et mensa. Et mortuus est zacharias in senectu-
te bona et sepultus iuxta aggeum. Post
darium cum discessisset ab eo egyptus mortuus est.

R ome post exactos *Incidencia*
reges primum consules esse ceperunt a
bruto et iunio usque ad xv. lapidem
roma tenebat imperium. Inde tribuni ple-
bis et dictatores et iterum consules rem
publicam rexerunt usque ad iulium cesarem.
Pythagoras mortuus est rome. Ipse a metapon-
tinis facta sedicione discessit. *De xerse*

P ost darium xerxes filius eius successit
ei in regnum qui paterne volun-
tatis honorandi deum heres extitit. i. princeps
Eo tempore sacerdotum fuit elyachym
sive ioachym filius ihesu et erat iudea-
rum cura rei gerende penes sacerdotes
quam prius sub regibus et iudicibus fuerat. Hec
pit autem xerxes egyptum que a perse discesse-
rat et greciam vastavit. De cuius
fortitudine multa refert grecorum hysto-
ria. Sub hoc dicit Jo. hesdram venisse in iudeam
non sub artaxerse ipse dicit se ipsum venisse
post quem xersem regnavit arthabanus men-
sibus vii.

E o *Incidencia*
tempore natus est socrates. Lapis habens
formam capitum regum inaudite de
celo cecidit. *De artaxerse et hesdra*
P ost hec artaxerses qui et longimanus
nominatus est regnum persarum obtinuit.
Eo tempore hesdras aaronita

legem succensam a
chaldeis reparavit. No-
vos quoque apices litterarum
excogitavit qui faci-
liores ad scribendum
fierent et ad pronunciandum et promptior scriba
velox dictus est. Nec enim mirandum est si ipsum
et libros reparavit cum pluries in diebus nostris
psalterium et librum ympnorum et plures libros
hii deletos sciret reparare. Addidit et quedam
de suo sicut titulos psalmorum et plura que
leguntur in pentatheuco. Sicque utile quidam
qui satis illum intellexerit ipsum sibi transisse.

Q uidam tradunt
hesdram fuisse
iosedech patrem
iesu et mala
chye.

Tradunt quidam modum scribendi a dextra
in sinistram cum iudeis tradidisse cum prius
ad modum arantium scriberent unde et scrip-
tura exaratio solet dici. Scribebant enim a
sinistra cornu in dextrum et a dextro redeundo
scribebant in sinistrum. Forte illum modum
scribendi prefiguravit christus scilicet id ipsum quod in
fige in missa pro illa communi libri de dextera
in sinistram. Post hec hesdras invenit gratiam
in oculis artaxersis et petiit ab eo licenciam ascen-
dendi in ierusalem ut in lege quam reparaverat populum
suum erudiret. Dedit ergo ei rex licenciam rede-
undi et tradidit ei suam epistolam ad principes
suos trans flumen et ad custodes arche publi-
ce ut traderent hesdre sine mora quecumque
peteret ab eis usque ad argenti talenta c.
et ad frumenti choros c. et ad batos olei
c. sal vero sine mensura. Ministros vero templi
sacerdotes levitas cantores ianitores et
nathynneos ab omni vectigali tributo
et annonis absolvit. Dedit quoque hesdre pote-
statem amovendi et constituendi iudices
et presides trans flumen secundum sapientiam suam et puni-
endi contumaces sive in morte sive in exilium
sive in condempnacionem substancie vel etiam in carcerem.

H anc epistolam legit hesdras iudeis in ba- · viii ·
bylonia constitutis. Exemplum vero eius misit
ad filios israel qui erant ultra montes caspy-
os et venerunt de eis ad hesdram sacerdotes
et levite et de nathimeis ccxx. Et
fuerunt cum eo mille dcc. Et egressi sunt
anno vii. regis artaxersis de babylonia
primo die primi mensis et convenerunt ad
flumen quod decurrit ad anna. Jo. dicit
iuxta castrathen vel castrathis rivulus
et manserunt in tribus diebus. Et predicavit
eis hesdras ieiunium ut affligerent se

Marginalia:

Tunc (?) legitur dominus dicit ... fecit
... consumacionem
... in septembri
... ii ... x ... auctor
... zorobabel. Tercia ...
iudas machabeus ...
die septembris. De ...
... dicit ...
fecit ...

i. princeps

· vii ·

... fluvii ... / ... in ... (marginal note, right)

coram Domino et peterent ab eo viam rectam et
securam. Erubui enim Hesdras petere a rege ducatum
tum in via dicens: Manus Dei nostri est super omnes qui quae-
runt eum. Et separavit Hesdras duodecim de sacerdotibus
xii. quibus commisit vasa Dei et munera que mittebat
rex in Ierusalem et principes eius et populus. Et venerunt
in Ierusalem mense v. et siluerunt tribus diebus. Quarta
die obtulerunt in domo Dei que secum tulerant offe-
rentes holocausta in gratiarum actione. Dederunt-
que epistolam regis ducibus trans flumen qui honoraverunt
populum et domum Dei.
·ix· Tunc accesserunt ad Hesdram principes Israel
dicentes: Non est separatus populus Israel a popu-
lis terre. Tulerunt enim de filiabus eorum sibi et filiis
suis uxores. Manus quoque sacerdotum et principum et ma-
iorum in hac fuerat transgressione. Tunc scidit
Hesdras vestimenta sua et flens et orans sedebat
mestus usque ad sacrificium vespertinum. ·x· Tunc
accesserunt ad eum principes dicentes: Surge tu-
um est discernere quid agendum. Manus nostra erit tecum.
Tunc adiuravit Hesdras sacerdotes et principes
et levitas ut expellerent universas uxores alie-
nigenas et eos qui de eis nati erant. Et missa
est vox ad omnes filios transmigrationis. Et conve-
nerunt in Ierusalem in tertia die. Et mense ix. qui december
apud latinos dicitur xx. die mensis. Et surgens
Hesdras criminabatur illos qui contra legem Dei semen
sanctum commiscuerant semini incircumcisorum et oportere
ut abicerent uxores. Et dixit multitudo: Populus
est multus et tempus pluvie et non sustinemus sta-
re foris et opus hoc non est unius diei vel duorum.
Eligantur principes et tractent punitionem Israel et apud
quoscumque inventi fuerint mulieres alienigenas ei-
ciant eas et mundentur. Et inventum sunt in Ierusalem
primo apud filios Ihesu filii Iosedech et fratres eius
et statim eiecte sunt. Secundum hoc credendum est
Ihesum magnum sacerdotem habuisse alienigenam
et quod ostensus est Zacharie sordidis
vestibus indutus ad filios eius referendum est, vel quia
cum pontifex esset populum non arguebat. Ideo ipsum
secundum punitum Israel et offerebat unusquisque
apud quem inventa erat hec transgressio ari-
etem pro declinatione peccati.

Et factum est in anno xx. regis Artaxersis
erat pincerna regis Neemias de fili-
is captivitatis. Qui dum esset in Susis cas-
tro audivit peregrinos hebraice loquentes
et accedens sciscitatus est ab eis de statu Iude-
e et Israel et accepit ab eis urbem esse sine
muris et civitatem in ea populum Dei in afflictione

nam per dies sustinebat impetum hostium et noc-
tibus intrabant latrunculi et plateas implebant
cadaveribus occisorum. Et flevit Neemias ·ii·
et cibum desiderabilem non comedit nocte et
die clamans ad Dominum. Cumque staret in mensa
et levaret vinum regi apparuit quasi languidus
ante eum. Et ait rex: Quare tristis es cum non ve-
re malum lateat in corde tuo? Et ille tremens:
Quia civitas patrum nostrorum deserta est. Si bonum
est tibi, mitte me et reedificabo eam. Et ait
regina que sedebat iuxta regem: Quando reverteris?
Et constituit ei tempus revertendi. Hec fuit
regina Hester ut quidam dicunt. Tradiderunt
enim in diebus Hester hystoria illa occurrit. Non enim
Hesdras in volumine suo posuisset. Et dedit
rex Neemye epistolam ad principes trans flumen
in qua mandabat de honore exhibendo Ne-
emye tamquam duci et legato misso a latere
eius et de impendiis urbis reedificande. Et
misit cum eo principes militum et equites. Et
tristitiam faciebat populo Babylonie multos de filiis
captivitatis secum reducere. Et venit Ierusalem
xxv. anno regis Artaxersis. Porro in Ierusalem e-
rat summus sacerdos Elyasaph Ach. filii Ioachym.
Et solus Neemyas tribus diebus et noctu surgens
cum paucis circuibat ruinas murorum consi-
derans qualiter reedificari possent. Quarta die lo-
cutus est ad multitudinem: Venite et edificemus
muros Ierusalem et non simus ultra in obprobrium gen-
tium. Manus enim Dei nobiscum est et verba regis que
locutus est mihi. De reedificatione Ierusalem. ·iii·

Et surrexerunt sacerdotes et edificave-
runt portam gregis. Alia translatio habet
edificaverunt portam probaticam
piscine. Hec est porta iuxta templum per quam in-
ducebantur greges ad offerendum. Hec alibi
turris gregis dicitur. Fuit autem alia turris gregis
in via Bethleem ubi Iacob pavit pecora
sua et pastores vigilantes super gregem
suum viderunt multitudinem militie celestis.
Secundo filii Asanaa edificaverunt portam
piscium et statuerunt valvas eius et seras et
vectes. Hec respicit Ioppen et Dyapolim
per quam inferebatur copia piscium. Hec secundum Io-
sephum dicitur porta David. Tertio edificave-
runt portam veterem pigmentarii et aurifi-
ces. Vestigia enim ibi erant a diebus Iebu-
seorum et Melchisedech. Quarto portam
vallis que secundum quosdam ducit in vallem Iosaphat edifi-
caverunt filii Zanoe. Quinto edificave-

portam sterquilinij melchias princeps uici beth
carem . portam per quam sordes ciuitatis
effluebant mundantibus fluuijs in torren-
tem cedron . Sexto edificatur porta fon-
tis princeps pagi maspha . et muros piscine
syloe . Muros autem inter portas edificauit
ipsis principes et ciuitates unaqueque secundum possibi-
litatem suam . Recte mouetur si alia nomina por-
tarum inueniat quam forte in interiori muro fuerunt
uel aliquando de posteris alia portas sortite sunt
uocabula . Nam porta negociatorum forte
porta est gregis in qua negociatores erga
festa sua posuerunt ob templi uicinium
Sed et porta iudiciaria potuit esse porta
uetus que in fronte ciuitatis preeminebat
. porta uero aque et equorum potuit esse porta fontis
. porta uero equorum non fuit porta ciuitatis
sed statiua erat ante atria templi usque ad
quam ascendere equestribus licitum erat . Porro
neemyas cum suis instabat operi . ut
sompno aut cibo similiter utebatur . sed sub incer-
titate consummatum est opus per annos duos et iiij
menses sed in multa angustia et pluribus impedimen-
tis . Primo non finitime naciones in manu
forti aggrediebantur eos . Neemyas in me- ·iiij·
diam partem populi armatam statuit circa ciuita-
tem ut sustinerent impetus aggredientium
alia in media parte edificabat una ma-
nu ponentes lapidem et altera gladium te-
nentes . Porro secundum inuenit impedimentum ·v·
Orta est in fames intus et obligauit
se populus debitoribus usuris . sed et agros ui-
neas et oliueta uendere compulsi sunt . [Ua]-
de et filios et filias uenundare in seruos et
conuocata multitudine compulit neemyas
diuites et magistratus remittere usuras
et restituere uineas et agros et seruos quos
emerant . excuciens sinum suum dixit . Sic ex-
cuciat deus omnem uirum qui non impleuerit
uerbum hoc . Et dixit uniuersa multitudo . amen
Impensas annonas quas regi debebant condona-
uit . Et cum dux missus esset a rege tamen ·vj·
annonas que ducibus debebantur non comedit
a prima die qua egressus est a rege usque dum re-
diit ad eum . Tertium tamen huius impedimentum
quod principes tirus flumina qui inuidebant
quod construxit munibus quosdam de senioribus
qui erant in ierusalem ut eum morti traderent
Sed cum nequiret eum uarijs terrebant rumo-
ribus ut sic ab opere cessaret dicentes . Multi

coniurauerunt ad usum te . uade et absconde
ab eis . Rursumque dicebant . Delatum est ad
regem ut uelis rebellare et te facere regem iudeorum
noli crispare dignum tuum . Cumque multa fin-
gerent in hunc modum non preualuerunt quia manus
domini erat cum eo . De inuencione ignis
[P]ostquam autem edificatus est murus quidam re-
uersi erant habitantes in ierusalem precepit nee-
myas ut clauderentur porte antequam sol oriretur
non aperirentur ante calorem solis . Cumque in mense
mensis septimi quod fere apud eos tempus sollempnius est
conuenerunt in ierusalem quasi uir unus . Et accepit
neemyas quod non habebant ignem de celo uigiliam tra-
ditum et a senioribus quos semper in diebus capti-
uitatis absconditum stipites altaris et plu-
nas in fouis uel in ualle iosaphat . Cumque
uenissent ad locum eundemque inuenerunt puteum et in-
uenerunt stipites et prunas altaris et aquam
crassam . Et collocantes super strue lignorum
et hostias que erant super altare precipitauerunt
et erupit ignis . Et appellauit neemyas hunc
diem nephar quod interpretatur purificacio . Alij
dicunt nephy . Et orabant sacerdotes iona-
tha incohante ceteris respondentibus . Neemyas
quasi specialem condidit oracionem . De obseruatio- ·vij·
[P]orro prima die ne tabernaculorum
[s]cenophegie conuenerunt hesdras
ut afferret librum regis et lege-
ret coram populo . Stetitque hesdras super
gradum ligneum quem fecerat ad loquendum in uia
portam aquarum id est portam atrij secus quam
erant leuites et legit domino mane usque ad
mediam diem . Leuite uero xiij silencium
faciebant in populo . Flebat autem omnis populus
Et dixit ad eos hesdras . Nolite contrista-
ri quia sanctus dies dies domini est . Sed ite comedite
pinguia et bibite mulsum et date partes eis qui
non parauerunt sibi . Cumque redissent in die se-
quenti inuenerunt in lege preceptum esse ad inquirendum ut
habitarent filij israel in tabernaculis mense vij in
die sollempni . Et mandante hesdra egressi
sunt et tulerunt frondes oliue et ligni pul-
cherrimi myrthi palmarum et fecerunt sibi
tabernacula in tectis et domibus suis et in atrijs
domus dei quod non fecerant a diebus iosue filij
nun . Et obseruatum est deinceps in usque
in hodiernum diem . Die uero viij fecerunt
collectam iuxta ritum stantes ut quasi
et terciam partem diei per annum et oleum et pa-
nes propositionis ad ligna et sacrificia sempi-

.x. tertia in diebus festis et per ordinem. In die autem xxiiii quia
audierant in lege Ammonites et Moabites
non intrabunt ecclesiam Dei, separaverunt ab ecclesia
alienigenas, et in mundatione sui statuerunt
institui generale ieiunium, ut affligerent animas
suas homines et iumenta usque ad pilos septenes.
Et convenerunt octies ad audiendam legem quater in die
et quater in nocte. Lectione terminata prosternebant
se adorando, et fiebat confessio super eam, et tandem
benedictio sacerdotalis. Ex hiis ut dicit Beda ecclesia tra-
xit exemplum. Nam et super gradus legentes et levite
clamantes fecerunt hoc, et octies convenit ad ecclesiam
et sine tempore eo modo quo illi. Septies enim in noc-
te surgunt ad nocturnos psalmos. Media noc-
te surgebam etc. In die vero septies psallunt psallis
Septies in die laudem dixi tibi. Singulis autem horis
quasi legitur lectio. quod est capitulare dicimus. Post quod pst-
nunt ad preces in diebus profestis et sequitur oratio
cum benedictione. De dedicacione muri et obitu

Post hoc vidit Neemyas. Neeme. xi.
urbem vacuam fere habitatoribus, rogavit
optimates ut habitarent in urbem, et bene-
dixit eis qui se sponte obtulerunt. Reliqua vero multi-
tudo misit sortem, et decimum caput fecit habi-
.xii. tare in urbe. Et post aliquod tempus congregati sunt in urbe
ad dedicationem muri, et ascendunt sacerdotes
et levite et cantores cum musicis instrumentis
et psallentes incedebant per murum. Hesdras vero
precedebat. Neemyas et optimates sequebantur. Alteram
partem muri incedebant psallentes reliqui,
et multitudo sequebatur eos super terram, et ducebant
choros. Hiis completis rediit Neemyas ad
regem anno xxxii regni sui. Et mortuus est
Hesdras in senectute veneranda, et cum multa
liberalitate sepultus in Ierusalem. Hunc quidam Hebreorum
autumant fuisse Malachyam, quia Malachy-
as post regressum captivitatis natus est in Iudea in
Sophys. Qui ex optime vite fuit et aspectu
decorus, populus appellavit eum Malachy, id est angelum.
Tradunt etiam quod quando prophetie dicebant, eadem die
apparebat angelus in specie hominis qui eadem verba iterabat. Et mortuus est cum
adhuc iuvenis esset, et sepultus est in agro
suo. Post decem fine dierum suorum rediit Ne-
emyas in Ierusalem ex beneplacito regis, et intel-
lexit multa mala que fiebant in eo. Sacer-
dotes enim et in diebus suis sive non habitabant
in gazophilaciis circa templum, sed in domibus
propriis cum omni domo sua, et custodiam usque ex-
dum posuerant in domibus secretis a templo.
.xiii. Et edificavit de ipso gazophylacia in
quibus excubarent sacerdotes et reponentur decime
earum. Preterea vidit per calcantes torcularia
in sabbato et inferentes in urbem vinum et uvas
ficus et omne honus. Gentes quoque inferebant pi-
sces et venalia et vendebant in sabbatis filiis
Iuda. Et obiurgavit optimates dicens:
Cur prophanastis diem sabbati et induxistis
iram Dei super nos et civitatem hanc? Et admi-
ravit eos de custodia sabbati, et precepit
claudi portas in sabbato ne intrarent ne-
gociatores, et manserunt extra urbem semel
et bis. Et contestatus est eis Neemyas quod si
de inceps venirent manum mitteret in
eos, et recesserunt. Et fecit Neemyas
in urbe bybliothecam congregans libros
regum et prophetarum et David et epistolas regum de
donariis. Et pro hiis omnibus que fecerat oravit
Neemyas ad Dominum dicens: Memento mei
Deus meus in bonum. Hucusque supra est series
hystorie ab annalibus Hebreorum. Que vero
post hec apud Iudeos gesta sunt de scriptis
Io. et Affricani exhibentur et de libris Mach-
abeorum, quos quidem ab Hebreis scriptos autu-
mant, quidam a Grecis. Et mortuus est Neemy-
as vir benignus, et sepultus est iuxta murum quem
edificaverat. Incidencia.

Post Artaxersem regnavit Xerses ii
mensibus. Post quem Sogdianus mensibus vii.
Post quem regnavit Darius
in cognomento nothus. Sub quo
Egyptus recessit a Persis.
Post Darium regnavit Arta-
xerses qui cognominatus est Memnon
Darii et Parasitydis filius.
Hic ab Hebreis dicitur Asuer
sub quo hystoria Hester
scripta est. De Hester.

Ea etate Sol
Socrates floruit et
ignis de Ethna
erupit. Plato
natus est. Ypocras
medicus claruit.
Dyonisius in Sicilia
tyrannide
exercuit.

Librum Hester transtulit Ieronymus ad peti-
cionem Paule et Eustochii de
hebreo in latinum. Et quia igitur
corruptus erat per varias editio-
nes revelavit eum de archivis Hebreorum
et diligentius transtulit de verbo ad verbum. Reg-
navit Asuerus ab India usque ad Ethyopiam
super cxxvii provincias, et erat in Susis civita-
te solium regni eius. Tercio igitur anno imperii
sui fecit grande convivium cunctis principibus
et inclytis in diebus provinciarum coram se clxxx
diebus in domo illa mirabili, de qua legitur
in hystoria Alexandri, cuius columpne erant

argentee. tectum instar firmamenti et cam-
eratum hinc gemmas diversi coloris in figuram
siderum et signorum depositas. Post hos dies con-
vivii invitavit omnem populum qui erat in Susis, et di-
scubuerunt extra domum .vii. diebus in vestibu-
lo orti deliciarum. In orto erat vinea habens
vites argenteas et palmites aureos, et bo-
tros ex varietate gemmarum distinctos. Su-
per convivantes extensa erant tentoria que
appendebantur columpnis argenteis et mar-
moreis, eburneis circulis inserta, similiter
bissinis atque purpureis. Lectuli quoque au-
rei et argentei dispositi erant super pavimen-
tum smaragdino et vario stratum lapide.
Bibebant autem omnes in aureis poculis vinum
optimum et habundans. Nec erat qui nolentes
cogeret ad bibendum, quia id moris erat apud
Persas. Vasti quoque regina fecit convivium
feminarum in palacio regis. Die autem .vii. cum
rex incaluisset mero, precepit .vii. eunuch-
is ut introducerent reginam in decore suo ut
ostenderet omnibus pulcritudinem illius. Que
ad imperium regis venire contempsit. Et
iratus rex consuluit .vii. sapientes qui vide-
bant faciem regis, cui sententie Vasti subiceret.
Et ait Manucham: Non lesit te solum Vasti
sed et omnes viros regni tui, nam eius exemplo
mulieres parvipendent imperia virorum. Eg-
rediatur ergo edictum a facie tua ut ultra
Vasti non ingrediatur ad regem, sed altera meli-
or regnet pro ea. Et erit edictum per omnes
provincias per plateam regis. Et dixerunt pu-
ii regis ad eum. ¶ Querantur virgines re-
gi puelle speciose et tradantur Aggeo
eunucho ad custodiam, et accipiant mun-
dum muliebrem, id est vestes et cultum et ornatum
vii. et multos talium mundibus uros voca-
mus. et quecumque oculis regis placuit regnet
pro Vasti. Placuit sermo regi, et iussit sic
fieri. Erat tunc in Susis iudeus vocabulo
Mardocheus de tribu Beniamin qui descenderat cum
transmigratione Iechonie. Hic erat nutri-
cius filie fratris sui Edisse, que et Hester vocabatur. Quam
orbatam utroque parente Mardocheus adoptavit
sibi in filiam. Hec inter ceteras tradita est eu-
nucho, nec indicavit populum suum, sic enim man-
daverat ei Mardocheus. Et invenit gratiam
in oculis eunuchi, et acceleravit ei cultum
muliebrem, et dedit ei .vii. puellas ut eam
ornarent et excolerent. Porro vir-

gines .xii. menses ungebantur: oleo mir-
tino .vi. et aliis .vi. quibusdam pigmentis et aro-
matibus utebantur, ut per annum ingrederentur
ad regem, et que veste induebat egredieba-
tur mane, nec poterat redire nisi rex ex nomine
iussisset eam venire. Mardocheus autem ambula-
bat in vestibulo domus regie curam agens
salutis filie. Tandem instabat dies quo
Hester filia Abyel intrare debebat ad regem.
Hec quesivit ab Aggeo cultum muliebrem,
sed posuit in voluntate eius qui tenebat puellas
dare quecumque peteret. Et introivit ad
regem anno .vii. regni ipsius mense .x. qui hebra-
ice dicitur Thebet, latine Ianuarius, et invenit
gratiam apud regem, et fecit eam regnare
pro Vasti, et celebravit nuptias per mensem,
et mandavit per eos qui aggarii dicuntur id est cur-
sores regem in universo regno per tempus
nuptiarum. Mardocheus autem qui frequentius
morabatur in Babylonia, unde et adducta
fuerat Hester, transtulit se in Susis. Eo tempore
irati sunt regi duo eunuchi ianitores, et machi-
nabantur ut occiderent eum, quod non latuit Mardoch-
eum, et indicavit Hester, et illa ex nomine Mar-
dochei detulit ad regem. Quesitumque est et
inventum, et appensi sunt in patibulo, et traditum
est coram rege in annalibus in quibus reges acta
causa sui temporis redigebant. ¶ Post hec iii
Asverus exaltavit Aman Amalechytem
qui erat ex stirpe Agag quem Samuel trucidavit.
Et adorabant eum omnes servi regis preter
Mardocheum, qui iuxta patrias leges coram eo
genua non flectebat. Quod attendens Aman
indignatus est, et accipiens eum hebreum esse, ait
propter hoc sibi flecti genua. Hic autem suus de-
dignatus et disposuit perdere iudeos qui erant
in regno Asveri veteri motus odio, quia iudei
deleverant Amalechitas. .xii. itaque anno
regni Asveri mense primo missa est sors in
urnam que hebraice dicitur phur coram
Aman, quo die et quo mense gens iudeorum debe-
ret interfici. Et exivit mensis .xii. Tunc
ait Aman ad regem: Interest regis sive
pace. Loquitur autem pacis est dissimulatio.
Est gens in regno tuo dissimilis ceteris, novis
utens legibus, insuper et regis scita contempnens.
Expedit et ut non insolescat. Decerne
ergo ut pereat, et ne dispendium sentias
in tributis, .x. talentorum appendam arca-
riis gaze tue. Tulitque rex anulum

quo urgebatur. Et dedit illi aman dicens. Ar-
gentum tuum sit. et de populo age quod tibi placet. Tunc
scripsit aman ex nomine regis litteras anulo re-
gis designatas in omnes provincias ut occiderent
iudei a puerulo usque ad senem. et bona eorum
diriperentur. xiii. die mensis xii. Statimque
iussit suspendi edictum. Quod cum legissent iu-
dei fleverunt. Sed et mardocheus induitur sacco
et aspersus cinere magna voce eiulabat pro fori-
bus palacii. Non enim licebat indutum sacco in-
trare palacium. Quod cum accepisset hester contri-
stata est. et misit ei vestem qua indutus intraret
ad eam. quam accipere noluit. Sed significavit ei
per eunuchum causam fletus. et exemplar edicti quod
pendebat in susis misit ei. monens eam ut in-
traret ad regem et supplicaret ei pro populo suo
Que ait. Iam xxx. dies non sum vocata ad
regem. Decretumque est ut qui non vocatus accesserit
moriatur. nisi forte rex auream virgam intenderit.
Rursus mardocheus ad eam. Quis scit utrum
ideo ad regnum veneris ut in tali tempore pare-
reris. Si nunc silueris per aliam liberabit deus populum suum
et tu et domus patris tui peribitis. Tunc man-
davit hester mardocheo ut omnes iudei qui erant
in susis per triduum ieiunarent et orarent pro ea
sed et ipsa ieiunavit. Die autem tercia. induta
regalibus stetit in atrio domus ante basilicam re-
gis cum duabus puellis. quarum una incubentem
sustinebat. altera sequens longitudinem
vestis summis digitis deportabat. At ille
sedebat super solium contra hostium domus. Qui cum
respexisset eam torvo vultu collapsa est. Cumque
vidisset hester lapsam placavit ei. et extendit
contra eam virgam auream. Que surgens et acce-
dens osculata est summitatem virge. Et ait rex.
Quid vis hester? Etiam si pecieris dabitur tibi
Et illa. Obsecro ut venias ad me hodie. et
aman tecum ad convivium. Et surgens venit
ad eam. et fovens eam in gremio consolabatur
dicens. Noli timere. pro subditis lex data est. tu
vero mecum regnas. Veneruntque ambo ad con-
vivium regine. Cumque rex bibisset habun-
danter ait. pete quod vis hester. et impetrabis
Que ait. Obsecro ut venias cras rex et aman
et indicabo ei cor meum. Egressus est itaque
aman letus. Cumque vidisset mardocheum
non assurrexisse sibi indignatus est. et convo-
catis uxore et amicis exposuit eis omnem
gloriam suam. addens quod cum solo cum rege invita-
verat hester ad convivium. veritatem se h-

hec reputabat. si diu vivet mardocheus
Et dixerunt ei. Iube parari trabem .l. cubitorum
et suggere regi ut appendatur mardocheus
in ea. et sic ibis letus cum rege ad convivium. Et
paravit eam. Nocte illa rex duxit insompnem
et iussit sibi legi annales. Et venerunt ad
locum ubi scriptum erat quod mardocheus nunciave-
rat regi factionem eunuchorum. Et ait rex. Quid
honoris consecutus est mardocheus pro hac fide?
et dixerunt ei. Nichil. Et quesivit rex quis esset in
atrio. Et dixerunt pueri. Aman. Ipse enim intra-
verat ut suggereret regi de morte mardochei
Cumque vocatus intrasset aman dixit rex ad
eum. Quid debet fieri viro quem rex honorare vult?
Qui cogitans pro se dicentem esse. ait. Debet indui
stola regia. et coronari dyademate. et sedere
super equum regis. et primus de principibus teneat
equum. et per civitatem incedens clamet. Sic honora-
bitur quem rex voluit honorare. Dixitque ei
rex. Festina et fac ut locutus es mardocheo
cave ne quicquam ex hiis pretermittas. Et fecit aman
mardocheo ut locutus fuerat. Qui prius renue-
bat putans sibi illudi ab aman. sed veritate
cognita assensit. Et rediit mardocheus
ad fores palacii. Aman vero festinavit ad do-
mum lugens et operto capite. Et dixerunt ei ami-
ci eius. Si de semine iudeorum est mardocheus
ante quem cadere cepisti. non poteris ei resistere. sed ca-
des. Et ecce nuncii regis compellebant eum in-
trare. Et intravit cum rege ad convivium. Et ait
rex. Pete quod vis hester. Que ait. Dona mihi
animam meam et populum meum ne pereant. Vtinam
in servos venundaremur. et gemens tacerem. Et
ait rex. Quis est qui hec audeat facere? Que ait.
Hostis noster iste est aman. Quod ille audiens
obstupuit. Rex autem iratus surrexit. et intra-
vit in ortum. Aman vero supplicabat regine
pro anima sua. Cumque reversus esset rex reperit aman
corruisse super lectulum in quo iacebat hester
et ait. Etiam reginam vult opprimere me presente
Et dixit arbona eunuchus. En lignum quod pa-
raverat mardocheo stat in domo aman. Et
ait rex. Appendite illum in eo. Et suspen- ·v·
sus est aman in patibulo. Et dedit rex hester
domum aman. Et ingressus est mardocheus
ad regem. confessa est enim hester quod patruus eius
esset. Et dedit rex mardocheo anulum
quem ab aman recipi iusserat. Hester autem
constituit mardocheum super domum suam. Que
iterum flens procidit ad pedes regis suppli-

caus ut uerteret litteras quas scripserat Aman
contra iudeos nouis epistolis irritaret. Et acq-
uieuit rex. Et scripsit mardocheus litteras a-
nulo regis sigillatas ad principes pro-
uinciarum ne occiderent iudeos immo illos qui
parati erant ad occisionem iudeorum interfice-
rent iudei et multi principum eorum cum eis.
·vi· Et factum est nomen iudeorum celebre ita ut
plures de gentibus religioni eorum iunge-
rentur. Et recordatus est mardocheus sompnii quod
uiderat et interpretacionem eius intellexit. Et
hoc erat sompnium. Apparuerunt ei uoces
et tonitrua et terremotus super terram. Et ec-
ce duo dracones parati contra se in pugnam
ad quorum clamorem naciones excitate sunt
ut pugnarent contra gentem iustorum. Et fuit
dies illa tenebrarum et discriminis. Et contur-
bata gens iustorum clamauit ad deum. Et
ecce fons paruus creuit in flumen maximum. Et or-
ta est lux magna et humiles exaltati sunt
et deuorauerunt inclitos. Porro in ipsa littera
quam scripsit pro iudeis excusauit se rex in
hunc modum. Ne putetis si diuersa iubemus
ex animi leuitate uenire sed pro qualitate tempo-
rum ferre sententiam ut rei poposcerit utilitas. Ca-
ta sublimatus a regibus honore collato abu-
sus est in superbiam et ipsos qui dederunt mo-
liri insidias. Aman ex animo et gente ma-
cedo et ex obliquo maculans gentem persarum a-
deo intumuit ut regno nos priuare nite-
retur et spiritum nostrum et mardocheum cuius fide ui-
uimus et consortem regni hester cum omni gen-
te sua nouis machinacionibus expeteret
ad mortem cogitans ut illis interfectis nostre in-
sidiaret solitudini et regnum persarum trans-
ferret in macedonas. Nos uero nutu dei su-
mi cuius beneficio patribus nostris traditum
est et usque hodie custoditum iudeos absoluimus
et hostes eorum interfici iubemus. Igitur xiii
die mensis xiimi percusserunt iudei hostes suos
plaga magna percucientes usque ad. xiiij.
xiiij. in die celebrauerunt conuiuia cum gau-
dio preclaras inuicem mittentes. Insuper
in interfecerunt d. uiros et in xiiij. die ob-
tinuit hester a rege ut adhuc occiderent in
susis hostes iudeorum et suspensi sunt x
filii aman et de aliis ccc. perierunt
et ideo iudei qui habitabant in susis duobus
diebus occisioni uacantes xv. die con-
uiuia celebrauerunt et hester mandauit

hester et mardocheus hos duos dies in nu-
mero sollempnitatum recipi et dies phurym id est sortium
obseruari a iudeis ut memoriam facti nulla
deleret obliuio. Hos dies tunc uocant. Ro-
gusatores eo quod iudei de morte in gaudium con-
uersi fuerant. Scripsit et mardocheus ad iuda-
sumit sacerdotem inter qui precio helya-
phath successerat ut dies isti sollempnes ha-
berentur in iudicem in sempiternum. Incidencia
In diebus asweri athenienses xxviiij. lus-
tra ceperunt cum antea xvi tantum uterentur
Senones galli duce brenno romam in-
uaserunt et ea excepto capitolio incensam
uastauerunt. vi. militibus tribuni instituere
posuli esse ceperunt. Obiit anaxagoras
physicus et eraclitus tenebrosus et democritus et so-
crates in carcere uenenum bibit. Dyogenes
et ysocrates claruerunt. Aristotiles audiuit platonem
xviij. annum agens. De ocho

Post asuerum regnauit artaxerses qui
ochus dictus est. Hic misit uagosum
prefectum uniuersis regionibus trans flumen.
Erat autem inter summos sacerdotes Iohannes qui
iude precio successerat. Erat autem frater
iohannis ihesus qui ad pontificatum aspirabat et
ipsa uagosi familiaritate preuenit. Qua
propter ihesus altercans in templo aduersus iohannem
adeo irritauit fratrem ut ipsum interficeret. Unde
uagosus indignatus ascendit in iherusalem. Cumque
prohiberent eum ab ingressu templi. Ait. Quomodo im-
dior sit ego cadauere quo templum iohannes.
Et ingressus templum spoliauit illud. Et in-
posuit iterum templi iudeis tributum et a-
nonas annis vii. A quibus per incliticum hester
absoluti fuerant. Porro artaxerses ochus
egyptum ad suum reuocauit imperium nep-
thanabo rege in ethyopiam pulso. Ita
egyptiorum regnum destructum est. Idem ochus
apodasmo iudeorum capta in hyrcaniam
accolas translatos iuxta mare caspium collo-
cauit.
Eo tempore Incidencia
Romani gallos superauerunt. Demoste-
nes et ysocrates claruerunt. Obiit
plato post quem speusippus tenuit achademiam

De dario filio arsa

Post ochum regnauit filius eius ~~arsam~~
arsamus et mortuo iohanne in iherusalem
successit ei filius eius iaddus in sacerdocium. Post
arsamum regnauit filius eius darius. Hic
prefecit regionibus trans flumen sanaballat

de gente chuteorum ex quibus samaritae descen
derunt. Erat autem Iaddo frater Manasses ad pon
tificatum anhelans, propter quod Ysarcha filiam Sa
naballe duxit in uxorem. Cumque ministraret
in sacerdotio, indignati sunt Ierosolimite et iube
bant eum recedere ab uxore, aut non accedere
in sacrificium. Itaque Manasses cum uxore tran
stulit se ad socerum suum, qui pollicitus est quod edifi
caret ei templum instar Ierosolimorum in monte
Garizim, sed hoc est sine regis Darii faciendum erat.
Interim accidit ei Abigaim quem in medie
tate inter Tyriorum insignus. Et transierunt
ad Manassen plures de Ierosolimitis, quibus Sana
balla pecuniam ministrabat, terram colen
dam deputabat, et hic accidit. Incidencia

Eo tempore Manlius Torquatus consul Romanorum
filium suum virgis cesum securi percussit, quia
contra imperium consulis cum hostibus pugnaverat et eum
expugnaverat. De Alexandro mag-

Per idem tempus Phylippus rex ·no

Macedonum insidiis peremptus est
a Pausania, trahente genus ab Ho
reste. Cui successit filius eius Alexander, XX annos
agens. Qui volens obtinere Syriam, transiit Hel
lespontum. Et congregati sunt adversus eum duces
Darii qui erant trans flumen, et super Granicum flu
vium expugnavit eos. Cumque percurrisset
Lydiam et Yoniam, pervenit ad loca Pamphy
lie. Tunc Darius filius Arsami, relicto eo, col
legit exercitum, et transivit cum Taurum montem
Cilicie. Taurus transiens in Ciliciam Taurum
transiit in Ciliciam. Macedones expugnave
runt. Tunc graviter Sanaballa putans quod
prius victoria occurreret Dario et edifica
tionem templi ab eo impetraret. Ipse quidem
longe minus a plus vacabat. Sed aliter quam
sperabat evenit. Nam victus est Darius a Mace
donibus, et capta matre eius et uxore et filiis
ad Persas fugiens remeavit cum paucis.
Tunc Alexander cepit aspirare ad monarch
yam orientis, et ingressus Syriam cepit Dama
scum, et subiugata Sydone Tyrum obsidebat.
Tunc Sanaballa eligens de suis VIII
milia Alexandro transfugit, auxilium dicens se libe
nter obsequi ei quam Dario, et quod loca sub potesta
te sua constituta ei traderet. Et gratanter susceptus
est ab Alexandro. Postea dixit ei se habere generum
Manassen fratrem principis sacerdotum
gentis iudee in Ierosolimis, et alios cum eo pre
sentes erga gentem, quos velle aiebat

sub eo templum construeret edificare locus quo
sitem Alexander destruxit, quia potencia iudeorum
in duo divisa non rebellaret. Concedente vero
Alexandro omni studio edificavit Sanaballa
templum et altare, quod permansit usque ad de
structionem factam per Romanos. Et in eo Ma
nassen constituit pontificem. Porro cum Alexander
erat in obsidione Tyri, scripsit ad principem
sacerdotum Ierusalem Iaddum ut sibi preberet
auxilium et exercitui venalia prepararet
et redderet ei tributa que prius Dario confere
bat. Et ait Iaddo se Dario sacramentum dedisse
se non eo vivente posse transcendere constitutum.
Tunc comminatus est Alexander genti iudeorum quod per eum
discerent quibus deberent constituta servare.
Tunc victis aggeribus Tyrum fecit obtinere.
Qui vastata Gazam obsedit, et mortuus
est Sanaballa. Alexander autem capta Gaza in
Ierusalem festinabat. Et timentes iudei
clamaverunt ad dominum et immolabant hosti
as, et Iaddo orabat pro gente. Cui post
sacrificium obdormienti precepit ei deus ut
confideret, sertisque civitatem ornaret et ipse
pontificalibus indueretur, et reliqui sacerdotes cum
eo legitimis stolis induti obviam eun-
tes Alexandro. Et surgens a sopore
oraculum omnibus indicavit. Audiens ergo
longe esse a civitate Alexandrum, processit cum sacer
dotibus et civium multitudine ad locum qui
saphyn appellatur, quod latine translatum spe
culum sonat, unde et Ierusalem et templum vi
deri potuissent. Et fecit omnia secundum preceptum omnium que
sequebantur regem. Nam Alexander intuens
antistitem pontificali stola insignem et
super cydarim laminam in qua scriptum erat
nomen dei descendit de equo et adiit eum solus
et nomen dei adoravit et pontificem veneratus est.
Et obstupuerunt principes exercitus et lu
dificatam regis mentem putaverunt. Solus
Parmenio quesivit ab eo cur sacerdotem gen
tis iudee adoraret et cetera. Non hunc adoravi
sed deum cuius principatum sacerdocii gerit. Nam
per sompnum deum vitali habitu conspexi ad
huc in Dyon civitate Macedonie consistens.
Dumque mecum cogitarem victurum Asiam pos
sem obtinere, iussit me confidere. Namque ipse ex
ercitum meum perduceret et principatum Persarum
mihi traderet. Nunc autem primo vidi in hoc
sacerdote ipsius effigiem et quam michi promisit
inveniendi confido. Et ipse deum adoravit

in veste indutus

et hominem uenerat sum. Et ingressus est urbem alex. et in templo sacrificauit deo secundum sacerdotis ostensionem. Et attulerunt ei danielem in quo scriptum erat quendam grecorum destructurum persarum potenciam. Et arbitratus de se scriptum esse gauisus est. Et in crastinum conuocans populum iussit petere quod uellet. Et ipsis petentibus concessit ut patriis uiuerent legibus. Et septimo anno esse sine tributis propter sabbatum terre. Et exiens ad alias ciuitates profectus est. Tunc samaritae uidentes eius munificenciam circa iudeos cognatos se esse iudeorum dixerunt originem suam ab effraym et manasse recensentes. Et postulauerunt ut templum eorum in garizim honoraret quod tradidimus se fecisse premissum. Cumque peterent ab eo relaxacionem septimi anni quesiuit quid essent. Et dixerunt se esse hebreos. Cumque adderet utrum essent iudei negauerunt se iudeos esse. Et rex. Iudeis tamen hec ego concessi. postea uos sub silencio transiuit quia alex. darium uicit. Et postquam consuluit arbores solis et lune et certa immunitate digna que preceptori suo aristotili per epistolam indicauit ad eum que circa ipsum diuina gesta sunt festinantes.

Arbores solis et lune et sol oriebatur et splendor summitatem arborum tangebat usque ad radices perueniebat. Et tunc responsum dabat interrogantibus. Quod alex. de uxore et suis recepit et de morte sua in babylone interius ita fecimus a priore. Sacerdotes autem ibi erant uetustas pomis arborum solis et lune centum annis uiuebant illesi.

De reclusione x tribuum

tamque cum uenisset alex. ad montes caspios miserunt ad eum filii captiuitatis x tribuum. Ex edicto enim tenebantur egredi non licere postulantes ab eo egrediendi licenciam. Cumque causam captiuitatis quesisset accepit eos a deo recessisse et uitulis aureis immolando. Et prophetas dei predixisse eos a captiuitate non redituros. Et rex. Ego artius includam eos. Cumque angustias uiarum obstrueret molibus bituminatis uidens laborem humanum non sufficere orauit deum ut opus illud compleret. Et accesserunt ad se inuicem prerupta moncium et factus est locus inmeabilis. Ergo liquido apparet non esse dei uoluntatem ut exeant. Egredientur circa finem mundi magnam hominum stragem facturi. Et uixit iosephus. De quo fertur quod fide

libris suis sicut non fecit in fideli. Cumque redisset alex. in babylone supposito ueneno usum lingue amisit. Et cyrographa uoluntatem suam scripto expressit. Et noluit monarchyam suam in aliquo transferre aliquem per acquirere potenciam sed reddidit apud posteros. et xii quos ab adolescencia socios habuerat regni successores instituit. Hec autem instituta non steterunt. iiii regnauerunt aliis abiectis sicut in hystoria danielis est comprehensum. Mortuus est autem cum esset annorum xxxii. et xii annis regnauit. et dicitur a quibusdam quod xii alexandrias edificauit pro numero annorum quibus regnauerat. Ipse in amone adiit patrem hammonem in ueritatis sue conditione et regnauit.

De ptholomeo soth

Et post eum in egypto ptholomeus qui cognominatus est soth. Qui cum regno suo adiecisset syriam apposuit ut adiceret et iudeam. Et ascendens in ierusalem die sabbati sciens eadem die iudeos arma non moturos sub simulacione sacrificandi deo nullo contradicente intrauit. Unde sabbatarchides iudeos ridiculos appellauit quod propter suam superstitionem grauia dona sustinuerunt. Ptholomeus namque multos de iudea in graui... captiuos secum ad egyptum reduxit. et uendi exponens eos negociatoribus in nacionibus distracti sunt et dispersi. Et propter hanc captiuitatem sed non fuit generalis dispersi sunt in naciones. Unde in actibus apostolorum legitur conuenisse in ierusalem iudeos ex omni nacione que sub celo est. Iaddo pontifici successit filius eius symon iustus. Cui successit frater eius eleazar porrigit filio symeonis adhuc. Eo tempore appius claudius cecus rome claruit qui aquas claudias induxit et uiam appiam strauit. Theophrastus philosophus claruit qui a diuinitate loquendi ut ait cycero nomen accepit. Census rome agitatus inuenta sunt ciuium cc lxx. Condite sunt arimini et beneuentum.

De phyladelpho

Post ptholomeum soth regnauit in egypto phyladelphus. Hic studiosus et librorum cupidus demetrium bibliothece sue prefecit. Cumque quesisset ab eo de numero librorum xx milia adesse inquit. Sed paulo post pro tempore usque ad .l. peruenire posse et numeratum sibi dy

apud iudeos esse legem ore ip(s)i(us) dei editam et
digito dei scriptam. p(ro)pt(er) qua(m) su(m)mo op(er)e labo
randu(m) esse dicebat ut i(n) grecu(m) (con)u(er)sa eloq(ui)a i(n)
archiuis regalib(us) h(abe)rent(ur). Hec .n. erat lex
dei q(ua)m ph(ilosoph)i zema dicu(n)t. i. iuuenire zem. n.
uitam u(e)l uiue sonat. q(ue)m uulg(us) iouem appel
lat. Et ad ostendenda(m) legis ei(us) s(an)c(t)itate(m) addid(it)
q(uod) n(on) n(isi) a diu(er)sis cultorib(us) t(ra)nsferri potu
isset. Na(m) (et) theopompus hystoricus q(ua)s scri
bebat ea uoluisset inserere sensu(m) amisit tame(n)
ca. p(er) xxx dies. Theodectes q(uoque) p(ro)pt(er) ea(n)de(m)
s(cilicet) cec(us) (et) penitudi(n)es sanati sunt. Et sug
gessit regi ut scriberet pontifici iudeor(um)
ut iudeos hebree (et) grece lingue p(er)itos
ad ip(su)m dirigeret cu(m) lege dei. qui ad eam
t(ra)nsferenda(m) sufficerent. Qd ut i(m)petraret
munera cu(m) ep(isto)lis mitenda censuit. Aderat
i(n) aristeas q(ui) longo t(em)p(o)re iudeor(um) calamita
ti (com)paciens optunitate liberandi eos i(n)ueni
ret. Dixi(t)q(ue) postulas obtineris tot iude
os i(n) regno tuo s(er)uientib(us). Solue itaq(ue) eos
(et) n(on) gratis erit pontifici iudeor(um). Nec ob
hoc qd dico me iudeor(um) affinem estimes. s(ed)
quia scio tua(m) m(en)te(m) esse s(ed) fecere o(mn)i(u)m deu(m) a cre
atoris. Et liberauit rex de iudeis. cxx. dar
d(e)nt eor(um) p(ro) capite. cxx. dragmas argenti.
Cumq(ue) rex dixisset. hoc magnum esse dixe
runt. Ad q(ue)m q(ui)dem s(ed) n(on) regi munifi
co. Tunc sc(ri)psit rex eleazaro in hunc
modu(m). Tanti t(ur)be q(ue) s(er)ue nos erant liber
tem donaui. Arbitrans hoc deo esse offere
n(du)m. Quor(um) quosdam milicie assignaui.
alios quor(um) fidem p(ro)baui(m) (con)stitui in pala
cio. leges u(ero) u(est)ras i(n) n(ost)ra bibliotheca repo
nere decreui. Bn(e) e(rgo) facies mittendo. s(cilicet) nob(is)
uiros seniores q(ui) ualeant i(n)t(er)p(re)tac(i)one(m)
eor(um) c(er)tam nob(is) relinq(ue)re. Tr(ans)misi n(unc)
c. argenti talenta p(ro) i(m)molac(i)onib(us) facie(n)
dis (et) sepaui. l. talenta auri ad crathe
ras (et) ligatoria facienda (et) gemmas sine
n(umer)o (et) artificu(m) op(er)ac(i)ones. Tu manda
nob(is) q(ue) ex h(i)is fieri uolueris q(ui)a gra(ta) amplec
temur. Tunc mittens ad eu(m) eleazarus qd
postulabat (et) rescripsit ita. Ad i(n)t(er)p(re)tand(am)
lege(m) q(ua)m postulas misi uiros seniores de
unaq(ue)q(ue) tribu. vj. lege(m) feruentes. tue au(tem)
pietatis u(e)l iusticie erit ea(m) ad nos eau
te remittere. Hy s(unt). lxx. i(n)t(er)p(re)tes. qui
l(ice)t. lxxij. fuerint more tamen scripture
lxx d(icu)ntur q(ui)a modicu(m) n(on) m(u)ltu(m) s(ed) aliq(ua)m su(m)ma(m)

s(unt) c(ri)s(ta)t sepe s(u)btrahet. Qui cu(m) uenissent ad rege(m)
benigne ab eo collecti sunt. n(on) t(ame)n ad rege(m)
i(n)tromissi usq(ue) ad die(m) q(ui)ntu(m). Inminebat
au(tem) illa die sollepnitas triu(m)phal(is) p(ro) triumpho
s(cilicet) q(uo)da(m) q(uem) maiores sui ea die h(ab)uerant. Ea
i(gitur) die suscepit eos q(ue)s cora(m) uniu(er)sitate
p(ri)ncipu(m) decreuit honorare. Et suscep
tione(m). ii. xij. dieb(us) fuerunt cu(m) rege (et) satisfeci
t. (et) ab eis q(uo)d in corde suo disposuit (et) p(re)ci
pue de duob(us). De cognic(i)one dei (et) regni
gub(er)nac(i)one. Cumq(ue) i(n)t(er)rogasset eu(m) de reg
ni a(d)ministrac(i)one pleni disputaue(r)unt de modo
colendo. (et) q(uod) nulla creatura deus est. Atq(ue)
q(uod) ubicu(m)q(ue) occurrit eis de trinitate u(e)l silencio
t(ra)nsierunt u(e)l enigmatice t(ra)nstulerunt ne (et)
deos colendos tradidisse uiderentur. Similit(er)
(et) de incarnac(i)one ubi fac(i)entes ut i(n) ysa
ya. qui cu(m) dixisset p(ar)uu(lu)m nob(is) natus e(st) tiruum
(et) addidisset. vj. ei no(m)i(n)a. q(uo)r(um) unu(m) est deus fortis
u(e)l. vj. no(m)i(n)ib(us) t(ra)nstulerunt magni (con)silij
angelus. ne uiderentur tradidisse ho(m)i(n)em
dei filiu(m). Tunc ostenderunt regi rotulu(m) q(ue)
attulant. n(on) sufficiebat rex admirari car
tar(um) tenuitate(m) (et) (com)paginac(i)one(m) q(ue) oculis
deprehendi n(on) pot(er)at. q(uo)m(odo) l(itte)re auree i(n) cando
re cartharu(m) adeo legibiles apparerent.
Introducti au(tem) sunt i(n) domu(m) regia(m) sec(un)d(u)m mane
scitu(m) q(ue) erat ad delibac(i)o(n)es negocior(um). (et)
date sunt eis celle singule. (et) q(uia) q(ue)s unumq(ue)
eis op(or)tunu(m) (et) comodu(m) ad i(n)t(er)p(re)tandum
diluculo egrediebant(ur) ad optandu(m) regi bo
na (et) polycronitudine(m). Tunc lauabant se
ad mare sp(iritu)s pu[rificacionis]
ficac(i)o(n)is iudeor(um)
p(ro)ut (con)te(m)pl(a)bat(ur)
usq(ue) ad hora(m)
nona(m). Tunc t(ra)nsi
bant ad cibu(m)
(et) rege(m) (et) sic p(er)
manseru(n)t p(er)
lxxij. dieb(us).
Vn(de) q(ui)da(m) mi
ru(m) q(uod) n(on) t(ra)nstu
leru(n)t t(un)c nisi
pentatheucu(m). Postea u(ero) l(e)c(t)ius q(ua)m redi
ret. u(e)l post alia(m) c(u)r(a)s ad rege(m) redeun
tes t(ra)nstulerunt psalmos (et) p(ro)ph(et)as. Ve
ru(m)tame(n) sit miraculose fe(cer)u(n)t ut t(r)adit
aug(ustinus). q(uia) una (et) eade(m) sit dissonancia in
uenta sit edic(i)o (et) min(us) miraculose

Polycronitudo d(icitu)r oro q(ue)
fit ab e(cclesi)a (et) regib(us) pon
tificib(us) p(ri)ncipib(us) etc. (et) op
tat eis bona sp(irit)ualia (et)
t(em)p(or)alia (et) et(er)na. (et) t(em)p(or)is
longitu(di)nem. poly. n(omen) g(rec)e plu
ralitas latine. cronos
t(em)p(u)s. Ad h(uc) apud g(re)cos tal(is)
(con)suetudo e(st) ut e mane sur
gunt t(em)plu(m) respicientes cla
mant polycronitu(m) basile
os. i. multu(m) t(em)p(or)is uiuat rex

fieri potuit ut in tot diebus interpretati sint legem et
et prophetas. Josephus tamen uidetur uelle quod interpretationes vi-
ginti duorum in lxx duobus perficiebant et expositionibus constantes
unam. Non mirandum est hoc asserit. Cum hesdras
legem quam perdiderant post exilium reparauit. postea cum ueteri
scriptura que apud samaritanos erat conuenit.
Quo expleto conuocauit demetrius quod fecit libros
erant omnes iudeos qui erant in alexandria et de-
putata priores et lecta est coram omnibus translatio
eorum et approbata. postea delata est ad regem
et coram eo replicata. Cumque peterent inter-
pretes a rege dari auctoritatem ut inmobiliter perseue-
raret. hoc se facturum laudauit si de multa
caste corrigentem eam ut quod semel editum
foret non cogeretur iterare. et remisit eos
muneribus honoratos. Hoc fuit unum de mira-
Eleazaro quoque transmi- bilibus mundi ut dicit pha-
sit munera in templum nus. Erat turris altis-
et misit preter uasa sima in littore maris
mensam auream gem- sita non terra fundata
mis inpreciabilibus sed super .iiij. uitreos cancros
insignitam. Cuius posita. et tante magni-
erat altitudo cubitorum tudinis quod ignis in summo po-
duorum cubitum situs toti lucis irradiabat.
in latitudinem superabat opus. Incidentia.
Eo tempore sostratus pharum in alexandria
construxit. artem clarum et argenteum
numerum primus in urbe prefigurauit. Roma-
nos karthaginenses nauali prelio uicit
metello consule fugato. De euergete.
Post philadelphum regnauit frater eius
ptholomeus euergetes qui ab egyptiis euge-
tes dicitur est quod benefactione sonat. quia
post uastatam syriam et ciliciam et prope asye
interna spolia quod cepit et deos eorum quos
cambyses in persidem transtulerat. reuersus
deorum pontifex onyas symonis iusti filius cui
successit symon filius eius sub quo ihesus filius syrach
librum sapientie qui ecclesiasticus dicitur composuit quem
panaretholon uocauit. et predicti symonis tem-
pore facta est mentione. porro onyas cum tributum
negasset eugeti. zelo legis. uel potius ex
auaricia ut dicit Josephus. qui eum inhonorem
fuisse testatur. compulit regem iratum. Et mis-
sus est legatus a iudeis. et in luco onya ad
regem. Joseph uir nobilis thobie filius
et sororis onye. hic habuit filium hircan-
cui dum puer esset. Qui fecit boues
probauit pater predictum et carnes comme-
rebellem xxx iugorum. dit et decoriis

Marginal note: A. a. qui est tot et arte to qui est uit. [illegible] tot uiuos

fecit loca et fetia bouum sine lossis. Et
uit terram. non solum pace uiser
mauit. sed remisit
a rege dux iudee et finitimarum regionum.
Eo tempore enim
Concauentur a cathone censore romanis
translatas et super in paruo contempsit. et uni anulle
mistio. xl. ferme milia gallorum a roma-
nis sunt cesa apud rodum. De
Colossus magnus terremotu corruit.
phylopatore.
Post eugeten reg- Ymago mire
nauit filius eius ptho- magnitudinis ut
pholomeus phylopator. post sagitta ad sum-
quem ptholomeus epyphanes. post mum dirigi non
quem ptholomeus phylometor. quo ualeret. et caput
uiuente rex syrie anthyochus eius tante magni-
magnus et iudeam subiuga- tudinis quod capere pot-
uit. pontifex iudeorum at .xxv. cho-
onyas magnus symonis fi- ros grani. et sim-
lius ad quem ad repetendum fed- iliorum prope ipe-
que legatus fuisse in tabula dis aptum est
ha. et maiores suos lace- uas unum poterat
demoniorum rex arius legatos ho iacere et ante
deus in caput in-
tos misit. porro anthyochus tributa .vij.
annorum et ministrorum templi que phyladelphus
relaxauerat a iudeis reuocauit. Quidam
finitimas regiones supra modum infestaret
delata est res ad romanos et missi sunt ad
eos scipio uasticus et scipio affricanus et ab in-
festatione sed religione iurisiurandi amo-
uerunt eum. Insuper tulerunt ab eo obsidem se-
leuchum filium eius qui uolens recipere abeis tra-
didit pro eo filium minorem natu antyochum
epyphanem ita quod esset obses per certum tempus. Interim re-
dierunt. Iste autem antyochi regnauit. Descen-
dit onyas in egyptum ad ptholomeum epyphanem
uirum superdem. Et occisus est in persyde anthyo-
chus in phano nanee. et inbrati eius aste
doribus qui in dolo prouisi erant ei thesauros
et eum pauci introierunt in aditum.
Post anthyochum. De seleucho
magnus regnauit in syria filius eius
maior seleuchus pessimus sed theus.
pontifex iudeorum onyas. Nam onyas
transeunte in egyptum filius eius symon sedit pro
eo. cui successit filius eius onyas. Sub hoc
misit seleuchus nucanor heliodorum in iherusalem
ad spoliandum eos erarium templi. et uasa
sancta et donaria in usus templi. Qui ingressus

in templum surrexerunt duo iuvenes de late
ribus et occiderunt eum. Vel tradito velle ange
los fuisse in similitudine hominum. In ii. libro
Machabeorum legitur quod apparuit ei sibi sessor quidam
et percutiebat eum et confractus est et mutus factus est semi
mortuus et duo iuvenes decori flagellabant
eum. Timens quoque Onias indignationem Seleuci
oravit ad dominum pro defuncto et surrexit. Qui
rediens ad regem ait. Si habes dominus meus
aliquos quorum sitiat sanguinem mittat eos in
Ierusalem ut spolient templum.

Eo tempore Aristobolus natione iudeus
peripateticus philosophus scripsit commentarios ex
planationum in Moysen Ptholomeo Philometori.

De Antiocho epiphane

Audiens Antiochus epyphanes qui rome erat
obses pro patre patrem mortuum fratrem
et fuit in hac causa de regno syrie habendo
presumens clam roma egressus est et quidam tra
dunt eum de subito tuitione senatorum redisse.
Reversusque in syriam se benignum omnibus et mu
nificum exposuit. Strenuus erat in agen
dis et acer in hostes. Unde et apud eos cognominatus
est epyphanes quod sonat illustris. Et mor
tuo fratre regnavit pro eo. Tunc in quadrate sibi
in regnum aput quem pro regno obtinendo palli
avit. Tunc surrexerunt in Ierusalem filii belial
introducentes ritum gentium et pecierunt ab an
tiocho ut facerent ... ephebia id est lupa
nar ephebeorum et quod ultimum scribentur
antiocheni et gignasia in quibus decmatiza
bant de ritu gentilitatis et fecerunt sibi
preputia id est non circumcidebant parvulos suos vel
quia ritu circumcisorum vivebant. Quidam tamen
volunt quod quedam velamina fecerunt circumcisioni
sue ne in denudatione sui gentes apparerent
dissimiles. Causa vero huius flagicii hec fuit.
Onias summus sacerdos duos habebat fratres Ihesum et
Iohannem qui contendebant de pontificatu et ut
placerent antiocho declinaverunt ad ritum gen
cium. Adeo ut et in nova genera se transponerent.
Et Ihesus dictus est Iason. Iohannes vero Menelaus. Cum
pluries certaret cum Iasone supplicavit antio
cho de faciendo gygnasio in Ierusalem et audi
erunt eum viri pessimi ... [illegible]
... iasone saltem et
hi. Preterea Antio-

Dicit augustinus quod ignis sacri
ficii qui per lxx annos babylo
nice captivitatis sub aquis
latuerat extinctus est antio
cho vendente sacerdocium Iasoni.

ochus amovit Iasonem et elevavit Menelaum
qui secutus est Oniam in antiochiam. Ieronimus. Cum videret
se factum summum descendit ad regem si posset
mutare animum regis. Quod cum nequisset sedebat
in antiochia in asylo et veniens post eum Mene
laus suasit Andronico ut occideret Oniam.
Qui evocans eum de asylo occidit. Et videns
rex pro morte eius Andronicum exuit purpura et
flagellatum per civitatem in eodem loco fecit eum
interfici in quo ille occiderat Oniam. Porro
Antiochus cum percussisset egyp
tum in dolo ascendit
in Ierusalem et per divisi
onem civium adi
bitum fecit in ea

In iiii. libro machabeorum
dicitur solum Iason fuisse frater O
nye et Menelaus frater cuius
dam Symonis qui invidens
Onye persuasit Seleuco de con
erario spoliando quod quidem

et percussit multos in ira et lugebat omnis
terra. Cumque redisset in egyptum et esset repul
sus per nuncios romanorum post biennium redyt
in Ierusalem in furore et aperuerunt ei portas fraudes
quidam et interemit ... senectores et expoliavit tem
plum Menelao ductore tollens vasa et thimiateria
mensam et sacrificium et vina aurea. Aurum quod non
absconditum. Et posuit in templo ydolum iovis
olympici vel hospitalis. Oblaciones mosay
cas fieri prohibuit altare enim amovens
et suillas carnes edere et ydolo immolare coe
git iudeos. Arcemque munivit in civitate David
in qua posuit presidium macedonum qui iudeos e
vexarent omnibus inhumane. Matres quoque quae circumci
di fecissent filios suos reprehensas suspendebant et
parvulos ad colla earum. Videntes autem samari
te iudeos hec pati de consuetudine nature
sue se non esse cognatos iudeorum fatebantur.
Et quod edes que dicebatur templum in Gari
zim dei esse maximi negaverunt scribentes
Antiocho in hunc modum. Deo epyphani re
lacio a sychemitis sydoniorum. Maiores nostri propter
pestes quasdam et superstitiones sabbatorum secuti sunt
edificantes in Garizim templum sine nomine
veneraverunt; iudices vero ad nos et similiter iu
deis nobis inferunt cum ab initio sydones simus.
Cohibe iudices tuos ab afflictione nostra
et templum in Garizim nomine greci iovis
petimus dedicari. Et ad iudices Antiochus scripsit
facere peticionem eorum.

De machabeis .ij.

Tunc multi iudeorum sponte quidam timo
re regis iussa secuti sunt. Ba

machabeorum

n prius legibus adheserunt. Erat uir de modyn
modico iudee uico sacerdos noie mathathy
as filius Iohis filij Symonis filij Asmonei
de iudice ioachim i. unus illorum xxiiij. quos
elegit dd. Inuenitur in nouo deut. Zacharias de
uice abya. Erantque ei filij v. Iohes Symo
Judas eleazar et ionathas. Quisque suo cogno
mine censebatur sed sufficit de iuda dicere qui dice
tur machabeus. hij uidentes mala indutis ci
liciis planxerunt. Et uenerunt emissarij direc
ti a rege in modyn statuentes ydola in loco qui
bus cogerent iudeos immolare. Et dixerunt
mathathye. princeps es ciuitatis huius et pro
iussa regis imple. Qui clamauit. Etiam si
omnes obedierint regi. ego et filij mei et fra
tres mei obediemus legi dei celi. Non sacrifica
mus. Tunc quidam ex iudeis immolauit in
medio. et surgens mathathias cum suis trucidauit
cum sacrificantem et nuncios regis interemit. Aramque
deponens clamauit. Qui dei est sequatur me. Et
cum omni tribu sua exiit in solitudinem omnia re
linquens multique cum filiis et uxoribus ad solitu
dines confugerunt. Maledebat hiis ubi quis incha
ui. Quos iudices regis prius flectere cona
bantur ut eligerent quod suis ne eis tamen ho
stibus uterentur. qui noluerunt eos audire. Et
emissarij regis aggressi sunt eos in diebus
sabbatorum quibus nefas erat eis arma moue
re et percusserunt quosdam. alios in speluncas glo
bis fumiferis suffocantes. Et perierunt
ex eis mille. Plures liberati ad uictum sunt
mathathye et cum iudicibus statuerunt. qui
docuit eos pugnare in sabbatis dicens. Si sic
hoc lege seruabitis citius hostes legis da
tis eam ut pereat pro deo. et lex cum pro pib
et ex inde hoc. permansit nobis consuetudo pug
nandi. et si sabbato die bella consurgant. Colli
gensque mathathias armatos aras de
posuit ydolorum immolantes quos potuit in
teremit. pueros non circumcisos iussit circumcidi
et anno uno gessit hunc magistratum. Cum
que iret egrotans conuocans filios ait. Ego de
crescam et proficiscor uia conuido uobis patrias
leges ut patres uestri inde moriamini. Nam
corpora mortalia sunt. factorum si monimenta
immortalitatis ordinem consequantur. Con
cordiam habete et symonem pro sapientia consulite
is habete patrem. Judam uero pro fortitudi
ne ducem in armis. Et mortuus est matha
thyas. et sepultus in modyn et planxit eum isl

planctu magno. Et surrexit pro eo iu
das machabeus filius eius. et fuit quasi leo
defendens israel clipeo suo. De prelijs iude
Tunc apollonius machabei. iij
dux samarie cum exercitu magno egressus
est contra iudam. Judas autem occur
rit ei et percussit eum multosque cum eo et reliqui fu
gerunt. tulitque spolia multa et gladium apol
lonij. et erat pugnans in eo omnibus diebus
uite sue. Seron autem dux exercitus syrie
audiens iudam roboratum tulit sub se con
tutos et iudeos transgressores. et castrametatus
est in bethoron. Et occurrit ei iudas. Et
iudeis suis pro paucitate et ieiunio deficientibus
hortabatur eos non in multitudine sed in potentia
dei confidere. Et confligens cum paucis duce exer
citus seron prosequebatur fugientes in descensu
montis bethoron usque in campum. Et ceci
derunt ex eis dccc. uiri. Quod dicitur viij. reliqui
fugerunt ad maritima loca philistinorum
Et cecidit timor iude super gentes. Audiens
hec antiochus congregauit omnem potentiam uirtutis et mili
tes ab insulis mercede conduxit. Cumque mi
litibus dispendia distribueret uidit thesau
ros defecisse. Non enim ei omnia tributa redde
bantur pro seditiones gentium. et deliberauit
ire in persidem et accipere tributa regionum. et reliquit
lysiam de genere regali super negocia regni
ab eufrate usque ad fines egypti in siria et
ut nutriret antyochum filium eius donec rediret
et tradidit ei medietatem exercitus et elepha
tos. precipiens ut uastaret iudeam. et euer
teret ierusalem. et genus iudeorum extirparet. Ipse
uero abijt in persidem egressus abemath. quam re
parans antyochiam nominauit. et perambu
lauit superiores regiones. Lysias uero elegit
ptholomeum nycanorem et gorgiam uiros
potentes ex amicis regis. et misit eis xl. m.
peditum et vij. m. equitum ut uenirent in terram
iuda. Et applicuerunt in emaus in loco campe
stri et uenerunt finitimi in auxilium et multi transfu
ge iudeorum. Et negociatores quidam speran
tes se iudeos emere captiuos. Judas autem cum
exercitu uenit in masphat. hortabatur suos
spem ponere in deum. diuinitus pro lege nouit
uocatos et qui paulo ante possederunt aggressi erant. iiij
Et assumpsit gorgias v. m. uirorum et mille eq
tes electos et ingressi sunt castra sol' ortum ut pro noc
tem irrueret super iudam. Et presentiens
iudas statim et ipse castra hostium latenter

in iudeam et socios plurimos in castris reliquerat
pueros ad campestria Emaus. Gorgias vero
veniens in castra iudeorum et inveniens ea vacua
eos fugisse ad montes credebat eos in montibus.
Diluculo apparuit iudas hostibus in campis cum
tribus milibus plus virtute minus armatura
Cumque exploratores iudei occidit multos re
liquos persecutus est usque Gesseron et campos ydu
mee et Azoti. Et ceciderunt ex eis tria mi
lia. Iudas autem dicebat suis predam contempne
re adhuc pugnam esse contra Gorgiam. Et Gorgiam
super eos. Videntes autem qui cum Gorgia erant
castra sua incensa, nam fumus elongatus
eis indicabat, scientes quod suos in fugam
conversos et ipsi terga dederunt. Iudas vero post
plenitudinem victorie tulit hostium spolia
multa ad propria remeans et laudans deum.
Et adheserunt iude plures et fuerunt cum eo
circiter x milia virorum. Sequenti anno congregavit Ly
sias exercitum lx milia virorum et v milia equitum et ve
nit in iudeam. Et occurrit illis iudas in Betho
ron cum x milibus et fecit fortes statim prosternens
congressus est cum eis. Et ceciderunt de exer
citu Lysie v milia virorum. Et attendens Lysi
as iudeorum audaciam et timens eorum despera
tionem et eis vivere cum libertate licuisset redi
it in Antyochiam presidia congregans per
regionem ut cum maiori apparatu rediret in
iudeam. De purificatione templi

Totiens quoque victis Antyochi ducibus
persuasit iudas suis ut ascenderent
in Ierusalem templumque mundarent. Et
videntes templum desertum et in eo frutic
es pullulasse planxerunt planctu mag
no. Et elegit iudas milites qui expug
narent eos qui in arce presidii custodie
bant. dum ipse templum a feditate pur
garet. Quod diligenter
emundans ea die qua
prius fuerat ab alie
nigenis pollutum
induxit vasa nova
candelabrum et mensam

Et eadem die
qua destructum fuit
prius templum ea
dem die revolutis
tribus annis reedi
ficatum est.

aramque ex auro factam et posuit vela in
ingressu et ianuas reparavit. Et deponens alta
re quod struxerant Antyochi de lapidibus
novis aliud edificavit. Et encenia fec
it templi xxv die decembris. Que dedi
catio fieri in posterum aliis duabus mansit
in dissuetudinem. De hac dictum est Ioh.

Facta sunt encenia in Ierosolimis et yemps
erat. Et obtulerunt holocausta in novo
altari et adoleverunt incensum de novis
altaris celitus igne concepto et accende
runt luminaria multa et dixerunt festum
luminum vel pro multitudine luminarium
vel quia deus tunc illuminaverat eos sedentes
in tenebris et statuerunt iudam summum sac
erdotem. Facta sunt autem hec post tres annos quibus
templum manserat prophanatum et Danyelis
prophetia completa qui ait ccc et viii annis prodi
erat. Et sollempnizaverunt viii diebus sicut
in umbraculis per ritum scenophegie memo
res quod paulo ante in speluncis habitaverant sal
tuentes ut positi per viii dies. Hanc re
novationem templi celebravit Christus Io
hannes. Ab illo tempore et deinceps hanc festivitatem
celebrant vocantes eam luminum eo quod
post spem lumen nobis religionis apparuit.
Tunc construxit
iudas murum
per circuitum

Ideo quod hic hec festum in
decem procedaden quod non
obest quod non sit festum cele

brationis et edificavit turres excelsas. Et
in eis deputavit. Et Bethsuram munivit
ut esset pro castello adversus hostes Idume
orum in presidio non dum obtinuit. Item de
filiis ede ·v·

Porro gentes
finitime regionis Ierusalem et robur
iudeorum egre ferebant et persque
bantur eos. Quos iudas viriliter debellabat
et percussit ydumeos plaga magna et pug
navit contra Tymotheum ducem filiorum Amon
et fugavit eum et vastavit Gazer et redi
it in iudeam. Et congregate sunt gentes
que erant in Galaad adversus iudeos qui erant
in finibus eorum. Qui fugientes in Themam mise
runt ad iudam ut ferret eis auxilium nuncia
antes quod festinaret Tymotheus capere locum
ad quem confugerant. Cumque adhuc leg
erentur epistole supervenerunt nuncii a Galylea
dicentes congregari eos qui erant in Ptho
lomayde et Tyro et Sydone adversus iudeos.
Ergo ubique hostibus nunciantibus misit
iudas Symonem fratrem suum cum tribus milibus
electorum in solacium Galyleorum. Ipse vero cum
Ionatha fratre suo et viii milibus exiit in Gala
additem relinquens in iudea Ioseph
et Azaryam duces ut servarent iudeam
sed cum nullo hostium bella committerent. Et
venit Symon in Galyleam et contrite sunt

gentes ab eo et percussit eas usque ad ptholo
maydem et tulit spolia eorum et iudeos quos
trahebant captivos et rediit in iudeam.
Iudas vero et Ionathas transeuntes iordanem
ambulaverunt viam trium dierum per desertum et oc
currerunt eis nabuthei et susceperunt eos
pacifice et narraverunt eis que acciderant fratribus
suis in galaad dicentes quod multi in munitionibus te
nerentur comprehensi. Iudas vero prius incendit bas
sor et spoliavit. Et surgentes nocte cum dilu
culo venissent ad obsidionem viderunt portantes
scalas et machinas ut comprehenderent muni
tionem et venit post eos tribus ordinibus et so
nuit tuba. Et castra tymothei cognove
runt quia machabeus est et fugerunt ab eo. Et
ceciderunt ex eis fere .viii. milia et vastavit
iudas civitates gentium in galaad. Post
hoc congregavit tymotheus alium exercitum et se
dit secus torrentem. Iudas vero abiit obviam
illis. Et ait tymotheus principibus suis
Si transierit iudas ad nos prior poterit adver
sum nos. Si vero timuerit transire et castra
posuerit extra flumen transeamus ad eum
et poterimus adversus illum. Et transivit iudas tor
rentem relinquens post se qui clamarent ne
nemini remaneret. Et proiectis armis gentes fuge
runt ad phanum quod erat in carnaym. Iu
das vero succendit phanum cum omnibus qui erant
in eo. Tunc congregavit iudas universos
israelitas qui erant in galaad et uxores et
parvulos ut venirent in terram iuda. Cum
venisset in ephron precluserunt aditus civi
tatis et noluerunt eis aperire. Et eradica
vit iudas ephron et transiit per eam super
interfectos. Et erat iudas congregans
extremos per totam viam et hortans. Et
transmisso iordane ascenderunt in montem
syon et obtulerunt holocausta quod nemo ex
eis cecidisset. Et redierunt in eadem die iu
das de galaad et symon de galyleo. Interim
dum abessent Ioseph et zacharias volen
tes sibi facere nomen congressi sunt gorgye et fu
gerunt et ceciderunt de populo .ii. milia. Et magni
ficatus est iudas in israel quia quasi propheta habebatur
qui prohibuerat ioseph et azarie ne egre
derentur. Et vastavit iudas ydume
os et phylistiim et pertransiens samariam
declinavit in azotum et combussit
aras et deos eorum et cum spoliis redi
it in iudeam. De morte antyochi.

Cum hec fierent in iudea perambu .vi.
labat antyochus superiores regiones
et audivit esse civitatem elyma
dem in perside opulentam et templum eius locu
plex in quo erant velamina aurea et lori
ce et scuta que reliquerat alexander et querebant pre
dari eam sed non potuit. Nam elymaite fu
gaverunt eum ignominiose. Et nunciatum est
ei in via quod qui fracti erant principes eius
in iudea. Et versus in furorem iussit agitari
currum suum in remissione fere tonans ve
turum esse ut faceret eam polyandrium
iudeorum. Et statim apprehendit eum ama
rus dolor viscerum et cecidit ille in impetu
tem de curru cadere et collisus est. Et mi fa
stauit de meo iuxtatem suam ut qui im
perabat fluctibus maris imperare et montium
altitudinem in statera appendere in gestatorio
portaretur. Et ebullierunt vermes de car
ne eius et viventes effluebant et fetore
illius gravabatur exercitus. Cum vero ipse
fetorem suum ferre posset ductus est ad cognitionem
sui venire et ait. Iustum est mortalem esse sub
ditum deo et vovebat se liberaturum iudeos
et pares atheniensibus facturum. Pollicebatur
tur etiam se futurum iudeum et in omni loco
predicaturum dei potentiam. Et desperans scrip
sit quasi hic ad iudeos orans ut fideliter
adhererent antyocho filio eius. Cum pro
fiteretur se pati hec pro templi violatione
mirum est quod polybius vir bonus dixit
se ideo punisse antyochum quod voluit templum
dyane in perside devastare. Nam qui nulla
tenus egit penam sed tantum cogitavit nullo
reatu tenetur. Hic patet contra opinionem
Io. quia lex cohibebat manum et non animum.
Tunc vocavit antyochus philippum collac
taneum suum et constituit eum tutorem regni
et dedit ei dyadema stolam et anulum ut
ferret ea ad antyochum filium suum et pone
ret eum super solium regni. Et mortuus est an
tyochus peregre et miserabiliter in montibus.
Quod cum accepisset lysias constituit antyochum
quem nutrierat regem et vocavit eum eupa
torem. De ingressu antyochi eupatoris in iudeam

Tunc cogitavit iudas
obsidere eos qui erant in arce psidy
et fecit balistas et machynas
et fortavit aggerem. Tunc egressi
sunt quidam de obsessis et adiunxerunt se

illis alii de impiis isr. et venerunt ad regem
et dixerunt. Quousque non iudicas nos et vin-
dicas fratres nostros. et nunc ascende et libera ob-
sessos tuos et redde nobis hereditates nostras. Et
iratus rex vehementer collegit exercitum. Sed et
de regnis aliis venerunt ad eum conductitii.
Erant c. peditum et xx. equitum et ele-
phanti xxxii. Et applicavit ad bethsuram
ut expugnaret eam. Et recessit iudas
ab arce et admovit castra contra castra regis.
Et ordinavit rex diluculo exercitum et osten-
derunt elephantis ad acuendum. mille pedi-
tes loricati et equites .d. et turres lignee
erant super singulos et in turre xxxii. viri
expugnantes et inter magister bestie. Et di-
stenta est pars exercitus regis super montes. alii
per loca humilia. Et resplenduit sol in clipe-
os aureos et resplenduerunt montes ab eis.
Et appropinquavit iudas ipse cum suis et cecide-
runt de exercitu regis .dc. viri. Et vidit ele-
azar frater iude unam de bestiis ceteris emi-
nentiorem. et arbitratus regem esse in ea cucur-
rit per hostes et subiit elephantum et effodit
eum in umbilico. et cadens elephas oppressit eum.
Tunc diverterunt iudei a prelio. et ascendit rex
per eos et capta bethsura positisque custo-
dibus in ea obsedit ierusalem et statuit illic bali-
stas et machinas et ignis iacula et scorpios
ad mittendas sagittas et fundibula. Esce
autem non erant in urbe eo quod vii. annus esset
et egressi sunt plures. Tunc audivit lisias
quod philippus redierat a perside et querebat susci-
pere regni negocia. et suggessit regi dicens
Deficimus cotidie et esca nobis modica est
et munitus est locus quem obsidemus et incumbit nobis
ordinare de regno. demus eis dextras hodie
ut statuerentur ut ambulent in legibus suis
et conveniant nobis. Et facta pace iuravit rex
et principes eius. et intravit montem syon.
et vidit munitionem loci rupit iurandum
et destruxit murum in gyro. Et reversus
antiochiam invenit philippum dominantem ibi
et in occupavit civitatem. De deme-

E o tempore exiit trio et nychanore
demetrius seleuchi filius ab urbe
roma et ascendit in civitates ma-
ritimas et regnavit ibi. Hic dum adhuc
puer esset patruus eius antiochus epyphanes
prevenerat regno. et descenderat romam
in obsidionem patris. Audiens vero patruum
defunctum rediit et plures receperunt eum

sed et exercitus ligavit antiochum et lysia-
am ut adduceret eos ad eum. Qui cum accepisset ait
Nolite ostendere mihi facies eorum. et occidit eos
exercitus. et sedit demetrius super solium patris
sui. Tunc venerunt ad regem impii ex isr. et
alchymus aaronita dux eorum. qui volebat
fieri sacerdos et accusaverunt iudam dicentes
perdidit iudas omnes amicos tuos et nos disper-
didit de terra nostra. Mitte ergo virum cui cre-
dis quod videat exterminium et iudicet. Et con-
stituit rex alchymum summum sacerdotem. et mi-
sit cum exercitu bachydem in iudeam. Qui miserunt
nuncios ad iudam et fratres eius in dolo loquentes
de pace. Et non attenderunt iudas sermonibus
eorum. Multi vero de populo crediderunt ei dicentes
Homo sacerdos venit de semine aaron non de-
cipiet nos. et egressi sunt ad bachidem et occi-
dit ex eis .lx. viros in una die pro illo. Sa-
guinem suorum circuitu effuderunt in circuitu
ierusalem et non erat qui sepeliret. Alii fuge-
runt ab eo dicentes. Non est in illis veritas et iudicium.
Tunc recessit bachydes ab ierusalem et applicavit
in bethecha et misit occidere ex eis qui ad se refu-
gerant occidit et proiecit in puteum et com-
misit regionem alchymo reliquens ei ad-
iutores et ipse reversus est ad regem in antio-
chyam. Tunc alchymus seducebat omnes
verbis et adlubitum uniuscuiusque loquebatur sibi
et manu valida et suffugavit eos exceptus est
et fecit mala in isr. plus quam gentes. Quod
attendens iudas cessavit exire in regiones
et fecit vindictam in viros desertores. Videns
autem alchymus quod non posset iudam susti-
nere rediit ad regem accusans iudam in multis.
Et misit rex nychanorem qui erat suus
erat rome in iudeam. mandans ei eum de-
perdere. Et venit nycanor in ierusalem cum exerci-
tu et locutus est ad iudam cum dolo verbis pa-
cificis et salutaverunt se invicem. Sed cum iudas
intellexisset insidias exilivit et refugit
ad suos. postea congressi sunt iuxta viculum
capharsalama. Et timens iudas fugit in
civitatem david. Et egressi sunt sacerdotes ad
nychanorem supplicantes et ostendentes ho-
locausta que offerebant pro rege. Et irridens
sprevit eos. Et apponens manum capiti
iuravit nisi traditus fuerit mihi iudas cum
rediero succendam locum istum. Et recessit
nychanor ab ierusalem et venit in betheron
et suscepit exercitum syrie obviam ei
Et exivit iudas cum tribus milibus per eum

Sanguine uve et mori. et adaquate
eos ut eos in prelium.
Et distribuerunt sin-
gulis elephantis

Et commiserunt prelium tercia die mensis adar. Et
contrita sunt castra nychanoris
et cecidit ipse primus. et fugit exercitus eius
armis proiectis. Et egressi de castellis iu-
dee in circuitu percusserunt eos usque ad uni-
et caput nychanoris amputaverunt et dexte-
ram quam superbe extendebat suspenderunt con-
tra ierusalem. et linguam eius minutatim concisam
dederunt avibus ad comedendum. Et statu-
erunt diem illam sollempnem omnibus annis. Et
siluit terra iuda aliquantis dies paucos.

De federe iudeorum cum romanis

.viii. Et audiuit iudas nomen roma-
norum et virtutes eorum quas fecerant
in orbe et quicumque volebant ut preaber-
regno vel exaltabant. et cum eis amicicias op-
time conservabant amicicias. et in omnibus
istis nemo portabat diadema. sed
fecerunt sibi curiam et ccc. et xx. consulu-
it agentes. Et misit romam eupolem
filium iohannis. et iasonem filium eleazari
Qui intrantes curiam dixerunt. Iudas
machabeus et fratres eius et populus iudeorum mise-
runt nos ad vos statuere vobiscum socie-
tatem. et ut auferatis iugum grecorum
ab eis. placuitque sermo iudei romanis. et
rescripserunt federis formam. et rescriptum
in tabulis ereis miserunt in ierusalem ut esset
in memoriale in hunc modum. Bene sit
romanis et genti iudeorum in mari et in
terra. et pax semper. Quod si institerit bellum
romanis auxilium feret gens iudeorum
non accipiens stipendia a romanis sed ut
placet romanis iudeis. Tunc scripserunt
romani ad demetrium. Quare gravasti iugum
tuum super amicos nostros et socios iudeos.
Si ergo iterum adierint nos adversum te. facie-
mus illis iudicium. et pugnabimus tecum
terra marique.

De morte iude

.ix. Interea cum audisset demetrius quod cecidisset
nychanor cum suis misit rursum in iudeam
bachidem et alchymum. et dextrum cornu cum
illis. Et applicuerunt exercitum in ierusalem. et
surgentes abierunt in bethera. et iu-
das posuerat castra in lysia cum tribus milibus
electorum. Et videntes multitudinem ho-
stium timuerunt valde. et subtraxerunt se de ca-
stris. et remanserunt cum iuda nisi dcc-
viri. Sed et iudas corde dissolutus est quia
bellum perurgebat eum. et non habebat tempus
congregandi. Et locutus est ad eos qui resi-
dui erant. Si potuerimus adversus eos. Si libe-
remus animas nostras nunc. et revertamur ad fratres nostros
et tunc expugnabimus adversus eos. Et ait. absit
istam rem facere ut fugiam ab eis. et si ap-
ducam obprobrium glorie nostre. sed moriamur
in virtute propter fratres nostros. Et commissum est cum hostibus
et expugnabant cornu dextrum. Qui autem in
sinistro cornu erant venerunt eis a tergo. Et in-
gravatum est prelium et cecidit iudas. et ceteri fuge-
runt. Symon autem et ionathas fratres eius rede-
merunt corpus eius ab hostibus tulerunt illud in modyn
et sepelierunt illud in sepulcro patrum suorum. et
planxit eum populus planctu magno. Et emer-
serunt iniqui in israel et elegit bachides impios
viros. et constituit eos dominos regionis qui per-
quirebant amicos iude. Et congregati sunt
amici iude. eligentes ionatham in ducem sibi

Et surrexit

De ionatha

ionathas loco fratris sui. et querebat
bachides occidere eum. Tunc ionathas
cum suis fugit in desertum thecue. et misit fra-
trem suum iohannem ad nabutheos amicos suos ut
commodaret ei apparatum suum qui erat copiosus.
Et exeuntes filii iambri percusserunt iohannem
et tulerunt omnia que habebat. Post hec nunciatum
est ionathe et symoni fratri eius quod filii iambri
faciunt nuptias et ducunt sponsam ex
madaba. et surrexerunt adversus eos de insidiis
et percusserunt multos in ultionem sanguinis
fratris sui. Et redierunt ad ripam iordanis
Et audiuit bachides et venit die sabbatorum
in virtute magna. Et dixit ionathas ad
suos. Ecce bellum ex adverso. aqua vero iorda-
nis hinc et inde. et paludes et saltus. et non
locus divertendi. Clamate ergo in celum ut
pugnemus. Et commissum est bellum et ceciderunt
ex parte bachidis mille viri. et reversus
est bachides in fugam et venit in ierusalem. Et
edificaverunt in iudea civitates munitas. et
posuit custodiam in eis. Et accepit filios
principum regionis obsides. et posuit eos in
.x. arce in ierusalem in custodia. Et tunc precepit
alchymus destrui muros domus sancte interioris
et destrui opera prophetarum. Cumque cepisset
destruere percussus est paralysi et mortuus est cum tor-
mento magno. Tunc rediit bachides
ad regem. et siluit terra iuda duobus annis
post iniqui in israel redierunt bachides
in iudeam quod voluit comprehendere ionatham

occulte, sed non potuit: nam innotuit consilium eius
Ionathe. Et comprehendens L viros de his qui
insidiebant ei, occidit eos. Et secessit
Ionathas cum suis in Bethessen, que est in deserto
et firmavit eam. Et ascendit Bachides in
virtute magna et obsedit Bethessen. Et egressus
est Ionathas relicto Symone in civitate. Et
fecit sic Ionathas ... et percutiebat procedentem
inter hostium in tabernaculis eorum. Sy-
mon et egressus de civitate succendit machi-
nas, et pugnaverunt contra Bachidem et contritus
est ab eis. Et irascitur contra Bachides viros qui
reduxerant eum in Iudeam, multos ex eis occi-
dit. Quod audiens Ionathas misit ad eum
legatos componere pacem cum illo. Qui libenter
accepit et iuravit se nichil mali facturum
Ionathe omnibus diebus vite sue, et reddidit
ei captivitatem quam prius exierat predatus in terra
Iuda, et rediit in terram suam, et cessavit gla-
dius ex Israel, et sedit Ionathas in Machmas iu-
dicans in populum, et exterminans impios ex Israel. De
Eo tempore ascendit Alexandro
Alexander filius Antiochi Epiphanes, et
occupavit Ptolomaydem, et
regnavit inde. Quod audiens Demetrius
congregavit exercitum et misit ad Ionatham
ut secum faceret pacem, et non cum Alexandro. Insuper
dedit ei potestatem congregandi exercitum, et obsides
qui erant in arce iussit ei reddi. Et venit
Ionathas in Ierusalem et cepit innovare civita-
tem, et munivit montem Syon in circuitu. Et
fugerunt custodes quos miserat Bachides in
Iudeam. Tantum in Bethsura aliqui remanse-
runt, quia erat eis ad refugium. Et audivit Alexander
promissa que fecerat Demetrius Ionathe, et prelia
et virtutes quas ipse fecerat et fratres eius, et scrip-
sit ad Ionatham dicens: Audivimus de te
quia vir potens es et aptus ut sis amicus noster,
et nunc constituimus te hodie summum sacerdotem
gentis tue, et ut amicus regis voceris.
Et misit ei purpuram et coronam auream.
Et induit se stola sancta in die sollempni sce-
nophegie, et congregavit exercitum, et fecit
arma copiosa. Quod audiens rex Deme-
trius contristatus est, et misit Ionathe th
illa. Manete in amicitia nostra, et nunc
absolvo Iudeos a tributis omnibus, et preter-
ea arces que est in Ierusalem do summo sacerdoti
et omnem animam Iudeorum que est in regno meo
captivam relinquo liberam gratis, et ut omnes

dies sollempnes sint dies immunitatis et re-
missionis, et dies decem circa illos, id est tres an-
te sollempnitates et tres post. Ptholomaydem et duas
civitates contiguas ei do summo sacerdoti ad ne-
cessarios sumptus sanctorum, et singulis annis
XV milia siclorum argenti ad instaurandas opera
sanctorum, et ad innovandos muros Ierusalem et Iudee
super quod abundat de redditibus regis. Ionathas autem
et populus non crediderunt regi, et complacuit eis Alexander,
et ferebant ei auxilium omnibus diebus. Tunc con-
gregavit rex Alexander exercitum, et movit castra
contra Demetrium. Et fugit exercitus Demetrii
et cecidit Demetrius in illa die. Tunc misit
Alexander ad Ptolomeum regem Egypti dicens: Da
mihi filiam tuam uxorem. Et rescripsit ei Ptho-
lomeus significans ut occurreret ei Ptholomayde.
Et exivit Ptholomeus de Egypto et filia eius Cleo-
patra, et occurrenti sibi Alexandro in Ptholo-
mayde dedit eam uxorem. Tunc Alexander voca-
vit ad se Ionatham. Et veniens Ionathas
Ptholomayden invenit gratiam in conspectu duorum
regum. Et venerunt quidam pestilentes ex
Israel contra eum et accusabant eum, sed non atten-
dit eos rex, sed magnificavit Ionatham et
induit eum purpura, et sedere fecit eum inter primos
amicos. Que autem viri in figura regalia
sunt: fibula aurea, dyadema et sceptrum.
Et reversus est Ionathas in Ierusalem cum gloria. De
Post hos Demetrio Cretensi
annos venit Demetrius filius Demetrii
a Creta. Hic occiso patre in prelio fugerat
ad Cretenses parentes maternos, et resump-
tis viribus rediit in maritima Phylisteorum
et in Syria Celes, et constituit Apollonium du-
cem exercitus, qui provocavit Ionatham ad prelium.
Qui assumptis X milibus egressus de Ierusalem et veniens
Ioppen expulit inde Apollonium et obtinuit
eam. Et ibat Apollonius in Azotum, et insecutus est
eum Ionathas, et commiserunt prelium in cam-
po. Et fugerunt equites Apollonii in Azotum
et intraverunt phanum Dagon ut se tuerentur.
Et succendit Ionathas civitatem et pha-
num et eos qui erant in eo. Et fuerunt qui com-
busti sunt in campo et succensi in phano fere VIII milia.
xi ¶ Et transivit Ionathas in Aschalonem, et re-
cepit eum Aschalonita in gloria, et rediit
Ionathas in Ierusalem. Et audivit Alexander rex
virtutes eius, et addidit adhuc glorificare Iona-
tham, et misit ei fibulam auream, quam solet
dari cognatis regum. Et dedit ei Acharon

et omnes fines eius. Et cum uideretur ionathas duo
bus in signibus regiis. forte signum erat de
renouatione regni iudeorum. Et ascendit
alexander in fugiens propter expulsionem et congressus est rex
egipti socer eius in uirtute magna et querebat
obtinere regnum alexandri dolo. et aperiebantur ei
ciuitates et occurrebant ei. Quoniam mandatum
erat alexandri. Et transiens in singulis ciuitatibus
relinquebat custodias. Et ut appropinquauit
azoto ostenderunt ei templum dagon suc
censum. et cetera demolita. et tumulos eorum
qui cesi fuerant. et dicebant. Sic fecit iona
thas. ut inuidiam facerent ei. Et tacuit
rex. Et occurrit iona. ptholomeo in ioppem. et
salutauerunt se. Et abiit iona. cum rege usque
ad fluuium eleutherum. et rediit in iherusalem.
Ptholomeus autem obtinuit ciuitates usque seleu
ciam maritimam. misit ad demetrium dicens. Ueni
componamus pactum. et dabo tibi filiam meam
penitet enim me quod dederim illam alexandro. Et
tollens filiam suam dedit illam demetrio
et regressus ab alexandro manifeste. Et intrauit
ptholomeus antiochiam et imposuit sibi dyademata
duo egipti et asie. Tunc alexander uenit
contra in bellum. et uictus est a ptholomeo. et fugit
in arabiam ad penates maternos cum anti
ocho filio suo. Rex autem arabum timens
uirtutem ptholomei occidit alexandrum et resignauit fi
lium. et misit caput alexandri ptholomeo. Qui grauius
est. et febre et in tercia die moritur. et reg
nauit demetrius in solio patrum suorum. In
diebus illis arcem expugnabat ionathas
que erat in iherusalem. Et nunciauerunt hec deme
trio quidam iniqui ex israel. Qui iratus uenit
ptholomaydam. et scripsit ionathe ne ob
sideret arcem. sed occurreret sibi festinato. Et
elegit io. de senioribus israel. et dedit se pe
riculo. et uestes accepit et pecuniam mul
tam. et abiit ad regem et dans ei munera
inuenit gratiam in conspectu eius. Et licet multi
accusarent eum magnificauit eum rex
in conspectu omnium et statuit ei principatum
sacerdotii et cetera que fuerat prius. Et ui
dens demetrius quod siluit terra in conspectu
suo dimisit in loca sua. et retinuit se
cum exercitum peregrinum. Et inimici erant omnes
exercitus patrum eius. Tryphon autem erat
quidam prius alexandri partibus. qui uidens
quod omnis exercitus murmurabat contra
demetrium iuit in arabiam ut reduceret
antiochum filium alexandri. intra dies prius sibi
Eo tempore demetrius erat offensus. Misit
ad eum ionathas ut eiceret eos qui erant in ar
ce iherusalem. et eos qui in presidiis erant. quia impug
nabant israel. Et ait demetrius dicens. Hec
et maiora faciam tibi cum fuerit oportunum. Sine
ei recte feceris si miseris mihi uiros in auxilium
quia discessit exercitus meus a me. Et misit ei
io. iii. milia eorum in antiochiam. Et delectatus est rex
in aduentu eorum. Et surrexerunt antioch
eni contra regem. et uolebant interficere regem
et fugit rex in aulam et misit iudeos per ciui
tatem. et occiderunt centum milia hominum. et liberauerunt
regem. residui uero ciuium dederunt se regi. et
fecerunt pacem. Et glorificati sunt iudei. et redi
erunt iherusalem. Et silentium terre in conspectu demetrii
et mentitus est omnia que dixerat ionathe et recessit
ab eo et uexabat eum ualde. De anti
Eo tempore reuersus ocho adolescente
est tryphon de arabia reducens
anthyochum adolescentem et impo
suit ei dyadema. et congregati sunt ad eum
exercitus quos dispersserat demetrius et
pugnauerunt contra demetrium et fugit et
obtinuerunt antiochiam et tryphon antiochiam.
Et scripsit antiochus adolescens ionathe
dicens. Constituo te sacerdotem. et constituo te
super iiii. ciuitates ut sis de amicis regis.
Et misit illi uasa aurea dans ei potestatem
bibendi in auro. et esse in purpura et habere fi
bulam auream. Et symonem fratrem eius consti
tuit ducem a terminis tyri usque ad finem
egipti. Et exiit iona. et perambulabat
ciuitates. et occurrerunt ei honorifice ascalo
nenses sed pauci resistentes ei post ea dederunt
ei dextras. Et accepit obsides eorum et mi
sit eos in iherusalem. et perambulabat regiones
usque in damascum agens negotia regni
Et audiuit quod ionathas quod principes
demetrii qui erant in cades galilee cum
exercitu magno uolebant eum amouere
a negotio regni. et occurrit illis relinquens
fratrem suum symonem in prouincia. et congressus
est cum eis. fugerunt omnes qui erant cum ionatha
preter duos. Et sciudit io. uestimenta sua et
orauit et aggressus est hostes. et conuertit eos in abeo
fugam. et redierunt ad eum omnes qui recesserant
Et insecuti sunt hostes usque ad castra eorum
que erant in cades. et occiderunt ex eis xii
iii. Et reduxit ion. in iherusalem et misit

romam renouare cum eis amiciciam. Et Spar-
ciatas scripsit quos super lacedemonios
dixim(us) dicens. Quod cum scripsisset nobis arius rex ue-
ster onye summo sacerdoti iudeorum. quia de gene-
re abrahe essent et fratres nostri. et fecimus uobiscum frat-
ernitatem. Et uerum memores sumus uestri in sac-
rificiis et oblacionibus nostris sicut decet meminisse
fratrum. et nunc misimus ad uos ut innouemus
fraternitatem. Et rescripserunt spartiate pecu-
nia uestra et possessio uestra nostra sunt. et nostra uestra
sunt. Et innouata est fraternitas. Et audi-
uit ionathas quia iterum egressi sunt principes demetrii
cum exercitu multo super quem prius. et egressus
est ad uersus eos. Qui cum audissent aduentum
eius nocte fugerunt relinquentes focos in castris.
et mane secutus est eos ionathas et non comprehendit
quia transierant flumen eleutherum. Et diuer-
tit ionathas ad arabes qui dicuntur zabadei et per-
cussit eos. Symon autem declinauit in ioppe
quia audierat quod uellet presidium tradere
partibus demetrii et posuit in ea custodes. Et redi-
it ionathas in ierusalem et innouauit muros in
ea et muniuit eam ualde inter arcem
et ciuitatem ut esset ciuitas singularis
in terra et ne emerent neque uenderent et non indige-
rent bonis aliorum. Eo tempore cogitauit
triphon occidere antyochum adolescentem
et imponere sibi dyademam. sed timuit iona-
tham strennuum defensorem antyochi
et elegit ut eum prius occideret. Scripsitque
ionathe ut occurreret ei in bethsura.
Et uenit ad eum ionathas cum xl. uirorum
uidensque triphon quod non posset manum
extendere in eum. honorauit eum dans ei
munera et precepit exercitibus suis ut obe-
dirent ei sicut et sibi. et ait ionathe. ut
quid uexasti populum? Elige tibi paucos et ue-
ni mecum ~~pt~~ ptholomaydem et tradam
eam tibi et reliqua presidia et exercitum
et uniuersos ministrales regni et redibo.
Et credidit ei ionathas et remisit in iudeam
exercitum et retinuit tantum iij. ex quibus
eciam dimisit in galylea ij. et erant
mille cum eo. Cum intrasset ptholo-
maydem. ligauerunt eum ciues et omnes qui
erant cum eo interfecerunt. Et planxit
omnis terra iuda ionatham. existimantes
eum occisum esse. Et dixerunt gentes
que erant in circuitu iuda. Non habent
principem tollamus de hominibus memoriam

eorum. Et congregauit triphon exercitum et ue-
nit in terram iuda ut attereret eam. Timensque
populus. ascendit in ierusalem et ait symoni. Tu es
dux noster loco iude et ionathe fratris tui.
Et accelerauit **De symone** xiij.
symon consummare muros in ierusalem
et misit exercitum in ioppem. Cogno-
scens autem triphon quod surrexit symon loco io-
nathe misit ad eum legatos dicens. Pro ar-
gento quod debebat frater tuus ionathas in racione
regis detinuimus eum. et nunc mitte argen-
ti talenta c. et duos filios eius obsides et
remittemus eum. Cum cognosceret symon
dolum eius. misit tamen argentum et pueros
ne murmuraret populus dicens. Non redimit
fratrem uolens regnare. Et mentitus est tripho
et intrauit regionem ut contereret eam. Et
appropinquasset bathsama uidens quod non profice-
ret occidit ionatham et filios eius. et re-
diit in terram suam. Et misit symon et acce-
pit ossa ionathe et sepeliuit eum in modin.
Et statuit vij. piramides patri et matri et
iiij. fratribus et sibi. et circumposuit columpnas
magnas et sculpsit in eis arma et na-
ues ad memoriam eternam. Triphon autem
cum iter faceret cum antyocho adolescente
dolo occidit eum et regnauit pro eo in asya.
Tunc edificauit symon presidia in iudea et
misit ad demetrium ut faceret pacem cum eo
et mittens munera rogauit ut faceret ei
tributi remissionem regni. Et scripsit re-
demetrius dicens. Munera suscepimus
et pacem fecimus uobiscum magnam remitto-
res ignorancias et peccata usque in hodier-
num diem et absoluimus uos ab omni tributo
Et ablatum est iugum gencium ab israel. Et
extunc cepit scribere populus israel in tabulis
et gestis publicis anotaciones temporis in
hunc modum. Anno primo sub symone sum-
mo sacerdote magno duce et principe
iudeorum. Tunc descendit symon in gazam
et obsedit eam. et eiecit ydolatras
et ydola de ciuitate. et mundauit edes
et collocauit in ea uiros qui legem face-
rent. et muniuit eam. et fecit sibi habita-
cionem. et obsedit eos qui erant in arce ie-
rusalem. Et clamauerunt ad symonem
ut acciperet dextras et dedit illis. et eiecit
illos inde. et mundauit arcem a contami-
nacionibus. et intrauit in eam cum musicis in

strumentis ympnis et ramis palmarum sta-
tuens ut omnibus annis agerentur dies hii cum
leticia. Et vidit symon iohannem filium su-
um quia vir esset prelii et posuit eum super se du-
xiiii cem et dedit ei gazaram ad habitandum. Et
congregavit demetrius rex exercitum et
intravit medyam adquirenda sibi auxilia ut
xv pugnaret triphonem. Et arsaces rex per-
sydis et medye misit unum de principibus
qui percussit castra demetrii et comprehendit eum
vivum. Et posuit eum arsaces in custodiam.
Et siluit terra iuda diebus symonis qui
fecit se ioppen in portum et introitum in insu-
lis maris. et dilatavit fines gentis sue
et abstulit immundicias et sedit unusquisque
sub vite sua et sub ficu sua. nec erat qui e-
os terreret. Et misit symon ad spartiatas
ad innovandam fraternitatem. Romanis
quoque misit clypeum aureum mnarum mille et
statuerunt ei romani libertatem et scripse-
runt in tabulis ereis sed. Que posite
sunt in titulis in monte syon. **De antyocho demetrii**

E o tempore exivit
antyochus filius demetrii in terram pa-
trum suorum. Et convenerunt ad eum omnes
exercitus. ita ut pauci essent cum triphone. Et
scripsit antyochus symoni et genti iu-
deorum dicens. Statuo vobis omnia que re-
miserunt vobis reges ante me. et permitto
vobis facere percussionem proprii numismatis
in regione vestra. Cumque obtinuero regnum
magnificabo gentem vestram et templum in
gloria magna. Porro triphon fugiens an-
tyochum per maritima recepit se in doram.
Et insecutus est eum antyochus et obsedit civi-
tatem terra marique. Eo tempore lucius consul ro-
manorum scripsit regibus et regionibus continen-
te ne inferret mala iudeis amicis suis
nec opem ferrent infensis. et siqui pestilen-
tes de iudeis confugerent ad eos traderent
eos symoni principi sacerdotum ut vin-
dicaret in eos secundum legem suam. Antyochus
autem rex obsedit doram secundo et conclusit tripho-
nem ne procederet. Et misit ei symon duo milia
virorum in auxilium argentum et aurum et va-
sa copiosa. Qui noluit ea accipere sed fre-
git pactum quod fecerat cum eo et misit ad
eum athenobium mandans ei ut redderet
ei arcem que est in ierusalem ioppen et gazaram et
tributa locorum quibus dominati fuerant aloquin
veniret ut expugnaret eum. Et vidit a-
thenobius gloriam symonis in ierusalem et appara-
tum copiosum et affluenciam in auro et argen-
to et obstupuit. Et dixit symon. Terram alie-
nam non sumpsimus sed hereditatem patrum no-
strorum que ab inimicis nostris iniuste aliquo
tempore possessa est. Et redyt athenobius
ad regem et renunciavit ei verba symonis
et gloriam eius. Et iratus est rex ira magna.
Porro triphon fugit navigio in orthosya-
dam. Rex autem persequens triphonem constituit
cendebeum ducem maritimum et reliquum ex-
ercitum ut expugnaret iudeam. ¶ Et xvi
edificavit cendebeus cedronem. collocans
ibi milites ut vastaret fines iudee.
Quod cum accepisset symon vocavit duos fili-
os suos seniores iudam et iohannem et
ait illis. Ego et fratres mei expugnavi-
mus hostes israel ab adolescentia usque in hunc
diem. Nunc autem senui sed estote loco me-
o et pugnate pro gente nostra. auxilium
vero de celo vobiscum sit. Et dedit illis xx
pugnatorum et equites. Et profecti sunt ad-
versus cendebeum et erat fluvius torrens
inter eos et timuit populus transire. et transiit
iohannes primus et insecuti sunt eum omnes
et insonuerunt sacris tubis. Et conver-
sus est in fugam cendebeus et castra eius
et ceciderunt ex eis multi vulnerati. Vul-
neratus est et iudas frater iohannis. Et
insecutus est iohannes fugientes usque ad ce-
dronem. et ceciderunt ex eis duo milia virorum
et redierunt filii symonis in pace.
orus **De morte symonis**

P tholomeus filius abobi constitutus
erat dux in campo iericho
Erat enim gener summi sacerdotis et habebat
aurum et argentum multum. et elevatum
est cor eius et volebat obtinere regio-
nem et cogitabat dolos adversus symonem
et filios eius ut tolleret. Symon autem
perambulabat civitates regiones
gerens sollicitudinem earum. et descen-
dit in iericho et iudas et mathathias
filius eius et suscepit eos ptholomeus in mu-
nicipiunculum quod edificaverat in dolo
et fecit eis convivium magnum et abscon-
dit ibi viros et intraverunt in convivium
cum inebriatus esset et occidit symonem et duos
filios eius et reddidit mala pro bonis

Nam et uxorem symonis cum duobus filiis eius
in nocte inuolauit. Et scripsit antyocho
regi ut mitteret ei exercitum et auxilium ut
traderet regionem et ciuitates et tributa. Ue-
rumque nuncios ad tribunos ut ueniret ad se
et daret eis argentum et aurum et dona. Aliosque
misit occupare ierusalem et montem templi. Porro
alios misit in gazaram ut interficerent io-
hannem. Et fecerunt quidam in gazaram nunciaue-
runt iohanni quod factum fuerat. Et ipse festinauit
occupare ierusalem et occidit eos qui uenerant perdere
eum. Et factus est princeps sacerdotum
pro patre suo. Secundus liber machabeorum

Secundus liber machabeorum non est hy-
storie precedentis sed consequentis cum
recapitulatio. Est enim epistola
quam scripsit iudas machabeus
et senatus iudeorum et ierusalem dispersioni iudeorum
qui exulabant in diuersis regionibus orientis et
maxime in egypto in qua insinuauerunt eis du-
as aste sollempnitates nouiter institutas. hor-
tantes ut eas suscipient et sollempnizarent
quem annis una de purificatione templi
quam fecerant xxv die mensis casleu
id est decembris post tres annos pollutionis
facte ab antyocho. Altera quam instituer-
rant pro incredibili uictoria quam hucerant
in festo nycanore cum caput et manum
contra templum suspensa posuimus hortantes ut sollempne agerent diem scenophe-
gie et diem ignis quem dedit deus aqua crassa qui ne-
emyas obtulit sacrificia. In hoc autem loco
huius epistole legitur ieremiam abscondisse archam et
altare incensi in spelunca montis in quo moy-
ses ascendit et uidit dei hereditatem. Et ac-
cesserunt quidam qui sequebantur ieremiam ut no-
tarent sibi locum et non potuerunt inuenire. Et
culpans eos ieremias ait. Ignotus erit locus donec congre-
sic erat. Secunda quam in diebus hominis de terra
Sodoma de latere viri. Tertia quinque et
femina. Quarta sic erat ut sine viro na-
sceretur homo de femina. Unde et apparatur
cum locutione quarta nomine Christus filius hominis
dei est. Prima et secunda generatio invenitur
in eadem. De quinta generantis. Angeli
de quinque sufficiebant. Octavo die cir-
cumciderunt puerum et declaraverunt nomen
eius esse Ihesum quod impositum erat ei ab angelo
priusquam conciperetur. De magis

Tertiadecima vero die id est viii idus
Januarii ecce magi venerunt
ab oriente Ierosolimam dicentes ubi est qui natus
est rex Iudeorum vidimus enim stellam eius. Suc-
cessores isti fuerunt doctrine Balaam qui
stellam eius vaticinio noverunt. Orietur stel-
la ex Iacob etc. Numeri xxiiii. Et a magni-
tudine scientie magi nuncupati sunt. Quos in
greca philosophos persice magos appellant. Vene-
runt autem a finibus persarum medorum et chal-
deorum ubi fluvius est sabba a quo et sabea
dicta est regio. Eodem tamen duce eos magos
primo deceptos putant sed postea dolum Herodis
per aliam viam revertentes fefellerunt. Cri-
sostomus dicit stellam multo tempore antequam
christus nasceretur eis apparuisse et ita multo
tempore de longinquo venerunt. Potuit tamen fieri ut in
xiii diebus super dromedarios sedentes longa
terrarum spatia transmearent. Audiens ma-
gos Herodes rex turbatus est et omnis Ierosolima
cum illo. Timuit enim rex ne quis de semine
Hyrcani vel Aristoboli natus esset regnum
cuius se tamquam alienigena destitueret.
Turbatur autem civitas novitate mi-
raculi percussa. Cumque diligenter didicisset
rex ortum stelle a magis ut per eam na-
tale pueri cognosceret et convocatis scribis
sciscitabatur ubi christus nasceretur qui in
Micheam in Bethleem id est futurum videns
effrata nasciturum dixerunt. Bethleem
prius dicta est effrata ab uxore Caleph
que ibi sepulta est. Quam quidam suspi-
cabantur filiam fuisse Hur et Marie
sororis Moysi. Postea vero post famosam
sterilitatem pro qua Elimelech cum domo sua
abiit ad Moabitas cum reddita fuisset
ei terre dives ubertas dicta est Bethleem
quod sonat ubertas domus panis. Tunc autem
rex magis ut invenirent puerum et adorarent

ad
ut veniens eum adoraret. Iam enim animo ducere
erat ad perdendum puerum. Qui egredientes de
Ierosolimis stella antecedebat usque dum veniens
staret supra domum ubi erat puer. Fuit fulgens
ei stella tunc creata notabilis et discreta
ab aliis in splendore quia lux diurna non im-
pediebat et in loco quia neque in firmamento cum
stellis mobilis erat neque in ethere cum planetis
sed in aere vicinas terre tenebat vias et
in motu quia prius immobilis super Iudeam
magis signum dedit veniendi in Iudeam
qui ex deliberatione sua Ierosolimam tamquam caput iu-
dee adierunt quibus egressis tunc primo motu
notabili precessit eos. Que peracto officio
suo mox esse desiit et rediit in preiacentem ma-
teriam unde sumpta fuerat. Tamen quidam
tradunt Bedam voluisse quod in puteum Bethle-
emiticum cecidit et postmodum in diebus Paule et Eu-
stochium quidam virgines deo dicatas eam
miraculose vidisse. Quod quia fabulosum est
firmatur fieri cum quibus monasteria duce-
bant virgines eius nomine sua quoque sepulture
signis vero. De oblationibus et nominibus magorum

Magi domum quam luce divisorum non
natum obtulerunt puero singuli aurum thus et myr-
ram consueta Sabeis oblatione tria signi-
ficantes eum regem deum et mortalem. Nomina
trium magorum hec sunt nomina trium magorum hebraice
appellati Apelius Amerius Damascus. Grece Galgal-
lath Magadalath Tarachym. Et cum
deliberaret de reditu accepto responso est eis in som-
nis ne redirent ad Herodem. Et venien-
tes Tharsum cilicie conducto navigio re-
dierunt in regionem suam. De purificatione domini

Sed postquam completi sunt dies
purgationis marie tulerunt puerum
Ihesum in Ierusalem ut sisterent eum domino in
offerendo presentaret et dederunt hostias
pro eo par turturum et duos pullos colum-
barum insuper redemerunt eum v siclis
argenteis. Et erat in Ierusalem Symeon se-
nex qui acceperat a spiritu sancto non visurum se mortem
nisi videret christum domini. Et tunc eodem spiritu venit in
templum et accipiens puerum in ulnas suas
eius cum Christum ait. Nunc dimittis et cetera.
Et prophetavit de passione christi. Ait ad Mariam
Et tuam ipsius animam pertransibit gladius
id est passio ipsius. Non enim absque nimio dolore
potuit videre filium crucifigi et sic apparet
resurrecturum vel ita tuam ipsius que et tua

est· qm̄ · s· q̄ tuā dilig9 ꝑtransibit· gla-
dius Eadem hora superueniens anna· ꝓphe
ta · 7 loquebatur de illo omīb9 q̄ expecta
bant redempcōne isrl' De fuga domini

Time herodis iudeis· in egiptum
quia illusus eet a magis· Videns eni
herodes magos sibi n̄ reuenisse
se putauit eos uisione stelle deceptos
7 ideo erubuisse redire· ad eū· 7 ideo ab in
quisicione cessauit· Sz cū audisset q̄ dcā
fuerant a pastorib9· 7 marie ꝓphias
symeonis 7 anne· sensit se illusum 7 de
morte puero2 bethleemitar2 tractabat
ut ille q̄ ignorabat cū eis occideretur
Spcā ꝑ amonicōez angli fugit i egipt
ioseph cū puero 7 matre eius usq ad
obitū herodis· Cum3 ingrederetur domi
nus in egiptum corruerūt ydola egipti
ꝑ ysaia q̄ ait· ascendit dn̄s sup nube leuem
7 ingredietur egiptum· 7 mouebunt
symulacra egipti· Traduntq3 q̄ sicut
in exitu filio2 isrl' de egipto· nō fuit
domus egipti in q̄ deo ꝑcuciente nō iaceret
mortuum ꝑmogenitū· ita tunc n̄ fuit templū
fuit in egipto in q̄ nō corruisset ydolum

De morte pueror3 q̄r dilatata ꝑ annum

Herodes aut̄ dū de morte
puero2 disponeret citatur ꝑ epl'am
a cesare augusto ut romā ueniret
accusatum filio2 insimul· Tradit Jo· d'· q̄d
alex'· filiis suis secū romā traxit et
uenerunt ꝯ patrem reū apud cesarē po
stulauit· Qui cū faceret pegrinacionem audi
eris naues tharsensium magos transuexi
sse in spū uehemēti· combussit naues thar
sis q̄d dd' ꝓphetauit i xlviij· ps· spū ue
hementi cōteres naues thar· Cum uero coram
cesare disceptassent pr' cū filius hacte
nus sunt reconciliati ut adolescentes
patri in omīb9 obedirent· ipe aut̄ reg
num dimitteret cui uellet· Redeuntibus suspi
cionib9 liberatus erat· Veniensq3 in iu
deam 2nocatis tribus filius antipatrum
ꝑcordium suum fecerat a cesare expo
suit· 7 se successorem iudicio ꝯstitutum
ne iudei regnum ad suos redituri existi
marent Tunc ꝯfirmato herodes i regno
eius q̄ prius mittens occidit omēs pueros
q̄ erant in bethleem 7 in oīb9 finib9 ei9
a bymatu 7 infra· s' tpe q̄d exquisierat
a magis quo2 maxima pars tercio miliario
a bethleem ad austrum sepulta 3 plurimum
suā 7 usitata h' eo 3 ortū dicebant stel
lam herodes eadem die qua natus erat
dō· 7 ꝑ ortū stelle istum annū eē sae
bat· 7 in sup aliquot die2· ideo sup extitit
te eis usq ad binos 7 infra· usq ad
unū noctis i fantes de sauit i pueros
timens pili morphoseon· i· transfiguracione
ne· s· puer cui sidus famulaba
tur sup etate sua ul' infra transfor
mari faciem sua· Crisosto dicit stellam
apparuisse ꝑ annum ante dn̄m ad uete
rē natiuitate· Credebat herodes tunc
dō fuisse natum· 7 putabat dō binum
eē adiectione paucor3 die2· 7 ideo occi
dit pueros binos 7 de incepto usq ad
v· anos sz nō minores binis· 7 expo
suit bimatu 7 infra ꝑ rōne nu· Sic
n· rōne tpis minores binis i feriores
sunt eis q̄ ꝑt nati sunt· ita rōne nu
maiores binis i feriores sunt eis q̄ ꝑt
eos nati sunt· cui assentit ui· facit fidem
q̄ q̄dam ossa innocentum hent adeo gran
dia q̄ binor3 eē nō possent· potest
ad hec dici q̄ longe maiores tunc erant
homines q̄ntitatis quā nūc Consummatio

Tunc impletum iere· ꝓphia fuit
3 illud· iere· vox i rama audi
ta 3 ploratus 7 c· Rama locus 3
iuxta gabaa· xij· miliario distans ab
urbe bethleem· ubi post deleta tribu be
niamin ꝑ uxore leuite pauci supsti
tes planxerunt mortuos· Hoc aut̄ ue-
rsum· poca induxisse cōminando quam
pacendo· Comīabat· n· tantam trucu-
lencie iuuenis duab9 tribub9 quanta fecit fue
rat in filiis rachel cū plangeretur
uox audita 3 i rama· Tu q̄ ꝓphauit
de nece puero2 ut math' ait· 7 tunc
rama nō nō e loci· Sz q̄ rama excel
sū sonat idem 3 ac si dixisset· vox i
excelso audita 3· Dī q̄ debuisse di
ci· lya plorans filios suos· ē bethle
em ipe de tribu iude fuerunt· Sz quia
tribus beniamin ꝯtermina fuit iude
i sinuauit euangelista multos de beny
amyn illos fuisse occisos· pueros de
pueritia ad exaggerandū scelus he
ro dis· vl' quia rachel iux' bethleem

sepulta e uno miliario a bethleem in tu
mulo iacob posuit
xij. lapides p[ro] g[e]n[er]es [?]
i signum filiorum suorum
q[uorum] p[ro]pheta locutus sit
dicens que nollet consolari
eo q[uod] non sunt [?]
Iu[daea] solam quam [?] sua i
ps[ius] solabilis dolebat
de eo q[uod] n[on] sunt. s[ed] de eo
q[uod] mortui esse deser[ere]

Martires dicuntur qui
q[uasi] moriuntur loco Christi
ut Innocentes; pro
Christo qui pro eius confessione
ut Stephanus; qui q[uasi]
pro legis rectitudine
ut Machabei;
qui q[uasi] pro iustitia
ut archiepisco
pus Cantuarie
nsis.

Innocentes q[uae] de inter
lavato vocabulo dicuntur non quia testes
s[unt] s[ed] quia pro Christo occisi sunt. q[uia] si non loquen
do moriendo confessi sunt. pro quo ecclesia p[re]s
sollempnizat eius ad inferos descenderunt.
Sed i neorum sollempnitate cantica letitiae
subtrahuntur. s[ed] te deum laudamus. et gloria in excel
sis deo. et p[ro] alia q[uo]dam dici laus e[t] alle[luia]
no cantemus ei[us].

De nece duorum filiorum herodis

Hec tunc autem ut qui herodes
multos orbaverat filios. et ipse mis[er]
abiliter suis orbaretur. nam p[ro]curatu
etiam Antipatri qui susceperat ergo odii d[e]i[?]
um fecit sunt suppositi Alexander et Aristobulus pater. Ob
hoc scripsit herodes augusto tunc suis accu
sans filios. Misit autem augustus sabinum et
petium legatos cum rescripto ut coram
his duobus coacto concilio contra filios in
dicaret et de eis si vindicte cor[...] facer[et]
quod vellet. Auditis autem hinc et inde partibus
illi legati illos dampnatos et nuntiaverunt
non tamen morte. Tunc apud sebasten necati eos
in vincula. Complices autem eorum apposuit
tortur[is] prius ut confessione eorum enuclearetur
si tantum sua machinatione ad filios. Con
fessus est autem quidam miles que promissa ab alex[andro]
si patri venenum propinaret. Confessus est etiam et consor
tio promissis e muneribus si diu pater barba
patrem cum iugularet. Addiderunt que dixisse alex[ander]
non esse spem ponendam in sene que canos tinge
bat ut videretur adolescens. Pueros mox herodes
misit speculatoribus iussit eos occidi. et apor
tari in alexandrium. ibique sepulti sunt cum alexandro
avo materno.

De post testamento herodis et odio ipsi antipatri

Tunc
fecit herodes testamentum et antipatrum
fratrem regem constituit et herodem.
quem antipas substituit antipatri. Antipatri
illo intollerabile odium ipse excepit cunctis

facientibus quod fratribus suis perversis calumpnias
Ob hoc quod patri iam non recto oculo eum aspicie
bat. Ad hec quod antipatri molestius erat patri
quod fratrem suum substituerat eoque ad filios
ipsius antipatri regnum transisse voluisset. Alia
est cum maior inde orta est ei in patrem
nam pupillos filiorum quos occiderat p[ro]pria dilectio
ne fovebat. Alios nepotibus suis eos copu
lans matrimonio. Erant autem relicti pueri
de aristobulo p[ro] ipso herodes agrippa quem iacobum occidit
gladio et herodias quam post abstulit herodes
antipas fratri suo philippo. Timuit ergo
antipater ne ad pupillos fratrum suorum quos reg
num revocaret herodes quia eos extre[m]e miser[ic]or[dia]
contingebat. Commovit ergo feroram totum
herodis. adeo ut feroras recederet a fratre et
statim[?] t[...] q[uo]d concessa ei fuerat tris [?] locaci
ne. Ipse etiam prevolente quibusdam excogi
tatis occultis roma abiit efficacissimum
venenum quodam venefice arabica com
paravit. et apud uxorem ferore reponens q[uo]d tem
dum ipse abisset per ministrum quod convivio patris
propinaret.

Quod herodes se retraxit in typatum insidiante vite

Cum autem antipater rome esset mortuus
est feroras. Accepitque herodes de
veneno reposito apud uxorem ferore per
ancillas a domina sua tractare recedente
Itaque evocata relicta fratris a se veneni
iubet eam. Illa vero cum allatura egressa de tec
to se precipitem misit. sed semiviva allata
ad regem est. Cum moreretur frater tuus mecum
autem. Attulit huc miles venenum quod reliquit
nobis antipater me vivere regem assume
ne ad inferos statim filiaci[?] ultore fort[asse]
Ego vero magnam ei pre regne [...] fun
dens modicum [...] ipse dubiosa est. et quia [...]
metuebam respiravi. Cumque pro inde cum
veneno contulisset expiraverunt. Accepit
per plurimos alios adiutorum quod antipater
in morte patris conspiraverat. Herodes eum
matre revocavit. matremque ei repudia
vit cum filium publice accusavit presente
nabo[?] preside syrie qui illis diebus urbem ve
nerat posuit in carcerem apud iericontem.

De magnitudine morbi herodis

Cumque complices filii patris eo s[e]
filio ex[...] punire suppliciis
cogitu morbo impedit[us]. Accre
bat et senectus est anno iam lxx. nam erat

animumque eius filiorum clades gravius affligebant. Erant autem in urbe duo sophiste, quos non pauci adolescentium sectabantur cum leges exponerent. Hii suaserunt iuvenibus rege tabescente ut aquilam auream, quam rex super maiorem portam templi contra patrias leges posuerat, deicerent. Qua deiecta rex commotus magnitudine morbi superavit, et ratione procedens totius multitudinis hanc iniuriam desudere intrabatur, sed ad preces eorum in solos actores ultus est. Illos enim qui funibus dimiserant aquilam concremavit cum duobus sophistis vivos incendio. Deinde variis affligebatur languoribus. Nam febris non mediocris, pruritus intollerabilis in omni corporis superficie, assidui vexabant coli tormina, pedes in modum ydropici tumuerant, putredo testiculorum vermes generabat, crebro anhelitu et interrupta suspiria, que ad vindictam dei ab omnibus inferebantur. Ipse vero iordanem transiens apud callioren aquis calidis utebatur. Cumque corpus eius foveri oleo calidiori medicis placuisset, in archam olei plenam dimissum ita dissolutum est ut et lumina quasi mortui resoluta torqueret. Tamen ad clamorem astantium respirare visus est.

De nobilibus iudeis occidendis in morte herodis

Cumque reversus esset iericho, audiens iudeos mortem suam expectantes cum gaudio, ex omni iudea nobiliores iuvenes colligi et concludi precepit in ypodromo, id est circo, precipiens salome sorori sue ut cum animam efflaret statim illos occideret, ut tota omnis iudea invita et ipsi etiam morte plangeret. Literas quoque quos romam miserat redeuntes epistolam tulit quod cesar augusto ut antipatrum vel exilium daret vel simul morte damnaret. Quo nuntio paululum recreatus cum pomum quo libuit vescebatur, petiit cultellum, quem ad scindendum preparans, statim cum tussi violenta distendebatur. Circumspiciens ne quis obviet, cum impetu se percussurus dexteram sustulit, sed achiab consobrinus eius dexteram continuit. Statimque ululatus quasi rex mortuus esset in regia excitatus est. Quo audito antipater exultans multa custodibus promittebat ut eum solverent. Quod cum accepisset herodes gravius tulit exultationem filii quam mortem, et continuo missis satellitibus occidit eum, sepelirique precepit in hyrcanio. Statimque mutans testamentum archelaum regni scripsit successorem, tamen ita ut ab augusto susciperet dyadema.

De morte herodis et successione archelay

Post mortem autem filii v. diebus exactis mortuus est, xxxvii. anno postquam a romanis rex declaratus fuerat, in alienis fortunatissimus, in rebus domesticis infelicissimus. Sed salome illos quos occidi mandaverat absolvit. Sepelivit autem eum archelaus in herodion, ubi ipse mandaverat, regiis ornatus insigniis, pompa prosequente. Septem autem diebus in lugendo patre suspensis epulis funeralibus largitionem ipse exhibuit, quia mos iudeorum ob expensas funerum multos depauperat. Candida veste indutus ascendit templum, variis favoribus a plebe susceptus, sedensque in tribunali dixit se regis nomine usurpari nolle donec a cesare confirmata esset successio, promittens quod melior patre omnibus appareret. Quo circa alii tributa levari, alii vectigalia tolli, quidam solvi custodias acclamabant. Postulatis autem archelao annuente, celebravit hostias et in epulis cum amicis.

De lite fratrum coram augusto

Orta est autem seditio, que in novis regibus accidere solet. Plurimi enim sophistas pro defensione legis occisos lugebant. Omnes enim ferre pontificem quem herodes pro eo creaverat amovendum proclamabant. Instante vero azimorum die cum turba ab ymmolatione prohiberet pontifices, archelaus misso tribuno verbis prius compescere temptavit. Cum autem vulneratum remisissent, tribunum archelaus missa grandi manu satellitum iii. milia occidit, et pro voce preconis omnes ad propria redire commonet. Neglecta festivitate omnes abierunt. Ipse vero cum nicolao et ptholomeo sectatoribus patris sui romam profectus est, salomamque et filios secum duxit, ut cum testamento quod ultimum voluntatem prius testaverat, philippo suo preceptore regni relicto. Profectus est et herodes antipas, ut de regno herodis cum fratre disceptaret, oratore hyreneo pro se ad testimonia dicendum plurimum, sed et cesar

quidem Cesar optimatibus romanorum
patribus prosequendi copiam dedit. Ubi post tempus
grauium exagitatus et filia sua nata in
terim filium adoptivum sede iussit. Arche
regnum laus se debere asserebat et ceteris ... et
cum testamenti legittimitate. Antipas uero primum
testamentum debere fieri asserebat quod postquam bo
nos mores erat inspexerat. Romanis nullum
fore quod ipsum pater mortis inops fecerat. Alium
tunc magnum super se apparentem addebat quod
Archelaus uniuersum regnum ad Cesarem detulisset. Cum
ipse corpore rex grandeuus esset repulisset. Preterea
in natale pre... sue ii occisorum sanguine ma
culauit. Cesar uero inter dissensus de regni
tis secum deliberauerat an aliquem regni suc
cessorem constituere oporteret an toti familie
distribuere principatum. Preterea ... uarii
de Syria acceperant iudeos defecisse mouen
tes interim quod mortuo Archelao, mortuus uita
ainui. De quatuor regibus in Iudea

Eodem sane tempore iiii reges Iudee
fuerunt. Iam in Ydumea Ache
cimorum qui sub Herode militauerant
regem causae ... Sephori in Galylee Iudas
filius Ezechie latronum principis olim ab Herode
capti dyadema sibi imposuerat. Trans flumen
quod Symon quidam ex regalibus uastauit
corporis fuerat alacritate rex creatur. Pastores
quod quedam precium corporis pastorem Athronii
Israel regem sibi statuerunt. Ab hiis imuadat
Cesari missi Romam Auaro Phylyppo ducibus
tria tradente de causis ut et Archelaus ueniret
et si regnum Herodis nepotibus eius distribui
placuisset partem aliquam mereret. Iuerunt et
tunc de iudeis honorati l quasi viii Iudeorum
Rome tunc degentium secum traxerunt ad Ce
sarem. Capitanei finalem iudei et particulares
capitanees dispersi ubique triennio ... fue
runt. Cesar uero audiens in palatium Apollo
nis templo existens sedit. Illi tyranni
dem Herodis et filiorum eius Iudeos expli
cantes supplicabant Romanis ut Iudeorum
reliquias misericordia dignas iudicarent et aut
antiquum regnum restitui aut Syrie fini
bus iungi aut per romanos iudices iudeam
administrari. De simulato Alexandro

Eo tempore quidam nacione iudeus Sydo
niorum oppido educatus qui similis
Alexandro Herodis filio quem pater interemerat
uenit in Iudeam eadem institutus liberti

Herodis qui omnis actibus regni optime sciebat asse
rens se regnum debere tamquam maior filius Ho
dis tamquam qui ex parte matris sue Mariamnes eum
contingebat. Cumque plures iudeorum sequa
ces haberet Romam profectus est. Quem iudei Rome de
gentes uisendi eum studio confluebant.
Sed Cesar qui Alexandrum uiuere credebat lictores mi
serat eos fingit alios simul esse eius occidisse
Aristobulum quoque fratrem uiuere adhuc in Cypro
uel insula latere. Cesar uero captiuum uidit Alexandrum fa
cies quidam dominie fuderat puer annalium hic
erat. Cum preterea se plus dissimilatoris plenus no
tauit. Pallia filium adduci iussit, iussitque
latum quod et Alexander cognosceret ut ad se ui
uenem adduceret uitam pollicens si tanta figura
dis preditum auctorem. Cumque ille confessus
esset se talia simulasse ad instruxisse eius
proprie eum inecta lex. Fingens Alexander pro Ritudine
corporis inclusum militum iussit inseri. De di

Tandem consilio suam uisione regni
Cesar Herodis monarchiam distribuit.
Medietatem partem Iudeam et Ydumeam
cum tradens Archelao sub nomine tetrarche polli
cit se facturum eum regem si se dignum probuisset.
Medietatem uero partem in duas secans tetrarchy
as constituit. Ipse Herodis tetrarche regio cum
flumen et Galylea. Ythurea uero et Trachonitis
Antipas Phylippo destinata fuit. Fuit
et Archelaus quasi dyarcha monarchus
uero numquam fuit. Licet legis eum monarchum
fuisse ix annis post patrem intelliges opin
ione uulgi deceptus. Est fuit in euidenciam quam se fu
turum regem promisit Cesar ... et uenit
si sue Iudeam iii ... secum redisset Rome iii
... uel eum euentum expectantes. De reditu

Archelaus uero non Iesu ab Egypto
solum accusatores suos ... in
sibi subditos crudelis preterea de seuit
in regni anno primo angelus dixit ad Ioseph
ut rediret cum matre et puero in terram Israel. Ce
tere ab Egypto post annos vii cum audi
ret quod Archelaus regnaret pro patre in Iudea
noluit illuc ire et monitus ab angelo iuit
in Galyleam et mansit in Nazareth. Dicit
ibi esse fons parvus de quo puer Iesus hauri
ebat et ministrabat matri dum subditus erat
illi. In illo loco dicitur se maxime Archelaus et Arche
laus toto regnum monarchiam post patrem
et Herode regnante in Galylea pocius de
infancia saluatoris et operibus eius usque ad

baptismum non legitur in evangelio nisi quod lucas dicit duo
dene remansisse in ierusalem et post triduum in
uentum apertum in medio doctorum audien
tem et interrogantem eos. Sane arche
laus in contumeliam generis sui repudiata
.s. mariane fratris sui filia quam pater dede
rat ei uxorem duxit glafiram filiam regis
capadocum fratris sui alexandri quidem uxorem
et mortuo alexandro iube regis lybie nuptam
Mortuoque iuba quam in viduitate in
degentem. Cum in iudeam reduxisset nuptam
archelao vidit in sompnis astantem alexandrum et
dicentem: Satis tibi fuerat lybicum matrimonium
sed rursus reversa es ad penates meos. fratrem
meum cupidore(?) coniuncta es. te ex hoc in breui
recupabo. Et exposito hoc sompnio infra bi
duo expirauit. **De exilio archelai**

Tandem ebreis accusatus archelaus a ce
sare aduocatur. Nono enim die antequam
uocaretur. ix. aristas plenas et ma
turas comedi a bobus sompniauit. Dumque
chaldeos uates consuleret, symon esseus genere
aristas annos et boues rerum mutaciones in
terpretatus est, eo quod agros uertant arando et in
mutauerint. Hoc ergo eum regnaturum .x. annis
dixit uarias rerum mutaciones expertum mori
turum. Nono igitur principatus sui anno uel de
cimo a cesare dampnatus in exilium pellitur
apud uiennam ciuitatem galilee. **De Copo**
nio procuratore iudee

Cuius autem archelai principatu redacto procu
rator illuc missus est a cesare coponius
qui et cum cyrino collega fuit. Cyrinus missus
est in iudeam censor patrimoniorum. Inde sa
ne iudeorum et maxime quendam galyleum sy
mon ipse increpabat quod post deum dominos facerent
mortales tributarii romanorum. Coponio
procuratore iudeam die azimorum cum esset mos me
dia nocte templi portas aperire, samarite
quidam occulte uenientes in limina porticus
per totum et per totum fanum ossa iecerunt mor
tuorum. Et extunc maior custodia templi
cepit exerceri. Et ante diem porte non aperiri. **De**

Eo tempore **morte augusti**
phylippus sephorim reparans iulia
dem nominauit in honore iulie uxoris
cesaris. paneadem quam post sub tybirio cesaream
philippi dixit. Coponio autem romam reuer
so successit marchus. sub quo salome so
ror herodis defuncta est. Post hunc suc
cessit annius rufus sub quo mortuus augustus
est regnans .lvi. annis et .vi. menses
.ii. et dies .x. Ex quibus .xiiii. annis
anthonio cum eo regnauit. Cui .xlii.
anno regni eius natus est dominus
qui .xv. anno imperii tyberii fuit bap
tizatus passus autem mortuus domino .xv.
anni agente. Quidam .lvi. annos
regni eius ponunt. alii .lvii. et dimi
dium anni. et dies qui secuti sunt post
annus ponentes. Mortuus est autem anno etatis
sue .lxxvi. apud atellam ciuitatem
campanie gloriatus se urbem marmoream
dum relinquere quam latericiam inuenerat
et sepultus est in marcio campo. **De ty**
berio imperatore et valerio procuratore iudee

Successit ei tertius imperator tybius
nero priuignus eius iulie filius
qui valerium gratum procuratorem
misit in iudeam qui quia constum putans pieta
te palam uendebat sacerdocium principa
tum. Et amouens annam ysmahelem
pontificem declarauit. Et hunc non
multo post abiciens eleazarum anne fi
lium subrogauit. post annum et hunc
arcens symonem instituit. Et post
annum cayphas qui et caiphas dicitur
apposuit. tum per annos .xi. reliquens
iudeam, romam reuersus est. Cui successor
missus est ponci(us) pylatus sub quo
herodes in honorem tyberii tyberiadem edificauit.
De odio iudeorum in poncium pylatum

Huius temporibus multos reges
ad se uocatos non remisit. Inter
quos archelaum capadocem re
tinens regnum ipsius prouinciam uertit et ma
zacham caput regni cesaream appella
uit. Sane pylatus uim uidens et signa
tulit cesaris que et insignia militaribus
erant secum ferens ignorantibus iude
is ea in ciuitate constituit cesarea. Reg
ressis(?) Cum autem plurimi de ierusalem adeunt
de secundis supplicantes ei de signis
amouendis non oblege iudeorum que presse
rant inde procuratores sine signis urbem
intrare consueuerant. Secunda pro tribu
nali pylatus militesque armatos circumpo
nens mortem eis minatus est si non cessissent
at illi pocius mortem eligebant quam pa
trias leges prophanari. Ammirans

ergo pylatus contemptis iudeorum legalibus
institutis ausus fecit ymagines. Item
pylatus ultimam veniens iudeorum urbem aque
penuria laborare apud gerophila-
tium templi et ex templo ditatis opibus
aqueductum cepit edificare suscipiens in
iaculum torrentis qui stadiorum ducentum miliarum
intervallo distabat. Iudei autem acclamabant
ut ab illo opere cessaret. ob hoc pylatus
multos iudeos occidit plurimosque sau-
ciavit. Fortunatus autem dicit quod quia iudei
legatione accusatores pylati ad tyberium
direxerunt. et in hoc loco posuit Josephus com-
mendationem domini nostri ihesu christi in hunc modum.

Testimonium iosephi de christo

Fuit eisdem temporibus ihesus sapiens vir
si tamen virum eum nominare licet. Erat
enim mirabilium operum effector et
doctor eorum qui libenter que vera sunt audi-
unt. et multos iudeorum et multos de gen-
tibus adiunxit sibi. christus hic erat. Hunc
accusatione primorum nostre gentis cum pylatus
eum in cruce agendum decrevisset non de-
seruerunt eum hii qui ab initio eum dilex-
erant. apparuit enim eis tercia die iterum vivus sicut prophete
ubi alia de eo predixerant. Sed in hodier-
num diem christianorum qui ab eo dicti sunt. et nomen
perseverat et genus.

De baptismo iohannis et principio sexte etatis

Anno xv
imperii tyberii cesaris silvano
et anitio consulibus procurante pon-
tio pylato iudeam tetrarcha galylee herode phy-
lippo fratre eius tetrarcha yturee et traconitidis regionis et lysania
abilene tetrarcha sub principibus sacerdotum anna et chaypha
factum est verbum domini ad iohannem zacharie fi-
lium in deserto ut baptizans et predicans
placitum recepcionis annunciaret. Et venit
in omnem regionem iordanis baptizans bap-
tismo penitencie quia ad penitenciam baptizandos
invitabat. et non quos penitentes vide-
bat baptizabat predicans futurum bap-
tismum in remissionem peccatorum. prius a consuetudine
baptizabat. Hic enim agitur primum ap-
parere regni cesaris usque ad hunc annum tyberii com-
putantur ab adam anni v. cc. xxv. Se-
cundum lxx. Secundum hebraicam veritatem iiij.
Anno quintodecimo tyberii xvj. fuit annus iubileus octo-
gesimus primus. Eodem anno dominus quadra-
gesimum etatem incepisse. quem et
et sicut in hoc anno eminiaret circum-
cisio et inchoavit baptismus. ita vj. cepit
etas quinta transacta. Quidam ab incarnatio-
ne domini nostri initium eius ponunt hac ratione
quod sicut sub v. etate generalis fiebat computatio
anno a prima olympiade tali vel tali. ita
sub vj. etate dicitur anno ab incarnatio-
ne domini tali vel tali. Alii a passione domini
nostri ihesu christi eam inchoasse dicunt testa-
tur vj. etate sub vj[a] quiescentium simul
incepisse. Invenitur autem ab imperio tyberii
inchoata legitur. Vestiebatur autem iohannes
cilicio de pilis camelorum et zona pellicea
quodam genere locustarum esibili vescebatur
et melle silvestri. Tunc exibat ad eum
omnis iudea et baptizabatur in iordane.
Videns autem multos phariseorum et saduceorum veni-
entes ad baptismum dixit eis. progenies vipe-
rarum quis demonstravit vobis fugere a ven-
tura ira. Facite fructus dignos penitencie
et ne dicatis patrem habemus abraham. quia
potens est deus de lapidibus istis suscitare filios abrahe. Gen-
tibus significatis per istos lapides digito
ostendit eis xij. lapides quos tulerant
xij. principes tribuum filiorum israel de medio ior-
danis in aridam. quorum aliquis erexit in
testimonium quod sicco pede iordanem transier-
vant.

De tribus sectis iudeorum

Erant tunc in iudea tres secte iudeorum
que nunc religione vita et opinione
distantes. pharisei. essei. saducei.
Pharisei cultu austero victu parco u-
tebantur traditiones suas statuentes quas
traditiones moysi dicebant. pictacia
kartarum in fronte gerebant et in sinistro
brachio colligata quibus decalogus
scriptus erat quod dixit deus. Hec habebis
quasi appensum ante oculos tuos et in manu
tua. Et hec dicebant phylateria. a phylasse
quod est servare et thorath quod legem sonat.
Istis et maiores fimbrias aliis ferentes
spinas eis alligabant quibus puncti in
deambulando memores mandatorum
dei fierent. Hii universa deo deputabant
et marmene i. fato. Agere autem cum liberum
sive vel negligere in arbitrio omnium plurimum
esse dicunt. Animas singulas ad iudicium manere
nec cum corporibus interire superioribus fieri putant
spiritus suos et natura maioribus iniquos con-
trario videbitur. Iudicium dei futurum
dicebant. Animam autem incorruptam esse.

solas bonorum animas transire in alia corpora usque
ad resurrectionem et iudicium. malorum autem
retrudi eternis carceribus. Et quia a communi sec
ta diuisi. ideo pharisei dicebantur. ¶ Sa
ducei ymarmenen negant. dum insuper
torem omnium deum. In arbitrio hominum esse sicut ut
bonum malum generaliter aiunt generalia vel sup
phetas abnegant et honores. Nam et
resurrectionem mortuorum negabant futuram
animas mori cum corporibus putantes. et angelos
esse dicebant. solos quinque libros moysi recipiebant
Hy seueri nimis erant. et in suis sessionibus
les. Ob quam seueritatem saduceos id est iustos
se notabant. ¶ Essei sunt monachi mo
nastica gerebant vitam nuptias fasti
dientes non quod coniugia et hominum successiones
censent perimendam. sed cauendam intem
perantiam feminarum. nulla enim fide seruare viros
putantes. omnia habebant communia. pro bus un
guenta et oleum ducentes squalore decus
putabant. dum in ueste candida semper
essent. Nulla eis certa ciuitas. sed in singulis
domicilia habebant. Ante solis ortum nichil prophanum
loquentes solem ut oriretur orantes. post usque ad
quintam horam operantes lotis corporibus aquis simul
et cum silentio edebant. Iuramentum habebant
pro periurio. Sede sine nomine adhibentes
non sub anni probatione. receptum autem suum
post annum duobus aliis annis mores eius
probabant. deprehensum in peccatis a se pelle
bant ut herbas more pecorum decerpens usque
ad obitum peniteret. Cumque x simul se
derent nullus x inuitis loquebatur. Sputum in
medium vel in dexteram partem uitantes. Ad
sabbatum seruabant quoniam ea die aluum purgabant.
Dolabrum ferebant ligneum quo in loco se
cretissimo terram ad aluum purgandum fodi
ebant dimissa ueste diligenter se tegen
tes ne splendori diuino facerent iniuriam.
Obi id quod mox et foueam remplerent in
uebant quod longissime obuiebant simplicitatem
morte per iustitiam iudicantes immortali
tate meliorem. Animas omnes a principio cre
atas preemptibus incorporari. bonis quarum
tas corporibus uite decedunt dicere id fit eis
repositas per fluuios ad oriente. malis
procellosa et hibernia loca deleguntur. E
rant inter eos qui futura predicerent. quidam
coniugibus sed mox ante utebantur. Nam si ocio
abstinendum arbitrarentur genus huma

nui deficeret. Quod iohannes confessus est se non esse cristum.

Cum ergo baptizaret
iohannes miserunt
Judei sacerdotes a deum et leui
tas ut interrogarent eum. tu quis es. Et con
fessus est se neque prophetam esse neque cristum quod
opinio publica habebat. vel helyam vel prophetam
Et dixerunt. Quid ergo baptizas si tu nec
cristus neque propheta? Quesierant de helya
et sub nomine prophete de helyseo qui in his
duobus processerit figura baptismi. Et de
baptismo cristi legis in propheta. Effundam sup
er uos aquam mundam. et ideo non putabant
pertinere ad alium baptizare. Et ait. Ego quidem
baptizo in aqua. medius autem uestrum stat quem
nescitis. Ipse
baptizabit
uos in spiritu
sancto et igne.
Spiritu id est baptismo
igne id est pena

¶ Per figuram baptismi iohannis capi
tulo ... ante baptismum. Capitula
nisi ... sabbatum ante ramos
palmarum. In saltho non
mulieres baptizandis
capita abluebant.

Hec in bethania facta sunt trans iordanem
ubi erat iohannes baptizans. De iesu baptizato

Tunc venit ihesus
a galylea in iordanem ad iohannem
ut baptizaretur ab eo. Tres
fuerunt cause precipue cur baptizatus
est a iohanne ut baptismum iohannis comprobaret
ut omnem humilitatem impleret et implendam
doceret. ut tactu sui corporis uim regene
ratiuam conferret aquis. et si forte non statim.
De iii. et institutione baptismi triplex
est opinio. ut in suis dicetur. Et ipse ihesus
erat incipiens quasi annorum xxx. et tre
decim annis incepit. xiii. tamen diebus est
anni pactis. et sic uixit ihesus xxxiii
annis et dimidio. quia a die reuolutio
anno completo a quinto. et in sequenti
pascha. xxxiii. anni post dominus
et ita uixit xxxiii. annis integris et de
xxxiiii. quantum fluxit temporis a natiuitate
usque ad pascha quod pro dimidio anno
computatur. Crysostomus tamen dicit eum iam
complevisse xxx. annos in Omelia x. in
matheum sic dicens. post xxx. annos ihesus
uenit ad baptismum legem ueterem soluturus
per ea usque in hanc etatem quod omnia sole
capere possit legis obseruatione permansit.
sic ne quis diceret eum soluisse legem ideo
quod illam non potuisset implere. et inser

xxx primi anni
iohannes incipit
et in pascha se
...xxxi ...
decollatus est
... pasca
xxxiii anni

per xxx. annos iusticiam legis imple-
verat, et tunc venit ad baptismum evangelice
doctrine cui cumulum ceteris observationi-
bus legis imponeret. Hec autem Criso-
stomus. Occasione illius verbi quod dominus nunc dixit:
Sic decet nos implere omnem iusticiam,
dixerunt hanc opinionem vixit dominus nunc xxx
xxxii annis integris et tribus de xxxiii
quantum a natali usque ad pascha. Iohannes
autem prohibebat eum dicens: Ego a te de-
beo baptizari et tu venis ad me. Au-
divit se baptizandum Iohannes, sicut vetus
sanctificatus mundatus erat ab originali
vel saltem in circumcisione. Sed per se quod huma-
num intellexit quod homo debet per mun-
dari, vel quantum ad plenitudinem munda-
tionis se adhuc mundandum dixit. Quamvis
mundatus per sanguinem Christi plene mundatus
erat, sicut quis accepta medicina effi-
caci per eam curatur, sed per effectus plenitu-
dine curandus. Cui respondit Ihesus: Sine modo sic enim
sic enim decet nos implere omnem iusticiam id est
superhabundantem humilitatem. Est enim de-
bita humilitas maiori se subdere, perfecta
superhabundans subdere se pari, superhabundans
subdere se minori, quasi dicat: ne me subdo tibi
minori, ne dedignetur maior et a mino-
ri baptizari vel regi. Quod intelligens
Iohannes consensit. **De spiritu sancto et voce patris**

Factum est autem cum
baptizaretur omnis populus, forte tunc
illis et Ihesu baptizato et orante
pro baptizandis ut acciperent spiritum sanctum
confestim ascendit de aqua, et ecce aperti
sunt celi, id est celestia
bus splendor factus est cir-
cum eum ac si celum aereum
et sydereum reseratum sple-
dor celi empyrei ei
visus est videntur, et spiritus
sanctus corporali specie, scilicet co-
lumbe venit et sedit
super caput eius quod probat
bo officio suo, in specie
te malicia redit ut
supra fuerat. Et tunc cognovit baptista
quod dixit se ante nescisse quod hic sit qui baptizaret
in spiritu sancto. Et patet baptista quod retineret si mitteretur
baptizandi aliis daretur. Quod enim nunc inisorabat
baptizare cum solitariam duceret vitam

Obiciunt heretici
quod dicunt solo die
epyphanie debere bap-
tizari, nisi de spiritu
sancto sicut alio die
baptizaret, ob
quam heresim vitandam
consuerunt decre-
verunt patres ea die
neminem baptizari
nisi sub necessitate.

et dixit ei: Qui multos baptizabis, sed
me illos sicut quod vidistis spiritum sanctum descen-
dentem et manentem, hic solus est qui baptizat
in spiritu sancto. Et ecce vox patris audita est
de flumine: Tu es filius meus dilectus, in te mihi
complacui, usque per vocem hanc creditur sple-
dor durasse. Quod alii evangeliste dicunt: Hic est filius
meus dilectus in quo michi complacuit, id est sensus,
id est in te et per te placitum meum gero, constituo.

De ieiunio Ihesu et temptacione eius

Tunc Ihesus ductus est a spiritu sancto quo eum
designaverat in desertum, et cum ieiu-
nasset xl. diebus et xl. noctibus
postea esuriit. Movebat dyabolus xl. dierum
numero, sciebat aquas diluvii tot diebus
effusas, exploratam terram promissionis moy-
si legem a deo datam, filios Israel in heremo pa-
ne angelorum vixisse. Cum autem sensit dominum
esurire quod non legitur de moysi vel helya, accer-
sit ut temptaret si posset eicere eum in pec-
catum, et ut exploraret an esset filius dei quem
audierat voce paterna. Hic est filius meus dilectus,
quem sciebat venturum quia et se per culpa-
te amissurum, sed usque ad iudicium venturum
non expectabat. Temptavit autem eum
in eisdem tribus in quibus Adam deiecerat, sed non
ordine eodem: primo in gula ut esuriens
panem videret, commodato ei appetitu ac-
cenderet. Secundo de avaricia, id est super mon-
tem ostendit ei omnia regna mundi, id est expo-
suit ei gloriam mundi. Tercio de superbia
ut iactaret se ostenderet filium dei. Tunc
abiecit eum dominus et consummata omni tempta-
cione ad quam venerat recessit Lucifer
a domino ad tempus. Tempore passionis domini
rediit timore mortis putans eum deitate
Tunc autem omnino victus religatus est in inferno
mille annis ante solucionem, secundum apocalypsim Io-
hannis. Credendum est autem hominem assumpsisse
formam in qua dominum temptaret et colloqui posset
ei. Verum autem quadragesimo die ieiunii solo aut
per aliquot dies sequentes septem omnes fore
fuerint temptaciones, non invenitur iterum. Sed
ieiunavit autem dominus in deserto quod est inter Ierusalem
et Iericho secundo lapide a Iericho, quod Quarentena
dicitur. Ubi quarentena fluit rivulus aque quem
sanavit Helyseus. Sexto miliario a Quaren-
tena contra Galgalam dicitur esse mons qui
statuit dyabolus Ihesum exemplo sanctitate ipsius
hic numerus dierum in ecclesia per initium est. VII ...

epyphaniam non statim ieiunavit sed a tercio post xl dies. Qui ipso tempore ieiunium suum ieiunii decem preceptorum significans. Ob hoc eciam ut prepositum ostendam ascendo ad vicesimum sic xl ascendendo ad l. Est enim nisi superhabundans et pregrediatis omnibus prelatibus suis ascendendo ad l.

De prima vocatione discipulorum

Quadam die stabat iohannes et ex discipulis eius duo quorum unus erat andreas et videns ihesum ambulantem dixit. Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi. Quare agnum vocavit dominum nostrum ... qui tollit id est venit ut tollat peccata mundi quia pro peccatis tollendis pascha ... vel quia agnus dicitur a greco ab agon ... vel latine ab agnoscendo quia in magno grege solo balatu cognoscit matrem. Iohannes per passione dicitur agnus qui ... donans nobis pacem et agnovit patrem obediens matrem ... Ob hoc una est cum immolatione altaris dicitur ter agnus dei qui agnus quia agno iusti pro nobis miserere nobis agnus quia agnovit ... miserere nobis pie qui obtulisti te pro nobis dona nobis pacem. Ob hoc illi duo discipuli eius secuti sunt ihesum et viderunt ubi maneret et manserunt apud illum die illa. Inveniens autem andreas symonem fratrem suum dixit ei. Invenimus messiam quod est interpretatum christus grece latine unctus. Et duxit eum ad ihesum. Intuitus autem eum ihesus dixit. Tu es symon bariona tu vocaberis cephas quod interpretatur petrus. Bariona hebreum est et sonat filius iohanna compositum est ex integro et corrupto. Cephas hebreum est et syrum petrus grecum et latinum. Utrum autem tunc ei hoc nomen imposuerit an promiserit imponendum dubium est. Tamen dici potest quod tunc imposuit quia eum dixit tu es petrus vel melius ... imposuit symoni nomen petrus. ... imposuit in sequentibus confirmavit. In crastino volens ihesus redire in galyleam invenit philippum et dixit ei. Sequere me. Hic erat de bethsayda civitate petri et andree. Hic inveniens nathanael fratrem suum dixit ei. Quem scripsit moyses et prophete invenimus ihesum filium ioseph a nazareth. Et ait nathanael. A nazareth potest aliquid boni esse? Desistive quasi non vel ... sive legerat ... sic enim legitur prius legerat in propheta. Nazareus vocabitur et signa ... adveniens forte notaverat et ait. A

nazareth potest aliquid boni esse quasi diceret. Inmo tandem a nazareth potest aliquid boni esse. Et ait dixit ei philippus. Veni et vide. Vidit ihesus nathanael venientem ad se et ait de eo. Ecce vere israhelita in quo dolus non est. Et dixit nathanael. Unde me nosti? Respondit ihesus. Priusquam te philippus vocaret cum esses sub ficu vidi te. Respondit nathanael. Rabbi. Tu es filius dei vivi tu es rex israhel quia cognovit iste dominum absentem vidisse que ibi gesserat et quomodo a philippo vocatus sit. Et ipsum deum fatetur. Quidam de predestinatione exponunt sub ficu. Quia erat in lumbis adae latens sub ficu prius quam predestinavi te. Et regressus est ihesus in galyleam.

De variis opinionibus historie

Hucusque idem est historie ordo hystorie ewangelice apud omnes. Deinceps variatur ordinatio usque ad incarceratione iohannis. Quidam dicunt quod circa primum pascha post baptismum conversio aque in vinum. Ideo quia iohannes et sequitur post hoc miraculum narrat eum ascendisse ierusalem et eiecisse vendentes et ementes de templo. Quod nunquam ab eo factum legitur nisi in pascha. Sed eis obviat ecclesie consuetudo que in epyphania factum esse quibus annis sollempnizando memoratur. Fuerunt et qui dicunt quod ea de die quo baptizatus est fecerit hoc miraculum quod matheus ait. Tunc ihesus ductus est in desertum. Hoc autem ecclesia que eadem die revolutis annis hec facta sunt. Adventus magorum xiii die primi anni. Baptismus eadem die xxx anni vel xxxi. Mutacio aque in vinum eadem die revoluto anno. Unde maximus episcopus in sermone quodam qui sic incipit. Ex pluribus nobis fieret etc. Sic ait sic prelati sue fidei mandavit. Antiquitas hodie salvator a chaldeis est adoratus. Hodie fluenta iordanis benedictione baptismatis sibi consecravit. Hodie invitatus ad nuptias aquas mutavit in vinum. Unde et in antiquioribus libris dies illa dicitur pluraliter dies epyphaniarum id est plurium illustracionum. Epyphane enim illustracione sonat. Has tamen tres manifestaciones trinis vocabulis distinguunt novi. Epyphania vocantes illam que facta est per stellam quasi desursum factam. Theophaniam illam que in baptismo quasi a deo presentem. Bethphaniam eam que in nuptiis quasi in domo factam. Beth enim domum sonat.

veritatem adhuc restat inter Latinos et ka-
tholicos doctores de ordine hystorie duplex
opinio. Quidam enim scribentes unum ex IIII
imitantes Amonium Alexandrinum, Eusebium Cesa-
riensem, Theophilum qui VII a Petro se-
dit Antiochie, dicunt Dominum predicasse, discipu-
los congregasse et sermonem in monte factum
ante primum miraculum quo legitur Dominus et disci-
pulos eius invitantes ad nuptias. Communior
autem opinio est Dominum post illud miraculum disci-
pulos vocasse occulte et occulte predicasse
usque ad Iohannis incarceracionem, et post publice,
et hunc ordinem prosequimur. **De muta-**
cione aque in vinum

Et facte sunt
nuptie in Chana Galylee, id est in
vico Galylee sic dicto, et erat ma-
ter Ihesu ibi. Et vocatus est Ihesus ad nuptias
et discipuli eius, id est aliqui qui erant futuri di-
scipuli eius, quia ad verbum Iohannis iam plu-
res audiebant eum occulte, qui postea secuti
sunt eum. Ioseph non est vocatus quia uxor eius. Vo[?]
quidam dicunt Ioseph mortuum, et virginem tunc
fuisse in custodia filii, quia et deinceps de eo
legitur mentio. Quod si nondum mortuus esset tunc,
tamen in passione Domini mortuus erat, quia
virgo illi alii commendata est. Quidam autem
aiunt has nuptias fuisse Iohannis evangeliste, qui
vocatus est a Maria que matertera eius est, et dicunt quod
consobrinum et Dominum quod eum volente nubere
ex his nuptiis vocavit quia eum non est. Et
deficiente vino dixit mater Ihesu ad eum: Vi-
num non habent, quasi dicat: Da eis vinum. Et ait Ihesus:
Quid mihi et tibi est mulier? Sic adiectiva nomini [?]
nus qui mollier [?] cum genus nomen est sexus. Matrem
quam virgo virum [?] potest et est sensus: Vis fieri
miraculum? Quod ad hoc agendum quod commune
habeo tecum? Qui creaturam communem habeo
hoc. Sed in hora passionis que nondum venit ego
natura in te [?] tibi parcam. Non est credendum
Dominum per genealogicos hoc dixisse quia putavit
unumquemque horam sue mortis habere inevitabi-
lem per horam stellacionis nativitatis. Sed vo-
cavit horam suam, id est a se dispositam volun-
tate, non mortalis non necessitate. Erant autem
ibi VI lapidee ydrie, id est vase aquatice
posite per purificacione Iudeorum. Crebro
Iudei baptizabant vasa epulatoria et
si cum aliquid inmundum tetigissent, et loti
non comederent. Erant ergo ibi posite ydrie
forte congregatis aliquo de convivio oportebat

vati aquam haberet paratam. Impleverunt autem
ministri eas aqua ad preceptum Domini et tulerunt
aquam vinum factam architriclino, id est primati in
convivantes triclinio. Tradunt quidam
fuisse domum triclinatam, ubi tres [?] testu-
dines sibi quibus discumbebant, vel forte in eadem
tres mensarum ordines ut in refectoriis fieri
solet. Et commendavit architriclinus bonitatem
vini post ingenium [?] omnis miraculi
novitate. Hoc enim initio signorum manifesta-
vit Ihesus gloriam suam. Ideo dicitur hoc esse initium,
quia et plura signa fecisset nascendo, de igne
magos stella ducendo, XL diebus et noctibus
ieiunando et huiusmodi, sed hoc fuit primum publice
et ad publicandum factum, vel primum factum in Chana.

In proximo pascha ascendit Ihesus
in templum et eiecit vendentes et ementes. Hoc
enim bis fecisse creditur. **De primo eiectio-**
ne vendencium in templo

Erat autem
homo ex phariseis Nychodemus
nomine et de principibus Iudeorum. Hic venit
ad Ihesum nocte, quia timuit offendere, ipse enim erat
de principibus, vel quia magister erat palam disce-
re erubuit, et ait ad eum: Rabbi, scimus quia
a Deo venisti magister. Nemo enim potest facere hec
signa que tu facis nisi fuerit Deus cum illo, quasi
dicat: Doce me de regno Dei. Et ait Ihesus: Amen
amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo
non potest videre regnum Dei. Invenit enim qui
iuramentum erat dubius [?]. In novo amen
dico vobis et cum magis simplex dicebat [?] volo
Iohannes geminavit per illud. Sic sermo tuus est et, quasi
dicat: Vere dico corde et ore. Cum miraretur
Nychodemus quomodo posset homo nasci secundo, cum non
in carnalem nativitatem [?] redoceret a Domino
de spirituali que fit ex aqua et spiritu, quasi nondum
intellexisset. Et quia in litera erat sed ma-
gistralis non poterat intelligere, et non minor
audire: Tu es magister in Israel, et hec ignoras? Sic
invitavit eum ad humilitatem. Instruxit eciam
eum de humana et divina sui nativitate,
de passione et ascensione, et de pluribus aliis.
Quod autem dixit: Nemo ascendit in celum nisi ipse
cum corpore suo, vel spiritu, quod dixit eum fa-
ce quia per eum facimus et est sensus. Ideo dixit
dixit, id est nemo ascendere facit. Et post illud
pascha in regionem [?] Iohannes. Erat enim Io-
hannes [?]. Erat post hoc pascha in re-
gione [?] Ihesus in Iudea. Adhuc erat Iohannes
baptizans in Ennon. Iam autem ante

priusquam ascenderet in pascha quosdam discipulos
vocavit et docuit et miracula fecit sed non
adeo publice. Sane ibat Ihesus iuxta mare
galylee. Lacus qui fit iordane influente
et dicitur mare. Cum sit aqua dulcis ydiomate
hebreo quo omnium aquarum collectio vocatur he
bree tharsis id est mare et dicitur galylee quia preter
fluit galyleam. Quandoque mare tyberiadis dicitur quia
famosa est civitas [illegible] in confinio. Quandoque autem
dicitur stagnum genezareth ex accidente. Quia
crispantibus undis generat ex se auram. Ex
tenditur autem centum stadiis in longitudine et XL in
latitudine. Dicitur etiam [illegible] a modi
ca regione genezareth quam preterfluit que
dicitur admirabile natura diversitatis generis ar
bustis consita nulli eorum ubertate sua negat
et temperie. Ubi enim nuces que maxime frigora
gaudent sunt et palme quas nutrit calor
estivus sunt et ficus et olee quibus aura mollior
designata est. Ut quedam repugnancia bona con
tencione studio [illegible] faveant. Hanc dicunt
irrigari fonte qui cadit in capharnaum
quem quidam esse venam nyli opinantur quia cora
cinum piscem generat qui non alibi nisi in nylo
reperitur. De vocacione discipulorum

Cum autem turbe irruerent in eum vidit
duas naves stantes secus stagnum
et ascendit in unam que erat symonis
pusillum reductus a terra docebat de navi
cula turbas. Ut cessavit loqui ait ad
symonem. Duc in altum et laxate retia
in capturam. Quo facto concluserunt multitu
dinem piscium tantam quod fere rumpebatur re
te. Et innuerunt symon et andreas filiis
zebedei qui erant in alia navi ut iuva
rent eos et impleverunt ambas naves
ita ut pene mergerentur. Quod videns
symon petrus procidit ad genua eius
dicens. Exi a me
domine quia homo peccator
sum. Cui dixit. Noli
timere quia ex hoc
eris homines capi
ens. Et subductis
ad terram navibus

[Quere ut piscator lo
fron etheo scilicet in abrahamio **Redit stephanus**
Postea uero **ad ordinem hystorie**
stephanus ad ordinem hystorie [illegible]

dispersus fuerat, et commemorat ei quod deus dixit: et post hec exibunt et servient mihi in loco isto. Cum autem appropinquaret tempus repromissionis, crevit populus et multiplicatus est in Egypto, quoadusque surrexit alius rex in Egypto ignorans beneficia Joseph, id est in memoria beneficiorum eius. Hic affligit patres nostros, ut exponerent infantes parvulos. Natus est Moyses et fuit gratus deo. Ecce qualiter descendit ad commendationem Moysi, quia arguebatur blasphemasse eum. Cum autem nutritus esset tribus mensibus in domo patris sui, proiectus est in flumen, et sustulit eum filia Pharaonis, que venerat ad flumen ut lavaret, et enutrivit eum sibi in filium. Et eruditus est Moyses omni sapientia Egyptiorum, et erat potens verbis et operibus suis, eloquens et fortis. Cum autem esset xl annorum, visitavit fratres suos filios Israel in terra Yessen, et occidit Egyptium iniuriantem cum Hebreo. Putabat fratres intelligere, sicut ipse intelligebat in spiritu, quia per manum eius deus filios Israel de manu Egyptiorum esset liberaturus, sed illi non intellexerunt. Et cum sequenti die vellet reconciliare duos Hebreos rixantes, qui iniuriam faciebat alteri reppulit eum dicens: Quis te constituit iudicem super nos? Et audito verbo Moyses fugit in terram Madian, ubi de Sephora, filia sacerdotis Madian, quam duxit, genuit duos filios. Expletis autem annis quadraginta apparuit illi deus in deserto montis Synai, cum minaret gregem ad interiora deserti, in rubo. Et facta est vox domini ad eum dicens: Ego sum deus patrum tuorum. Et tremefactus est Moyses. Dixit autem illi deus: Solve calciamentum tuum de pedibus tuis, locus enim in quo stas terra sancta est. Videns vidi afflictionem populi mei qui est in Egypto, et gemitum eorum audivi, et descendi liberare eos. Et nunc veni ut mittam te in Egyptum. Hunc Moysen quem negaverunt dicentes: Quis te constituit principem super nos? misit deus principem et redemptorem eorum esse de servitute Egypti cum manu, id est ope vel auxilio angeli qui apparuit in rubo. Hic eduxit eos faciens prodigia et signa in terra Egypti et in mari rubro et in deserto annis xl. Hic est Moyses qui dixit filiis Israel: Prophetam suscitabit vobis deus vester patrum vestrorum de fratribus vestris, tamquam me, ipsum tamquam me audietis. Hic est qui fuit in ecclesia, id est in congregatione populi Israel in solitudine Synai, cum angelo qui loquebatur ei in monte, et cum patribus vestris, qui accepit verba vite dare vobis, cui noluerunt patres vestri obedire, sed repulerunt eum, et aversi sunt cordibus suis in Egyptum, dicentes Aaron: Fac nobis deos qui precedant nos. Et fecerunt vitulum et hostias ei obtulerunt. Commendat tabernaculum ne videatur deprimere locum sanctum.

Postea qui dicebant eum deprimere locum sanctum laudat, de commendatione tabernaculi quod dicitur tabernaculum testimonii, id est quia in eo erat archa testimonii, vel quia ante fores tabernaculi cause sub testimonio diffiniebantur. Tabernaculum inquit testimonii fuit cum patribus vestris in deserto, sicut disposuit deus loquens ad Moysen ut faceret illud secundum formam quam viderat in monte, quod habuerunt patres vestri usque in diebus David. In diebus autem Salomonis templum tabernaculo successit. Postea incepit eos arguere per quod purgavit se a crimine quod a falsis testibus obiectum, et inquit: Vos dura cervice et incircumcisis cordibus et auribus, vos semper spiritui sancto resistitis, sicut et patres vestri. Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Hoc audientes dissecabantur cordibus suis, et stridebant dentibus in eum. Quomodo lapidaverunt Stephanum.

Cum autem esset Stephanus plenus spiritu sancto, intuens in celum vidit gloriam dei et Ihesum stantem a dextris virtutis dei in humana forma. Et stantem apparuit ei, tamquam adiutor lapidandi eius. Non enim ipso quod stabat se paratum esse subvenire monstrabat, quia stare pugnantis est vel adiuvantis. Et ait: Ecce video celos apertos et filium hominis stantem a dextris dei. Tunc exclamantes voce magna clauserunt aures suas quasi abhorrentes audire blasphemiam, et impetum fecerunt unanimiter in eum. Et eicientes eum extra civitatem lapidabant, in hoc per legem se agere estimantes, quia per legem blasphemus educebatur extra castra et lapidabatur cum universo populo. Et testes duo falsi qui primi per legem tenebantur lapides proicere, quia in lege dicitur de blasphemo: prima manus testium eum lapidabit, deposuerunt vestimenta sua ne inquinarentur tactu illius vel propter ... secus pedes adolescentis qui vocabatur Saulus, postea vocatus est Paulus. Qui teste Beda in hoc deus misericorditer providit, quod non est manus eius sanguine innocentis polluta, sed omnium lapidantium vestimenta servavit et consensit eis. Unde tamquam digni morte puniti non deserti ... ad gratiam predicandi inspiravit. Lapidabant Stephanum invocantem et dicentem: Domine Ihesu suscipe spiritum meum. Positis autem in manibus ... positis autem genibus clamavit voce magna dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum, quia nesciunt ... estimabant se implere legem ... ut omnes ... Et cum hoc dixisset obdormivit in domino. Factum est autem persecutio magna in ecclesia que erat in Ierusalem, quia occiso beato Stephano uno de principibus ecclesie ... ·xviii·

ordinatio vii dyaconorum cepit alios persequi. Fuit in tantum quod omnes discipuli preter apostolos qui ut pastores gregis certi erant firmiores dispersi sunt per regionem Iudee et Samarie fugientes a facie persecutorum iuxta quod preceperat dominus: Si vos persecuti fuerint in una civitate fugite in aliam. Curaverunt autem Stephanum viri timorati id est virtute [?] eius diligentem curam adhibuerunt sepelire i. fecerunt planctum magnum super eum. Tunc apostoli providentes quod ad gentes primo essent transituri pro iudeis fidelibus qui erant ierusalem remansuri ordinaverunt iacobum alphei episcopum ierosolimorum et imposuerunt ei manus petrus et iacobus et iohannes. Ideo autem non ab unico sed a tribus episcopis episcopi hodie consecrantur.

De prima persecucione pauli

Saulus vero devastabat ecclesiam discurrens domos trahens viros et mulieres et tradebat in custodiam. Nec tamen occidebat domino custodiente manus eius ne sanguine innocentum polluerentur. Qui ergo dispersi fuerant pertransibant de loco ad locum evangelizantes verbum dei. Homines quia dispersi constantes in predicacione evangelii. Philippus autem diaconus post a stephano descendens in civitatem samarie predicabat illis christum. Intendebant autem turbe unanimiter his que a philippo dicebantur videntes miracula que faciebat. Quia multos demoniacos liberabat et multos paraliticos sanabat et claudos curabat. Erat autem symon magus ibi seducens gentem cui assistebant omnes a minimo usque ad maximum, quia magicis artibus mira faciebat. Unde dicebant ipsum esse virtutem dei magnam estimantes eum propheciam ut angelum vel dei filium, quia mentes eorum dementaverat magicis artibus suis. Cum autem crederent philippo evangelizanti de regno dei in nomine ihesu baptizabantur viri et mulieres. Et symon simulavit se credere et baptizatus est. Videns enim philippum facere miracula talia et quanta ipse facere non poterat nec ita facile putavit ex quadam industria sit. Ideo ficte baptizatus est ut familiaris adhereret et addisceret artem qua similia posset facere.

De peticione symonis magi

Cum autem audissent apostoli qui erant ierosolimis quia recepit samaria verbum dei, miserunt ad eos petrum et iohannem. Qui cum venissent oraverunt pro ipsis ut acciperent spiritum sanctum. Nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine domini ihesu. Tunc imponebant manus super illos et accipiebant spiritum sanctum

Hic de visibili descendat. Constat enim quia visibili spiritum sanctum acceperant cum baptizati in nomine domini ihesu christi

ita quod visibili signo ostendebatur cum linguis omnium loquerentur. Constat hunc fuisse philippum dyaconum non apostolum quia cum ut ex glosa [?] quia manus imposicione accipiebant spiritum sanctum apostoli quod preterea hodie soli eorum vicarii id est episcopi qui manus imponunt et fronte liniunt in confirmacione ubi datur spiritus sanctus ad robur. Si enim philippus iste apostolus esset satis baptizatis manus imponeret nec ad hoc alios expectaret. Cum autem vidisset symon magus quod ad imposicionem manus apostolorum daretur spiritus sanctus putans ex quadam industria hoc habere et hoc posse habere precio obtulit eis pecunias dicens: Date mihi hanc potestatem ut cuicumque manus imposuero accipiat spiritum sanctum. Et singulorum emere hanc potestatem ad lucrum. Ad quem petrus: Pecunia tua sit tecum in perdicione. Quod per sic distinguitur ne videatur imprecari pecunie. Pecunia tua tecum sit supple dives tu in perdicione. Vel imprecando dicit in perdicione sit tecum i. pecuniam tuam habeas et pro ea penam eternam luas. Sed enim cum sanctis maledictis proferunt non ex voto ulciscendi sed eorum iusticie meritum pronunciant. Ideo non est pars in sermone isto ut ad manuum tuarum imposicionem detur spiritus sanctus. Cor tuum enim non rectum coram deo. Penitentiam itaque age pro hac nequicia tua et roga deum ut si forte remittatur tibi hec cogitacio cordis tui. In felle enim amaritudinis et obligacione iniquitatis video te esse. Faciebat petrus in spiritu cum primus non latuit sed ad hunc cum exhortatorium erat ei officium. Symon quia sacerdos se indignum a deo exaudiri noluit orare sed ait apostolis: Precamini pro me ut nichil veniat super me horum que dixistis. Petrus quidem et iohannes redibant ierusalem et multis civitatibus samaritanorum evangelizabant.

De eunucho baptizato a philippo

Angelus autem domini locutus est ad philippum dicens: Surge et vade contra meridiem ad viam que descendit ab ierusalem in gazam i. per gazam. Et glosa sic ubi habetur in gazam i. in affricam et mirum videtur quod via ea potuit forte hec nova in affrica vel ita intelligendum est: Vade ad viam que descendit ab ierusalem in gazam i. in affricam q.d. vade ad viam per quam ab ierusalem descenditur in affricam. Hec est gaza deserta est. Vel autem gaza que olim civitas erat chananeorum iuxta egyptum destructa erat et loco eius constructa est alia. Et surgens abiit. Et ecce vir ethyops eunuchus potens erat candacis

eis regine que erat super omnes gazas eius. Erat
enim consuetudo eunuchorum custodire thesauros
potentum. Venerat adorare in Ierusalem. ut autem
dicitur in aliis hystoriis per eum misit templo
multa dona in Ierusalem Candaces regina ethy
opum. Et inde quia omnes regine ethyopum
dicebantur candaces sicut romani imperato
res cesares dicebantur. Non habebat regnum re
gio illa nisi a feminis. Cumque reuerteretur ethyopis
ille sedens super currum et legens ysaiam prophetam
et dixit spiritus. Putasne intelligis que dicis? Qui
ait. Et quomodo possum intelligere si non aliquis osten
derit michi? Et rogauit phylippum ut ascenderet
et sederet secum. Erat autem locus scripture quem
legebat quasi divina providentia sic legendo occur
rerat. eamque ovis ad occisionem ductus est
et sicut agnus coram tondente se sine voce sic non aperuit
os suum. Respondens eunuchus phylippo dixit
Obsecro te ut dicas de quo propheta hoc dixit de
se an de alio aliquo? Aperiens autem phylippus
os suum dixit. Et incipiens a scriptura hac e
de qua querebat eunuchus evangelizavit illi ie
sum. Et dum irent per viam venerunt ad quandam aquam
Et ait eunuchus. Ecce aqua quis prohibet me bap
tizari? At ille. Si credis ex toto corde lic
et baptizari. Ad quem ille. Credo Ihesum esse filium
dei. Et inde licet in spiritu videret phylippus fidem eu
nuchi voluit tamen ab eo exigere confessio
nem manifestam. Solet autem eum subito baptiza
re ut daret exemplum baptizatis et baptiza
dis interrogandi et confitendi. Unde hodie est
quadam dilatione et probatione scrutiniorum cele
bratur sollempne baptisma in sabbato sancto paschali
quod incipit scrutinia in media quadragesima ab ea die
qua cantatur dum sanctificatus fuero et cetera. Tunc
iussit stare currum et descenderunt ambo de
~~de eo~~ curru et baptizavit eunuchum
phylippus. Et cum ascendissent de aqua spiritus domini
rapuit phylippum et amplius non vidit eum
eunuchus. Sed ibat per viam suam gaudens. Phy
lippus autem inventus est in azoto. et pertransiens e
vangelizabat cunctis civitatibus donec veni
ret cesaream in qua civitate domum habuisse le
gitur et usque hodie apparent vestigia eius
et cubiculum IIII. filiarum eius virginum pro
phetissarum. Nunc redit hystoria ad ordinem
suum prosequens de paulo. et innuit quod sub
dens est. Saulus devastabat. Quasi non dominum
de phylippo. et de conversione eunuchi quasi
si incidens fuit. De exhortatione Pauli

Angelus phylippo ac
cede et adiunge
te curru isti. Acce
dens autem phylippus
audivit eum legentem
et dicentem ysaiam
prophetam. et dixit

s

Saulus adhuc spirans minarum et ce
dis in discipulos domini. id est adhuc contu
max et minas conspirans. et ad cedem
eorum aspirans. accessit ad principem sacerdo
tum zelo fervens cum caritate et peciit ab eo
litteras ad singulas synagogas iudeorum que erant
damasci. ut ei liceret si quos inveniret dama
sci huius vie viros ac mulieres vinctos perdu
ceret in Ierusalem. Et cum iter faceret contigit ut ap
propinquaret damasco. et subito circumfulsit eum
lux de celo. et cadens in terram audivit vocem
dicentem sibi. Saule. saule. quid me persequeris
id est membra mea. Qui ait. Quis es domine
an deus an angelus? Ego inquit sum Ihesus Na
zarenus quem tu persequeris. Durum est tibi contra stimulum calcitrare id est
potenciori rebellare. Et tremens ac stu
pens ait. Domine quid me vis facere? Ac si di
ceret. voluntatem tuam indica michi quia presto
sum tibi obedire. Ad quem dominus. Surge et ingre
dere civitatem. et dicetur tibi quid te oporteat fa
cere. Viri autem qui comitabantur eum stabant stu
pefacti audientes quidem vocem ipsius pauli. nec
eius qui loquebatur cum eo. neminem autem videntes
unde quod ipse paulus infra dicit. Qui mecum
erant lumen quidem viderunt. vocem eius non audi
erunt qui mecum loquebatur. Et surrexit de ter
ra. et apertis oculis nichil videbat. Factus
est cecus corpore qui prius erat cecus mente. Ad
manum autem illum trahentes. manibus suis manum
eius tenentes. et quasi cecum ducentes introdu
xerunt eum damascum. Et erat ibi tribus diebus
non videns neque manducans neque bibens. Inquit tradi
tione accepit spiritum sanctum didicisse evangelium. Unde gloriatur
in epistola ad galathas se non habuisse hominem ma
gistrum dicens. Neque ab homine accepi illud neque
didici. sed per revelationem Ihesu Christi. Imponebatur
enim ei a pseudo quod doctus esset ab anania non
a spiritu sancto. Unde vocabant eum apostolum ananye.
Nec te moveat si quis legat conversio eius facta
in primo anno dominice passionis quia secundum. Alcuin
de anno usuali. Alcuin de anno emergen
te. Si enim computes primum annum dominice passi
onis a kalendis Ianuarii quod est annus usualis tunc
secundo anno conversus est paulus. Si autem computes
ab ipso die passionis usque in sequentem diem
passionis anno revoluto quod est annus emer
gens in primo anno dominice passionis conversus est.
De anania ex mandato domini Paulum
Erat autem damasci. visitavit
discipulus quidam nomine ananias ix

et dixit ad illum in visu dominus, id est in visione Anania. At ille ait: Ecce ego domine, paratus sum obedire. Et dominus: Surge, vade in vicum qui vocatur rectus, et quere in domo Jude Saulum nomine Tharsensem, ecce enim orat. Forte nomen ipsius hospitis sui erat Judas, vel forte erat de tribu Jude ut sit sensus in domo Jude, id est inter Judeos qui erant de tribu illa, vel in domo Jude, id est in vico Judeorum, vicus enim dicitur ambitus civitatis vel transversus, unde dicuntur vicini circa civitatem. Hoc tamen et sepe alibi aliter accipitur. Et timens Ananias venire ad Saulum quasi ad virum persecutorem christianorum, addidit dominus: Ecce enim orat, quasi diceret: Ne timeas, quia fecit me de Saulo Paulum de lupo agnum. Et ego etiam revelavi eidem Ananiam ad ipsum intrantem, id est in spiritu videntem adesse et imponentem sibi manus ut visum recipiat. Et ait Ananias: Domine, audivi a multis de viro hoc quanta mala fecit sanctis tuis in Jerusalem, et hic habet potestatem a principibus sacerdotum alligandi omnes qui invocant nomen tuum. Ad quem dominus: Vade, quoniam vas electionis est mihi iste, id est vas electum et fornace tribulacionis probatum, ut portet nomen meum coram regibus et gentibus et filiis Israel. Et ut quidem baptizabis eum, sed non docebis. Ego enim solus docebo eum, et ostendam ei quanta oporteat eum pati pro nomine meo, ut per multas tribulaciones probetur vas electum, et mala que intulit sanctis patiatur cum sanctis. Abiit Ananias ad hospicium Pauli, et intravit ad eum. Et imponens ei manum dixit: Saule frater, Dominus Jesus qui apparuit tibi in via qua veniebas misit me ad te ut videas corporis et cordis oculo, et implearis spiritu sancto, id est ut spiritum sanctum plenius accipias. Postea in baptismo. Et confestim ceciderunt ab oculis eius tanquam squame, et visum recepit. Et surgens baptizatus est. Et cum accepisset cibum, confortatus est. Fuit autem cum discipulis qui erant Damasci per dies aliquot, et continuo ingressus synagogas predicavit dominum Jesum quoniam hic est filius dei. Stupebant autem omnes qui audiebant eum, et dicebant: Nonne hic est qui expugnabat in Jerusalem eos qui invocabant nomen istud, et nunc ad hoc venerat ut vinctos eos duceret ad principes sacerdotum. Saulus autem magis convalescebat in fide, et confundebat Judeos qui erant Damasci, affirmans quoniam hic est Christus. **Insidia Judeorum in Paulum**

Cum autem implerentur dies multi a baptismo Pauli, consilium fecerunt Judei ut eum interficerent. Et ideo quidam dicunt cum implerentur dies multi post. Videtur hoc non fuisse factum in hoc primo adventu Damasci, sed in secundo, quia forte discessit in Syriam et in Ciliciam et ibi predicavit multos convertens. Postea cum iterum venisset Damascum, qua magis suscitaverat contra se invidiam Judeorum, in secundo adventu Damasci statuerunt consilium ut eum occiderent. Sed notificate sunt ei insidie Judeorum, et custodiebant portas civitatis die ac nocte ut eum dolo interficerent, non Judei vel Judei sed custos Damasci, prepositus gentis Arethe regis, ad peticionem Judeorum, sicut ipse apostolus in epistola ad Galathas refert dicens: Damasci prepositus gentis Arethe regis etc. Discipuli autem eius in nocte demiserunt eum in sporta per murum. Et vide quod in textu additum non est eius, sed dicitur discipuli simpliciter, quia non habebat Paulus discipulos, sed omnes christiani tunc discipuli dicebantur, quia nondum inventum erat hoc nomen christiani. Elapsus autem Paulus e manibus Damascenorum venit in Jerusalem volens se iungere discipulis domini, scilicet apostolis, sed omnes timebant eum, non credentes quod esset discipulus. Tunc Barnabas Cyprius levites genere, qui ut dictum est precium agri vendidit posuit ante pedes apostolorum, apprehensum illum duxit ad apostolos, et narravit eis quomodo in via vidisset dominum, et quia locutus est ei, et quomodo fiducialiter egit in Damasco in nomine domini Jesu. Duos autem apostolorum tantum vidit, ut ipse in epistola ad Galathas ostendit dicens, scilicet Petrum et Jacobum episcopum Jerosolimorum, cum quibus mansit xv dies, sicut ipse in epistola ostendit dicens: Deinde post tres annos, scilicet a conversione mea, veni in Jerusalem videre Petrum, et mansi apud eum xv diebus. Alium autem apostolorum vidi neminem nisi Jacobum fratrem domini. Et erat cum illis, scilicet Petro et Jacobo et aliis discipulis qui erant in Jerusalem, intrans et exiens per xv dies. Deinde venit in partes Syrie et Cilicie, et ibi loquebatur gentibus et disputabat cum Grecis, id est cum Judeis inter Grecos dispersis. Hoc enim hystoria propter sui brevitatem confundit, quasi totum in Jerusalem factum sit, et ita enim procedit series hystorie: et erat cum eis intrans et exiens in Jerusalem fiducialiter agens in nomine domini. Loquebatur autem gentibus et disputabat cum Grecis. Illi autem, scilicet Judei conversantes inter Grecos cum quibus disputabat, volebant eum occidere. Quod cum cognovissent fratres, deduxerunt eum Cesaream et [illegible] Palestine, et inde dimiserunt [illegible]

Nota

que est ciuitas unde ipse oriundus fuit. Post rea
redit hystoria ad petrum de actibus duorum
apostolorum agens qui in iherusalem. **De paraliti
co habente annos viij.**

Factum est autem ut petrus dum pertransiendo discurreret ueniret liddam. Inuenit autem ibi hominem quendam nomine eneam paraliticum ab annis viij. in grabato iacentem. Et ait illi petrus. Enea sanet te dominus ihesus christus. Surge et sterne tibi lectum. quasi diceret tu potes dominus loquitur. Surge. Et continuo surrexit. Et uiderunt illum omnes qui habitabant lidde et sarone. et conuersi sunt ad dominum. Erat autem in ioppe discipula quedam christiana. scilicet que hebraice dicitur thabita. grece dorcas. latine damula. capriola. Sicut magister dicit. hem quod interpretatur thabita puella. unde thabita cumi quod interpretatur puella surge. et propter hoc dicunt sub nomine interpretacionis. Hec autem erat plena operibus bonis et elemosinis quas faciebat. et precipue in consuendis uestibus pauperum multum laboris impendebat. Factum est autem in diebus illis in quibus petrus ueniat liddam ut infirmata moreretur. Cumque lauissent corpus posuerunt in superiori cenaculo. et cum lidda esset prope ioppem discipuli audientes quia esset petrus miserunt ad eum duos uiros dicentes. Ne pigriteris usque ad nos uenire. et non aperuerunt ei causam. Exurgens autem petrus uenit cum illis. Et cum aduenisset duxerunt eum ad cenaculum ubi iacebat thabyta mortua. et circumsteterunt eum omnes uidue fere flentes et ostendentes tunicas et uestes quas faciebat illis dorcas. ut ex operibus eius quantam opem dedisse intelligerent. Tunc petrus. et sic petrum ad compassionem commouerent. Eiectis autem petrus omnibus. non tamen propter ea ad faciendum quod uellet alios latere uel quod magicas artes ut falsi demonum ad machinandum. sed magistrum suum uolens imitari qui filiam archisynagogi suscitaturus omnes de domo eiecit paucis exceptis. uel forte quia non nulli erant uisione miraculi indigni. eiectis omnibus foras. fecit genuum flexione orauit. Et conuersus ad corpus dixit. Thabyta surge. At illa aperuit oculos et uiso petro resedit. dans autem illi manum erexit eam. Et conuocatis que erant. reddidit eis eam uiuam. Et notum factum est hoc miraculum per uniuersam ioppen. et multi crediderunt in dominum. Et moratus est petrus in ioppe multis diebus apud symonem coriarium uel curiarium. uel a corio. uel a curia. quia forte curialis erat. vel dictus est curiarius. uel quia parabat coria. vel dictus est coriarius. **De commendacione**

.x.

Vir autem quidam erat **cornelij** in cesarea nomine cornelius centurio cohortis que dicebatur ytalica. quia missa fuerat a roma ciuitate que est in ytalia sic dicta. quia romani imperatores mittebant milites suos per ciuitates ad custodiendas municiones. et erat religiosus. Ac timens deum. Religiosus supra gradum timoris timens infra gradum religionis. id est pietatis. quia in graduali ascensu donorum spiritus sancti gradus pietatis est supra gradum timoris. timens deum infra gradum religionis ut in nomine religionis intelligas spiritum pietatis. Erat igitur religiosus cum omni familia sua quia religiosa erat et timorata faciens elemosinas multas plebi non acceptor personarum. Hic erat quidam hora ix. diei uidit uisum manifeste in uisione manifesta non per sompnium sed per extasim angelum dei intrantem ad se et dicentem ei. Corneli. At ille intuens eum timore correptus ait. Quis es domine. Ad quem angelus. Orationes tue et elemosine tue ascenderunt in memoriam in conspectu domini et nunc mitte uiros in ioppen. et accersi symonem quendam qui agnominatur petrus. hic hospitatur apud symonem quendam coriarium. cuius domus iuxta mare tyrrenum. quia ioppe ciuitas tirenis prouincie erat mari tyrreno contigua. et in ipsius orientali littore sita. et ex parte littoris erat domus symonis coriarii hospitis petri. Hic indicabit tibi quid te oporteat facere. Ecce cornelio dictum est ab angelo orationes tue exaudite sunt. non constat eum tunc fide caruisse. quia in his consonansque in modo fidei ueniunt ad opera. et non econuerso. Quod tamen credebant christum incarnatum. quia de tempore incarnationis erat ignorans an iam incarnatus esset an adhuc incarnandus. non tamen sciebant fidei eius. quia cum fide incarnacionis hominis salua fide poterat esse. quia in multos in ambiguo an iam uenisset. an adhuc incarnatus uenturus esset. quando nullos foret paratum. Iam christum natum esse per gratiam natum. ut symeone usque ad xl. die natiuitatis. Non tamen putandum est eos fidem incarnacionis habuisse minime. quia tempore non est de articulo fidei. Immo cum non dum esset eis predicatum uel inspiratum quando natus esset. salua fide licuit eis esse in ambiguo. an iam natus an adhuc nasciturus esset. Cum discessisset angelus a cornelio uocauit duos domesticos suos et militem metuentem deum quia de domesticis non est dictum quia. possidendo familiam eius religiosam esse et timo

tatam. quibus cum narrasset singula, misit eos in Ioppen. **De visione Petri.**

Postera autem die iter facientibus illis et appropinquantibus civitati Ioppe vel apparentibus [illegible] palam iam ut iam possit videri de hospicio Petri, scilicet de domo Symonis coriarii, ascendit Petrus in superiora cenaculi hospicii sui circa horam sextam, ut in secreto oraret et post orationem comederet, quia tempus erat comedendi et ipse pregravabatur esurie. Et parantibus prandium missis, cum ipse esset in oratione cecidit super eum extasis, quia deo orante passus est alienationem mentis ita ut non uteretur sensibus humanis. Et in hac extasi vidit celum apertum, id est aerem, et de aperto descendens vas quoddam velud lintheum magnum de celo submitti in terra quatuor initiis vel [illegible] vel lateribus [illegible]. Initia autem dicit funiculos molles quibus colligantur pueri [illegible] de stuppea materia vel de serico ad opus nobilium. Videbatur ergo ei vas illud quasi lintheum quatuor initiis, quatuor cornibus alligatis [illegible] appensum, et ita dimitti in terra, et in eo esse omnia genera animalium quadrupedia, serpentia terre. Et cum esuriret, facta est vox ad eum dicens: Surge Petre, macta et manduca. Ac si diceret ei in spiritu: Converte ad gentes [illegible] et sic ecce incorpora. Absit inquit domine quia numquam manducavi commune et immundum. Et Iudei Hebreorum reputabant cibos immundos quibus communiter utebantur gentes, unde eos vocabant communes quasi immundos. Abhorruit enim Petrus comedere ei mandata, quia ostensa fuerunt ei quadrupedia et serpentia secundum legem immunda, quia videbatur ei uti cibis in lege prohibitis, et maxime timebat comprehensionem Iudeorum si uteretur cibis gentilium. Et iterum cum ita abhorreret, facta est vox secundo ad eum dicens: Quod deus purificavit tu commune ne dixeris. Quo constat ei specialiter demonstratum fuisse de gentibus iam in deo prescita per fidem purificatis. De qua purificatione instruxerat Petrum vox prima facta ad eum dicens: Occide et manduca. Nam cum ostensa fuissent ei specie rei, constat non esse [illegible] non fuisse adeo purificata ut alie sive Iudeo sive gentili ad comedendum munda. Hoc autem factum est ei ter, scilicet vas semel visum et [illegible] intra demissum et vox ter audita, scilicet credendis mysteriis commendanda veritate visionis vel fide Trinitatis. Nam ut dicit Ambrosius

in catechismo fit trina interrogatio, scilicet credis in [illegible], abrenuntias Sathane, vis baptizari? Similiter trina unctio in [illegible] in scapulis, in pectore. In baptismo quoque fit trina immersio. Post trinam invocationem receptum est vas in celum. Et dum intra se cogitaret Petrus quid esset visio, ecce tres viri qui missi fuerant a Cornelio ingredientes domum Symonis coriarii steterunt ad ostium querentes si Symon qui cognominatur Petrus haberet illic hospitium. Et cogitante Petro de visione dixit ei spiritus sanctus: Ecce tres viri querunt te. Cum tamen cur eum quererent ei significaret, quin potius ipse ab eis quereret, ad commendandam humilitatem aliquis [illegible] spiritus sanctus animum [illegible] tangit et [illegible] non tangit. Surge igitur et descende et vade cum eis nichil hesitans, quia ego misi illos. Descendens autem Petrus ad eos dixit: Ecce ego sum quem queritis. Que causa est propter quam venistis? Ad quem illi: Cornelius centurio vir religiosus et timens deum, et testimonium habens ab omni gente Iudeorum, responsum accepit a spiritu sancto ut accersiret te in domum suam et audiret verba [illegible] a te. Et introduxit eos in hospicium suum, et fuerunt cum eo nocte illa. Sequenti autem die profectus est cum illis, et quidam fratrum Iudeis qui cum comitati sunt de Ioppe ut ei testes essent. **Quomodo Petrus venit ad centurionem vocatus.**

Altera autem die [illegible] a egressu de Ioppe intravit Cesaream. Cornelius vero expectabat illos convocatis cognatis suis et amicis necessariis. Ubi necessarii dicuntur qui non deserunt hominem in articulo necessitatis. Et cum introisset Petrus, obviam occurrit ei Cornelius, et procidens ante pedes eius oravit eum, ipso gestu corporis exprimens devotionem mentis. Petrus vero elevavit eum dicens: Surge, et ego homo sum sicut et tu. Et cum illo ad cenaculum cognatorum scilicet et amicorum convocatorum locutus est eis Petrus dicens: Vos scitis quod abhominabile sit viro Iudeo accedere ad alienigenam, sed ostendit mihi deus nullum hominem immundum esse. Propter quod sine dubitatione veni accersitus. Interrogo ergo quam ob causam accersistis me. Ad quod Cornelius: A nudius quarta die orabam hora nona in domo mea. Ubi dixit quarta die ab hac hora sine computatione diei presentis. Prima enim die vidit angelum et misit nuntios, secunda die venerunt nuntii in Ioppen, tertia profectus est Petrus cum eis

et illa nocte remanserunt ibi. Altera die venerunt
Cesaream. Ecce inquit iii sunt dies usque in hanc horam eram
orans et ecce vir. Corneli exaudita est oratio tua et ele-
mosine tue a deo recepte. Mitte in Ioppen
et accersi Symonem qui cognominatur Petrus. Statim
misi ad te et tu benefecisti veniendo. Nunc er-
go omnes in conspectu tuo assumus parati obedire
in omnibus que tibi precepta sunt a domino. Tunc Petrus
aperiens os suum dixit. In veritate comperi quoniam
non est personarum acceptor deus non discernit
inter gentiles et iudeos. Scitis in omni gente qui timet
deum et operatur iusticiam acceptus est illi. Vos scitis quod predicatum
est verbum per totam Iudeam incipiens a Galilea. Scitis quod factum
est verbum id est predicatio ewangelii per universam
iudeam incipiens a baptismo Iohannis quem baptizavit
Ihesum Nazarenum quomodo unxit eum deus spiritu
sancto et virtute qui pertransiit benefaciendo et sanan-
do omnes oppressos a diabolo et nos testes sumus
omnium que fecit in regione iudeorum et quem
suspenderunt in ligno et tertia die suscitavit
a deo. Et nos testes sumus qui manducavi-
mus et bibimus cum illo postquam surrexit a
mortuis. Quibus precepit predicare populo et te-
stificari quia ipse est constitutus a deo iudex
vivorum et mortuorum qui precepit et dixit illi
omne iudicium. Et non soli sumus sed omnes prophete
illi testimonium perhibent quia omnes qui in nomine
eius remissionem peccatorum accipiunt qui in eum
credunt in eum. **Quomodo baptizavit centurio-**

Adhuc lo- **nem et omnes qui cum eo erant**
quente Petro verba hec cecidit spiritus sanctus
super omnes qui audiebant verbum. Aut in igneis lin-
guis vel in alia visibili specie ut credimus. Et obstu-
puerunt qui ex circumcisione fideles cum Petro venerant quia et
in nationes id est gentiles gratia spiritus sancti effusa est.
Audiebant enim illos loquentes linguis et mag-
nificantes deum. Tunc respondit Petrus. Numquid aquam
quis prohibere potest ut non baptizentur
hii qui spiritum sanctum acceperunt sicut et nos et man-
davit baptizari. Et hic eos baptizavit in nomine
domini. Sed licet formam baptismi a domino traditam pro
... vocis ... in quo nomine intelligit ipse ...
et patrem in quo dicitur et spiritum sanctum quo unctus est. Tunc
rogaverunt eum ut maneret cum eis. Et mansit
rogatus cum aliquot diebus. In quibus primo credidit
usus fuisse cibo gentilium ...
... et cetera usque ad fines quando clamat ...
quia gentes receperunt verbum dei. Et hic fuit
primus transitus predicationis apostolorum ad gentes
in quo conversus est Cornelius cum familia sua.

xxi **Quomodo redarguitur a fratribus hebreis**

Cum autem venisset in Iudeam disceptabant contra
eum fideles de circumcisione dicentes. Quare in-
troisti ad viros preputium non habentes et man-
ducasti cum illis. Quasi diceret. In duobus contra legem fecisti
scilicet quia intrasti ad illos et quia cibis eorum usus es.
Tunc incipiens Petrus exposuit eis per ordinem o-
stendens se a domino visionem et quomodo apparuerat
angelus Cornelio. Et in ora predicationis non addit
in verbum unum quod dixit Cornelio. Mitte et accersi
Symonem qui cognominatur Petrus. Vade qui loquetur
tibi verba in quibus salvus eris et universa domus
tua. Et ecce quod statim fiduciam accepit spiritus sanctus
super eos sicut et in nos ab initio prosilit quod super Cor-
nelium et familiam eius descendit spiritus sanctus lin-
guis igneis sicut descenderat super apostolos die pen-
tecostes. Et rursus recordatus sum ver-
bi domini quod nobis dixit Iohannes quidem baptizavit
aqua vos autem baptizabimini spiritu sancto. Videns autem hoc implevit
Cornelio et in familia sua audita Petrus ex-
cusatione inculpata descendit ab incepatione
et ... egerunt salvatori et ita impletum
est ... et ab actione ... ad deum
formidolosa laudacio ... infideli
... gentiles ... qui in tenebris
erant ... cum ... parentem ... lucem
fidei ... illuminatione ... ad deum
formidolosa laudacio quia ... inopinata
et insperata gentium conversione fideles iudei
timentes glorificaverunt deum. **De continua-**

Nunc redit hystoria **tione hystorie**
ad ordinem suum. Cum enim in medio sit de Phy-
lippo, Petro et Iohanne et Paulo ... quasi
suspendit. Igitur qui dispersi erant pertransibant
ewangelizantes verbum dei. Quia in medio sit fuit
prosequitur ergo in hunc modum. Et illi quidem di-
spersi erant a tribulatione que inceperat a morte
Stephani perambulaverunt usque ad Phenicem provin-
ciam Syrie occidentalem et Cyprum neminem loquen-
tes verbum nisi solis iudeis. Erant autem quidam cum eis
de Cypro et Cyrene qui et tunc ethyopiam loque-
bantur ad grecos annunciantes dominum Ihesum. Et
erat manus domini cum eis et multus numerus credentium
conversus est ad dominum. Super hunc locum dicit Beda
quia per revelationem Simonis cepit ecclesia
crescere. Unde convenit quod per spem Symonis vel
... vidit Petrus ... cum alibi dicat
... fuisse alibi dicit. Declaratum est autem ad
aures ecclesie que erat Ierusalem de conversione
Antyochenorum et plene volentes certificari

miserunt barnabam in antiochiam. Qui cum ve-
nisset et vidisset gratiam dei gavisus est et exhortabatur
omnes in proposito cordis manere in domino quia erat
vir bonus et plenus spiritu sancto et fide. Dicunt quidam hunc
locum [illegible] barnabam [illegible] [illegible]
[illegible] pro indignitate sua [illegible] apostolatum
et erant [illegible] in ea opinione quod qui dicitur bar-
nabas ille sit quem predictum est sortem mathye
[illegible] cum paulo apostolus est [illegible] eorum
Hos alia segui hystoria. Videns autem barna-
bas quod non sufficeret ad erudiendam tantam mul-
titudinem venit tharsum ut quereret paulum
et inventum perduxit antiochiam et annum
conversati sunt ibi et docuerunt turbam multam
Et tunc primo secte [illegible] religionis
a christo capite de nomine suo christiani qui prius
dicebantur discipuli. Fuit enim institucio
generalium [illegible] elegans. Vis [illegible]
et internes gentilibus ad fidem conversi [illegible]
[illegible] religionis christiane [illegible] nomine censeri [illegible]
[illegible] denominatos a nomine magistri sicut in
sectis philosophorum [illegible] denominabantur a nomine
magistrorum sicut ab epicuro epicurei.
In illis autem diebus supervenerunt prophete ab ierosoli-
mis antiochiam. Et surgens unus ex
eis nomine agabus significabat per spiritum famem
futuram in universo orbe terrarum que facta est
in iudea sub claudio anno iiii claudii.

De collecta facta pauperibus

Tunc proposuerunt discipuli facere col-
lectam ut daret unusquisque pro modulo
suo facultatis et mitterent aliquam
partem que erat [illegible] quod necessitas omnibus po-
suerunt [illegible] ad pedes apostolorum ut [illegible]
[illegible] eos tempore famis. Et tunc primo facta est col-
lectio in usus pauperum quam miserunt per paulum et bar-
nabam in ierusalem.

De morte iacobi

Eo tempore misit herodes rex manus ut af-
fligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem iaco-
bum fratrem iohannis. Ut autem intelligatur locus iste require
quis herodes sit accipiendus expedit ad tempus pre-
mittere hystoriam actuum apostolorum et sequi hy-
storiam romanorum et [illegible]. Dicunt quidam [illegible]
hunc fuisse herodem tetrarcham qui cognominatus
est antipas sed herodem agrippam. Ille enim non fuit
rex sed tetrarcha ille scilicet filius magni herodis
qui consensit pylato de nece domini quem remisit
eum ad pylatum indutum veste alba qui iam
deportatus fuerat in exilium et ibi mortuus
est. Pylatus quoque iam mortuus erat qui apud

[illegible] hystorie preparatum est Anno xix imperii tyberii
cesaris erat procurator iudee vitellio preside
syrie et tercio anno tiberius apud tyberium. Pre-
fatus est enim de iudeis [illegible] innocentum
interfectione. Accusatus quod iudeis reclaman-
tibus ponebat ymagines gentilium in templo
accusatus quod thesaurum repositum in corbona
[illegible] inde faciens aqueductum
in domum suam et plus omnibus deportatus est
in exilium lugdunum unde ortus erat
ubi in obprobrium generis sui mortuus est. Unde que
[illegible] erat archa in qua reponebantur
donaria regum vel principum. Corbanan in qua
reponebantur donaria sacerdotum adrectae
[illegible] sacrarium templi. Gazophilacium
in qua reponebantur donaria [illegible]. Quis

fuit procurator sub sanctis pylato

Mortuo pylato substitutus vitellius [illegible]
procuratione iudee et placare volens
iudeos transferri [illegible] eorum [illegible]
de amocione cayphe et promocione filii a-
ne quam ad peticionem eorum amovit cay-
pham a sacerdocio et substituit filium anne
qui tam mortuus erat et reddidit ei stolam
suam illam scilicet sollempnem et antiquam quam debe-
bat habere summus sacerdos in pace sua ut
qua uteretur in festivis diebus. Pylatus
transtulerat eam in domum suam et cum in festivis
diebus erat necessaria sacerdoti non poterat
eam habere nisi presidente. Tempore quo
[illegible] mortuus est phylippus tetrarcha yturee et
traconitidis regionis frater herodis tetrarche
et mortuus est et lysanias tetrarcha abiline [illegible]
vacabant due tetrarchie et ascribitur hero-
des agrippa [illegible] eorum.

De processu herodis agrippe

Erat autem herodes agrippa vir magnanimus
et bellicosus sed pauperimus nepos
herodis tetrarche et frater uxoris eius herodi-
adis. Erat enim filius aristoboli filii magni
herodis et ipsa filia eius. Disposuit ergo
venire romam si forte posset impetrare a
tyberio alteram tetrarchiarum vacantium. Cum
venisset romam invenit tiberium [illegible]
strenuissimum [illegible] cum socii et fecerat
ut ad herentiam filio suo druso cum iam
[illegible] sua [illegible] in [illegible]. Hic iste drusus
est ille qui [illegible] moguncie. Erat autem
herodes agrippa vir magne liberalitatis et
ut [illegible] aliorum romanorum multa

xii

expendebat et multis debitis se obligabat et
iterum de Io. non erat homo magis mutabilitas fortu-
ne adeo possit deprehendi. primo in hoc male con-
tigit ei quod mortuus drusus filius tyberii decem mense
adeo inconsolabilis dolor tyberii ut omnes ami-
cos suos amoveret quod familiaris ad cesarem
druso ne reducerent ei ad memoriam mortem
eius. et expulsus est herodes agrippa redire in iudeam
et desperans pre nimia paupertate intravit turrem
ut ibi afficeret se fame et ita moreretur. quod signi-
ficavit uxor sua sorori eius herodiadi uxori herodis
tetrarche. que supplicavit viro suo ut revo-
caret eum a turre et daret ei necessaria et accepit
ei et statuit eum in tyberiade et assignavit ei
domum et dedit ei necessaria vite. et quadam die
cum esset herodes tetrarcha in tyberiade et epularentur
simul hylarior solito quia incaluerat mero
cepit exprobrare herodi agrippe beneficia sua
et conviciatus est ei .s. quod liberaverat eum a peste famis
Et doluit inde agrippa ultra modum et disposi-
tum navem ad tyberium si forte inveniret animum
eius immutatum. et in urbem eius duxit eum per(?)
et honorifice receptus est ab eo. et venit cum
eo romam. Et cum haberet tyberius duos nepotes
alterum de filio druso .i. tyberium. alterum de fratre
germanico .s. gayum voluit ut successor esset filius
filii. quia magis diligebat eum. **De causa invidie tyberii et herodis agrippe**

Herodes autem
agrippa magis diligebat gayum et fami-
liarius adherebat ei. unde sibi incitatione
tyberii latente quod non dum indicabat ei. sed latens
odium in corde reservabat. Quadam autem die cum
sederet herodes agrippa cum gayo in curru leva-
tis manibus in celum dicebat. utinam viderem
mortem in proximum senis et te dominum toci orbis
quia parcialis es imperatore universo orbi. Hec
audivit eutichus .s. auriga ipsius agrippe qui post-
ea cum vestibus domini sui aufugiens captus est. et vin-
culatus et dum duceretur ad cesarem peciit du-
ci ad imperatorem dicens quod haberet loqui ei quod esset
ad eius utilitatem. et presentatus imperatori et dixit
ei consulto quia sic optabat agrippa mortem
eius et dominium gayi. Tyberius ut non initum [illegible]
haberet iudicatorum et detentus est ille in carcere.
Et cum sepe instaret agrippa ut iudicaretur
et occideretur videbat tyberius. Erat sicut
erat et quod invelatus est et ita differebat quia ut dicit
Io. in omnibus negociis suis morosus erat. unde
cum statuat procuratores in provinciis nun-
quam mutabat eos. Quod cum questum

sepius esset ab eo quare non mutaret eos. Et
se inquit per plebeculam dicebat in procuratores
ad modicum hora(?) procurationis emungunt usque
ad sanguinem et tam donantur quam cito breviter
et quod recentes sibi illud dissipant quod vivuntur(?)
quod ostendit ei quidam vulnerati quod ei iacebat vulnera
et non amoveret multitudinem muscarum a vul-
nere sugentium alia putavit quod obmitteret ex
imbecillitate et abegit muscas quod compulavit
multas. Et quod ille. male fecisti in quibus
quas amovisti iam plene erant sanguine
et per hoc molestabat me. quod autem sugentes
recentes acrius pungunt me. Sic et procurato-
res ut officiales recentes stimulant acrius
insolitos deserviunt. **De quo herodes offendit tyberium**

Cum quadam
die more solito carceris agrippa ty-
berius ut eutichetes auriga suus decla-
ret et tyberius diu non expeditus est ipse
cum ipso velle eum iaculari excusare. Et cum
in nullo est quod fuerat agrippa testatus est se velle
invitus iterum et accusaverit eum. Eduxit ille de
carcere arguit eum de crimine lese magestatis
quod optabat mortem imperatoris. Ille ait tyberius
centurioni liga hunc. Et millens centurius
hoc precepti cum de eo quod eductus fuerat de
carcere et alligatum reduxit eum in carcerem
Quadam autem die dum ambularet tyberius in prodro-
mio .i. tenero eculeo et veniret agrippa primum
vocato centurione dixit ei Liga hunc. Et mi-
ratus est ille et timuit quod preparet agrippa liga-
vit eum purpuratum in carcere quod erat de regio
semine. Cum autem duceret agrippa ad carcerem
parabatur intollerabile sitim quia splendide
comederat. et forte occurrit ei portante aquam
et dedit ei bibere et prius resocillatus est promisit
ei quod cum ipso remuneraret eum in regno gayi
considerans quod imperio gayus esset regnaturus et
positus est in carcerem. Quadam autem die dum staret
in ius arbori cuius frondibus insidebat bubo
accessit unus de captivis ad eum et locutus est
ei. Noli inquit estimare quod adulando loquar
tibi cum sis concaptivus meus. volo enim dicere
quod quod indicaverint michi dii mei. erant enim peritus
in auguriis. Cito inquit liberabis ab omnibus
et in tantum sublimaberis quod et invideant tibi ami-
ci tui omnes. et in hac prosperitate morieris
relinquens bona tua filiis tuis. Cum autem
hui(?) generis alite videris amplius supra te se-
dentem. quinque diebus morieris. **Quomodo**

Herodes agrippa liberatur mortuo tyberio

Cum esset herodes agrippa in carcere dicebat ei custos carceris sciens eum virum esse nobilem et familiarem gayi sustinebo tamen ignorans multas commoditates merentes fieri ab amicis suis. Et fuit in carcere vi. menses. Postea cum tyberius esset apud capreas cepit infirmari qua infirmitate mortuus est. Et si in memoriis alibi legatur mortuus non curandum quod sit mortuus. Videns autem se moriturum convocatis nobilibus imperii sui et duobus nepotibus suis gayo et tyberio statuit in crastino substituere successorem sed prius voluit consulere mentes deorum. Et oravit deos suos ut intimarent ei mente sua quem nepotum suorum vellet ei substitui in imperio et statuit apud se ut illum qui primo veniret ad eum in crastino constitueret imperatorem ut ita casu et sorte eligeretur imperator. Hic significavit tyberio ut mane veniret prior. Et noluit mane venire nisi pransus. Et cum misisset tyberius nuncios ad nepotes suos non venerunt nisi [illegible] et venit gayus prius ad tyberium. Quem videns tyberius flevit amare dolens quod alter non venerat quem volebat substituere quia tenere eum diligebat tamen dissimulabat. Et locutus est ad eum tyberius: Fili tu succedes in imperio quod potius debebatur imperio quam filio filii. Sed ego video te utilem esse imperio et novi in[illegible] deorum. Cave ei ne moleste eum sed habeas quasi fratrem. Satage ut negocia rei publice sapienter disponas, exequias et funus meum imperiali honore efficias. Et convocatis principibus commendavit eum imperatorem et mortuus est. Et statim aliquantulum insonuit fama in civitate romana de morte tyberii. Et venit quidam hebreus amicus herodis agrippe ad carcerem et hebraice dixit ei: Mortuus est leo. Et cepit agrippa mirabiliter gratulari adeo ut quereret ab eo custos carceris que esset causa tante exultationis et confessus significavit ei mortem tyberii hebraice. Et statim custos carceris liberavit eum et statuit eum collateralem sibi in mensa. In crastino insonuerunt alii rumores quod tyberius convaluerat et iam de roma venturus erat. Quod audiens custos carceris timens ne in caput eius redundaret quod liberaverat eum et convivaverat cum alligavit et retrusit in carcerem. Et postea increpuerunt eum rumores de morte tyberii et substitucione gayi. Et venit gayus roma et sepelivit tyberium honorifice. Et ipsa die voluit agrippam liberare sed dissuasum est ei ne videretur tyberii subito velle iniuriam revocare. Post aliquot dies liberavit eum et sibi [illegible] eum et dedit ei duas tetrarchias scilicet tetrarchiam philippi qui erat tetrarcha iturree et trachonitidis regionis et tetrarchiam lisanie qui erat tetrarcha abiline. Et imposuit dyadema ei et sublimatum in regem remisit eum in iudeam. Et videntes eum omnes [illegible] qui eius et soror sua herodias que [illegible] fuit infelici viro invidens felicitati precipue quia fiebat rex quia vir suus qui erat maior natu filius magni herodis et numquam meruit vocari rex sed tetrarcha persuadebat itaque viro suo de die in diem ut iret roma et satageret omnibus modis ut sibi compararet nomen regis. At ille malebat esse in ocio quia opulentus erat. Unde sepe uxori sue [illegible] dicebat: Perimunt opes tue quia magis diligis opes quam honores. Tandem victus instancia uxoris venit ad gayum cum magno apparatu et ipsa cum eo. Et invenit gayum bayis. Herodes autem agrippa qui presens erat cum [illegible] quod non pro bono suo venisset disposuit ut post eos statim premisit nuncium quendam familiarem suum et carissimum gayo. Anno [illegible] tenebatur quod herodes tetrarcha et vivente tyberio fuit in amicicia cum rege parthorum ut esset rebellis romano imperio et magnum [illegible] significavit ei quod in civitatibus suis habebat armorum quod sufficeret lxx milibus armatorum.

Cumque venissent herodes tetrarcha et herodias uxor sua ad gayum et satis honorifice suscepisset eos supervenit nuncius herodis agrippe et porrexit epistolam gayo ex parte agrippe. Perlecta epistola gayus quasi aliud se accipiens cepit inquirere de statu herodis tetrarche et inter cetera quesivit ab eo utrum in civitatibus suis esset tanta copia armorum quanta ipse audierat et non negavit. Tunc certus gayus verum esse quod significaverat ei herodes agrippa relegavit eum in exilium. Uxori autem sue quia erat soror herodis agrippe quam maxime diligebat dedit libertatem redeundi ut fieret [illegible] terram suam. Ipsa autem comitata est virum suum in exilium dicens quia non

Porrexit epistolam gayo

dimitteret eum in adversis esse conabatur impossibile. Et
deportatus fuit in exilio Lugdunum in qua mise-
rabiliter mortuus fuit. Et dedit Gaius Galileam
quam Herodes tetrarcha tenebat Herodi Agrippe et
ita habuit tres tetrarchias. Fuit autem Gaius
in initio imperii sui per biennium satis mansuetus
et postea evanuit [illegible] in elatione et in
tantam prorupit vesaniam ut ab universis ho-
minibus imperii sui vellet coli tamquam deus, et di-
cebat se esse fratrem Iovis. Coitu [illegible] filiam suam
unicam quam habebat ponebat inter genua
Iovis ut ita qui [illegible] videret utrumque [illegible] esse
fuerat de genere Iovis. Misit etiam ymagi-
nem suam per universum imperium suum ut omnes adora-
rent eam. Et sic fecerunt omnes exceptis iu-
deis. Cum in civitate Alexandria orta esset
inter iudeos et gentiles sedicio et utrique
pars ad Gaium [illegible] iusta inter cetera
ceat te. Et fuit ibi per annum et vi menses.

Insurrexerunt autem iudei
in paulum et traxerunt eum ad presentiam galli
onis qui erat procurator achaye regionis
in qua erat corinthus, et accusabant eum
quod contra legem predicaret. Et locutus est gallio
ad eos: Si argueretis vel accusaretis de ali
quo scelere manifesto super eum iudicarem; sed quia
disceptatio est de lege vestra non ero iudex.
Et videntes gentiles quod non puniretur precibus
iudeorum susteneri coram eo apprehenderunt sostenem

principem synagoge et percutiebat eum et hoc erat
cure proconsuli. Paulus autem cum adhuc sustinuisset
dies multos et cum venisset Cenchreis quod est portus Corinthi
ascenditque navem ut navigaret in Syriam
totondit comam quam nutrierat quia fuerat na-
zareus ex voto. Nazarei enim ex voto comam
ad tempus nutriebant et completo tempore voti
radebant et in igne sacrificii ponebant. Alii
codices habent totonderunt. Unde quidam referunt
hoc ad Aquilam et Priscillam. Sed Augustinus et Beda ad
Paulum hoc referunt.

Quod disputabat contra iudeos

Et venit Paulus in Syriam
ducens secum Aquilam et Priscillam. Et
cum venisset Ephesum ingressus est in syna-
gogam et disputabat cum iudeis et rogan-
tibus illis ut tempore ampliori maneret non con-
sensit sed valedicens fratribus profectus est ab Epheso
dimittens ibi Aquilam et Priscillam. Ipse autem
perambulabat Galathiam et Phrygiam confir-
mando fratres. Et recepit Ephesi Aquila et
Priscilla venientem Ephesum quendam iudeum nomine
Apollo Alexandrinum genere virum facundum et peri-
tum in scripturis. Iste baptizatus erat baptismo Iohannis
non Christi. Et tamen credebat Christum esse Messiam in
lege promissum et recte sentiebat de Patre et Fi-
lio. Sed nichil adhuc de Spiritu Sancto audierat. Et cum
videret eum Aquila et Priscilla fiducialiter
predicantem assumpserunt eum et diligentius ei ex-
posuerunt viam Dei. Utrum autem baptizatus fuit
baptismo Christi non legitur. Cum autem vellet ve-
nire Corinthum Aquila et Priscilla et ceteri fideles qui
erant Ephesi scripserunt fidelibus qui erant Corin-
thi ut susciperent eum ne abhorrerent eum
tamquam iudeum. Et cum venisset Corinthum mul-
tum contulit fratribus qui erant Corinthi vehemen-
ter enim iudeos convincebat. Unde multum confirma-
ti sunt fratres.

Quod baptizati sunt qui baptismum Iohannis acceperant. xix.

Factum est autem cum
Apollo esset Corinthi ut Paulus peragra-
tis superioribus partibus veniret Ephesum
et inveniret quosdam discipulos a Iohanne bapti-
zatos non tamen in fide confirmatos quia post
baptismum non acceperant manuum impositionem
et interrogavit eos. Accepistis ne Spiritum Sanctum
credentes vel in manuum impositione qua
datur Spiritus Sanctus. At dixerunt. Sed neque si Spiritus
Sanctus est audivimus. Ad quos ille. Non sufficit
baptismus Iohannis. Et statim baptizati sunt in
nomine Domini Ihesu Christi. Et cum imposuisset illis ma-
nus post baptismum acceperunt Spiritum Sanctum et loquebantur
variis linguis. Et quidam illorum prophe-
tabant predicantes futura. Erant autem fere
xii. forte xi. vel xii. erant et apostolorum
numero fere ad tempus. Et predicavit illis
apostolus cum fiducia per tres menses disputans
et suadens de regno Dei. Et qui prius pro-
hibitus erat a Spiritu Sancto predicare in Asia mo-
do venit eodem Spiritu inspirante predicabat
Ephesi. Ex quo patet quam admiranda sunt
iudicia Dei.

Cum autem predicaret Ephesi quidam ob-
durati et in incredulitate perdurantes
maledicebant doctrine eius coram omni
multitudine. Discedens autem ab eis segre-
gavit secum discipulos disputans in schola
cuiusdam tyranni id est nobilis vel forte nomen
proprium est illius a quo domum conduxerat in qua docebat
discipulos suos tamquam regens scolas. Et
hoc fecit per biennium. Et in eodem biennio scrip-
sit epistolam primam ad Corinthios. Et faciebat
Deus virtutes magnas et miras per manus ei-
us ita ut sanarentur languidi quibus suppo-
nebantur semicinctia eius. Semicinctia autem
sunt vestes tamen ab uno latere pendentes
vel quedam zone vel quedam capitis ornamenta
vel quoddam genus sudarii quo Hebrei utuntur
quo laborantes sudorem abstergunt.

De virtute nominis Ihesu.

Videntes autem
exorciste quidam quod ab invocatione no-
minis Ihesu Paulus eiceret demones
excogitaverunt uti eadem forma verborum ad
eiectionem demonum quia sicut exorcismos ta-
lis demones eiecerunt vero tamen sequitur
absque multo labore sed quibusdam herbis
et gemmis ad libitum ut tradit Iosephus. Ut
et facilius eicerent demones adiurabant
eos in hunc modum. Adiuro vos per Ihesum quem
Paulus predicat ut exeatis. Et sic eiciebant
demones de obsessis. Erant autem vii
filii Sceve principis sacerdotum qui frequenter
adiurabant demones in hunc modum. Et con-
tigit ut adiuraret demonem ut exiret de
corpore obsesso. Et ait ei demon. Ihesum novi
et Paulum novi. Sed vos qui estis? Et in-
siliens in eos vulneravit eos egregie. Et
exivit fama per universam regionem et cecidit
timor super omnibus exorcistis et magis
ut non auderent amplius in hunc modum
demones adiurare. Et congregati sunt
omnes magi qui per artem magicam implicabant

demonibus et conburebant libros suos coram pe-
des pauli. Et sic paulus proposuit ire ierusalem
per macedoniam et in romam. Misit autem tymotheum et era-
stum in macedoniam ad preparandas collectas que
erant de laicis iherusalem. Ipse autem ad tempus re-
mansit in asya maiori. **De tumultu**
excitato per demetrium

Et facta est
perturbacio magna in tempore illo in
epheso. Demetrius autem argentarius
qui faciebat edes et ymagines argenteas
dyane conuocauit eiusdem operis opifices et
locutus est eis in hunc modum. Viri scitis quia de hoc
artificio multum nobis lucrum comparatur. Pau-
lus autem predicabat deos non esse manufactos. Sed
inualuit doctrina eius et amplius turbabitur
et templum magne dyane pro nichilo repu-
tabitur et maiestas eius destruetur quam vene-
ratur uniuersus orbis. Et statim ira repleti cla-
mauerunt unanimiter discurrentes. Magna
dyana ephesiorum. Et rapto gayo
et aristarcho sociis pauli traxerunt eos
in theatrum quod spectaculum rei publice erat.
.xx. Cum autem paulus hoc audito vellet uenire in thea-
trum non formidans se obicere morti dissuaserunt
agliba(n)tum amici sui ei ne pergeret. Iuven-
cum ... Postquam autem cessauit tumultus uocatis
discipulis paulus exhortatus est eos et uale
faciens eis profectus est in macedoniam et inde iuit
athenas. Ubi cum fuisset tribus mensibus posite sunt
ei insidie a iudeis in syriam nauigaturo
...ientibus que defferent collectas. Olim cum cer-
...ius uiatores non posuerunt ei insidias
habuit eis consilium ut reuerteretur in macedoniam
ut ita euitaret insidias. Quidam autem discipulis
suis perfecta fuit recta uia et precedentes
nos scilicet lucas sustinuerunt eadem pericu-
lum uerentes. Nos uero nauigauimus
post dies azimorum a philippis que est prima
ciuitas macedonie et in v diebus uenimus
troadem ubi morati sumus vii diebus. Una autem
sabbati computandi exspectauerunt disputabat pau-
lus cum eis in crastino profecturus et protraxit
sermonem usque ad mediam noctem et erant
lampades copiose in cenaculo ubi congre-
gati eramus. **De mortuo excitato**
a paulo

Et cum sederet super
fenestram quidam adolescens eu-
tychus grauatus somno decidit
de tercio cenaculo deorsum et sublatus
de terra oblatus est paulo mortuus et dice-

bat eis. Qui cum descendisset paulus
incubuit super eum et conplexus eum ait. Nolite
turbari. Anima enim eius ad huc in eo est. Hoc autem
ait ut tolleret desperacionem ab eis. Simili
modo usus est dominus dicens. Puella non est mortua sed dor-
mit. Et suscitatus est adolescens et gustauit ci-
bum et confortatus est. Hic inter predicacionis uerba
occurrit ... in oracione miraculi
confirmaret doctrina pauli. Et ut alia tangeret
eorum miracula doctrina magis ab eis discederet.
Nos autem ascendentes scilicet lucas nauigaui-
mus in asson ut inde exciperemus paulum. Sic
enim disposuerat per terram iter facturus.
Cum autem conuenisset ad nos assumpto eo venimus
miletum. Proposuerat paulus in tristitia na-
uigare ephesum moram non faciens. Fe-
stinabat enim si possibile esset ut in die pen-
thecostes esset iherusalem et ambiciosa quia in ephe-
sum non nauigauit sed misit ephesum et uo-
cauit maiores natu ecclesie. Et uocati uenerunt
ad eum miletum et exhortatus est eos dicens
se ascendere iherusalem. Et ecce inquit alligatus
spiritu id est spiritu sancto ad id me constringente uado iherusalem
que in uentura sunt in ignorans nisi quod spiritus sanctus per
alios in prophetiam contestatur quoniam uincula et tribulaciones
me manent. Aliqua ei reuelabat spiritus sanctus de
ipso que non ipsi. Sed nichil horum inquit uereor nec fa-
cio animam meam id est uitam temporalem preciosiorem
quam me id est quam animam meam dum modo consume-
cursum meum et ministerium quod ego accepi a domino
ihesu testificari euangelium gratie dei. Et nunc scio quia
amplius non uidebitis faciem meam. Et cum pre-mi-
tam exhortacione posuisset genua una cum
omnibus illis orauit et procumbentes super collum
pauli flentes osculabantur eum dolentes max-
ime de eo quod dixerat quia faciem eius non e-
rant amplius uisuri et deduxerunt eum usque
ad nauem. Et abstracti ab eis transeuntes
multas urbes et regiones uenimus tyrum
et mansimus vii diebus inuentis ibi discipulis
quidam per spiritum propheticum paulo predice-
bant que illi uentura erant iherusalem et dissuade-
bant ne ascenderet. Post ea profecti sumus dedu-
centibus nos omnibus cum uxoribus et filiis usque
foras et usque ad ciuitatem. Et ualefa-
cientibus eis ascendimus nauem. Illi autem
redierunt in sua. Nos uero descendimus ptholo-
maidem et salutatis fratribus mansimus
apud eos una die. **Que iii agabus pau-**
lo predixit

Altera autem die uenimus

.xxi.

cesaream. et intrauimus domum philippi dyaconi
Huic erant iiii filie virgines prophetisse predicentes
paulo que ei erant ventura in ierusalem. Et cum morare-
mur per aliquot dies supervenit propheta quidam nomine
agabus. Et cum venisset ad nos tulit zonam pauli
et ligans sibi manus et pedes ait. Hec dicit spiritus sanctus.
Virum cuius est zona hec alligabunt eum iudei in
ierusalem et tradent in manus gentium. Hoc audientes
rogabamus eum nos et qui erant loci illius ut non ascen-
deret in ierusalem. Et ait. Quid facitis flentes et affligentes cor
meum? Ego enim non solum alligari sed et mori in ierusalem
paratus sum propter nomen domini ihesu. Et cum non possemus
ei dissuadere quievimus dicentes. Domini fiat vo-
luntas tua. Post hec preparati ascendimus in ierusalem. et ve-
nerunt quidam ex discipulis qui erant in cesarea nobiscum addu-
centes iasonem hospitem nostrum. Et cum venissemus
ierusalem libenter exceperunt nos fratres. Sequenti autem
die introibat paulus nobiscum ad iacobum qui erat
episcopus ierosolimorum de quo dicit Beda. Sedit huic loco xxx
annis rexit ecclesiam ierosolimorum usque ad vii annum
neronis. qui sic deo excerebratus est pertica fullonis.
Beda dicit quod precipitatus est de templo. Alibi le-
gitur lapidatus et positus est. Potest esse quod precipitatus
et lapidatus est et vile cadaver. Hic enim dicit
beda mortuum iacobum vii anno neronis. quod si-
la. non est autenticum quia legitur in epistola clementis
qui iussu temporis illi epistole dicitur se mandasse acce-
pisse a petro cui successit in apostolatu ut post ei
mortem iacobo apostolo epistolas destinaret ut habe-
tur in titulo. Hic iacobus episcopus mortuus est vii
anno neronis et periit usque ad viii co-
stat tenendum esse. De his qui obviabant legem

Cum intrasset paulus ad iacobum collec-
ti sunt seniores. et fratres quos salutans nar-
rabat per singula paulus que et quanta fecit
deus in gentibus per eius ministerium. Et cum
audissent magnificabant deum et dixerunt paulo.
Vides frater quot milia sunt in iudeis qui crediderunt
tamen adhuc sunt emulatores legis volentes
cum fide precepta servare legalia. et audierunt
de te quod predices abolitionem legis et eius obser-
vantie et quod destructor legis moysi. Conveniet
enim multitudo audiens te venisse. Unde consulu-
imus ut sanctifices te secundum legem moysi cum iiii qui
habent votum super se ut sic appareat quia crimino
quod in te dicitur. Et statuerunt de eo consensu
ut iudeis ad fidem conversis ne prohiberet obser-
vationes legalium dummodo non ponerent spe-
ciem. et distinguebat iiii synodos in primi-
tiva ecclesia celebratas. prima de substitu-

tione mathie loco iude. Item de electione
vii dyaconorum. Item de legalibus que statutum
est cum gentibus ad fidem conversis non esse imponendum
legalium onus. quando ascenderunt paulus et bar-
nabas de antiochia in ierusalem. Quarta est de qua
hic agitur. quia statutum est non prohiberi iudeos a lega-
libus observandis dummodo non ponerent spem in eis.

Quod ligatur paulus a preside ad preces iudeorum

Postera die purificatus paulus cum iiii viris in-
travit templum cum eis et obtulit obla-
tionem suam sicut alii. Consumatis au-
tem vii diebus iudei qui venerant de asia perse-
quentes paulum cum vidissent eum in templo quia
viderant ephesi trophimum ephesium deambulantem
cum eo per civitatem putaverunt quod introduxisset
eum in templum hominem scilicet gentilem et clamabant
omnes qui convenerunt ut mitterent manus in eum dicen-
tes. Viri israelite adiuvate. Hic est homo qui
contra legem et populum et locum istum predicat ubique
et insuper gentiles duxit in templum
et contaminavit locum sanctum. Commota est omnis
civitas et facta est dissensio populi. et apprehendentes
paulum traxerunt extra templum et clauserunt
ianuas ne refugeret in templum. Et querentibus
eum occidere nunciatum est tribuno cohortis scilicet clau-
dio lysie qui missus fuerat a felice preside. Qui as-
sumptis militibus et centurionibus occurrit eis.
Videntes autem eum desierunt percutere paulum. Et
apprehendens paulum iussit eum ligari catha-
nis duabus. cum de eo non cognovisset. Et cum
non posset audire pre tumultu iussit eum duci in castra
scilicet in turrim regiam. Et cum forte venisset ad gra-
dum templi ubi ad gradum pontem ad quam per-
trahebatur paulus a militibus propter impetum populi
sequebatur enim omnis populus clamans tolle eum
ad mortem. Et cum duceretur paulus in castra ait
tribuno. Licet mihi loqui ad te aliquid? Tribunus
nostri grece linguam ait. Scis. Locutus
est enim tribunus grece ne iudei intelligerent.
Nunquid tu es egyptius ille qui ante hos dies
concitavit tumultum et eduxit in desertum
iiii milia virorum sicariorum? Et de hoc dicit quod
pluribus militibus et potuit homo venire
de paucorum prout vere plura. De egypcio mago

Egypcius iste propheta
arte magicam quo confluxerat
nomine propheta et congregatis xxx
milibus iudeorum duxit eos per desertum usque
ad montem oliveti volens in ierusalem irrumpere
ut eam caperet. Sed occurrit ei felix preses

cum milites multi iudeorum armatorum. Sic galea ceterarum
partes et alios ornatus. paulus autem videns tribunum
ait. Homo sum iudeus non egyptius a tharso ci-
licie non ignote civitatis municeps. Id est ci-
vis in tharso que in oppido galylee nomine gyscala
loco capto a romanis translatus est tharsum
cum parentibus et ibi conversatus. Vnde beda dicit
ne dicit se tharsensem. sed gyscalo fuit natus
sicut christus nazareus dicitur cum in bethleem sit natus
Id est conversatus in tharso que tamen caput est ad
iacencium civitatum. Vnde non vocat se civem sed
municipem a municipio civitatis inquit.
tur. Dicitur autem municipium iuvans ceteras
civitates quasi munia idest tributa solvit
civitati. Quod paulus permissus est loqui populo
Sequentibus non magis declarat quod dixit paulus
se civem romanorum. Simus. quasi sic filio
vobis sequentes diligencia quod comparavit graciam
romanorum et donatus est liberis romanis liber-
te ut putaretur civis romanus esse ipse et he-
redes sui et sic iure hereditario habebat paulus
consorcium romane civilitatis. Rogo permit-
te me loqui ad populum. Et permissus cepit loqui he-
braice. Quod audientes magis prestiterunt ei si-
lencium. Viri fratres inquit ego sum hebreus
natus in tharso cilicie nutritus in hac civi-
tate secus pedes gamalyel et abeo eruditus
sum emulator legis sicut et vos. cui vere te-
stis est summus sacerdos et processi. sum
x annos. a quibus literas accepi in damascum ut fratres
inventos iudeos perducerem in iherusalem
tera persecutus est quam passus est cum deus ceperit ire
tua et quam conversus est et baptizatus est ab anania
nya. et quam ipse mihi evenit rediens in iherusalem
et dum orarem in templo factus est in extasi et vid-
di audivi christum dicere quod. Festina et exi ve-
locius de iherusalem quia non recipient testimonium tuum
de me. Ad quod ipse respondi. Domine ipsi sciunt quia
ipse persequebar sectatores nominis tui. et in
sanguinem stephani lapidantis. quod dicit. Vade est sufficiat

Stephanus custodiebat vestimenta lapidancium eum.

exemplum conversionis mee. Et dixit ad eum. Vade
quia ad naciones mittam te longe. quod dicit. nec
in hoc credent tibi iudei. et ideo mittam te
ad gentes quasi tam loco quam fide distantes sunt
longe. Quod se autem romanum dixit

Audiebant autem usque ad hoc verbum in silencio audi-
entes eum iudei. audito quod destinaret eum
ad gentes unanimiter vociferati sunt
frementes vestimenta sua et pulverem iacta-
bant in aera. Sinagogule etiam curie et turbe

ex permixtis dixerunt tribuno. Tolle de terra hominem huius-
modi. Fac audire eum. Et iussit eum tribunus duci in
castra in turre. scilicet illa que dicebatur anthonia et
agrippina et cedi flagellis et torqueri ut invenire
possent causam eius. Et cum astrin-
xissent eum loris dixit paulus astanti centurioni
Licet vobis flagellare hominem romanum et indemp-
natum. idest nullo prius ordine iudiciario convictum.
Quo audito centurio accessit ad tribunum dicens
Quid acturus es. hic homo civis romanus est.
Et accedens tribunus ad paulum quesivit ab eo
an romanus esset. Qui confessus est. Et ait tribunus
Ego multa summa pecunie hanc civilitatem conse-
cutus sum. Ego inquit paulus et natus sum quia
pater suus ut predictum est emerat graciam cum
pecunia que ei civilitatem ro-
manam donavit. Abierunt ergo ab eo et iniecerunt vincula
et statim discesserunt qui eum torquere debebant.
et timuit tribunus audito quod esset civis
romanus.

Postera autem
die volens scire diligencius causam accu-
sacionis pauli solvit eum et iussit sa-
cerdotes convenire et concilium. Et producens pau-
lum statuit eum inter illos et cepit paulus loqui
concilio. Viri fratres inquit ego omni consciencia bona
conversatus sum apud deum usque in hodiernum diem.
Princeps autem sacerdotum ananyas precepit
astantibus ut percuterent os eius qui tenebant
illum. Ad quod paulus. Percuciet te deus pa-
ries dealbate. quod dicit. vindicabit in te deus
ypocrita quia tu sedes secundum cathedram moy-
si secundum legem iudicis iudicare et iudicas contra
legem. quia condempnas me blasphemum non
me iudicas ordine legis que precepit blas-
phemum esse adductum ab omni populo la-
pidari. Vel forte prophetavit paulus de abol-
licione sacerdocii iudeorum dicens Percuciet te
quod dicit. Destruet te et sacerdocium iudeorum. Et qui
astabant dixerunt. Summum sacerdotem
dei maledicis. Et paulus ait. Nesciebam
fratres esse principem sacerdotum. revera si hoc
scirem verus est enim. Scriptum est. non principem
populi tui maledices. Vel quasi mystice dicit se ne-
scire idest sacerdocium iudeorum reprobatum esse
sed se novit hunc non esse verum principem sacerdotum
tum tempore. Et instruens alios ut modera-
te se habeant erga prelatos suos. Tunc
timens paulus potenciam iudeorum excogitavit
quia moveret scisma inter eos. et tunc convenientes
pharisei et saducei coram omnibus confessus est

xxiii

priores

se esse de secta phariseorum et predicabant vitam et ita excitavit animos eorum et unusquisque illorum audiret mala aliorum. Et ex professione erat facta dissensio magna inter phariseos et saduceos. Ut deus paulum confortavit

Tunc consurgentes quidam de phariseis pugnabant pro paulo contra saduceos dicentes: Nihil mali invenimus in homine isto; quid si spiritus locutus est ei vel angelus. Hoc autem contra saduceos dixerunt negantes angelum esse vel spiritum vel animam. Et cum facta esset tanta dissensio timens tribunus ne discerperetur paulus a saduceis volentibus eum rapere iussit milites armatos descendere et rapere de medio eorum et duci eum in castra. Et sic factum est. Sequenti autem nocte apparuit deus paulo dicens: Constans esto. Sicut enim de me testificatus es in ierusalem sic oportet te et rome testificari. Ut voverunt mortem pauli

Facto autem die collegerunt se quidam ex iudeis et devoverunt se maledictioni si comederent vel biberent donec occiderent paulum; et ingresso ... anathematizaverunt. Erant autem plus quam xl viri qui hanc coniurationem fecerant. Et accesserunt ad principes sacerdotum et seniores dicentes: Devotione devovimus nos nihil gustaturos donec occidamus paulum. Persuadete ergo tribuno ut adhuc producat eum in medium ad vos tamquam aliquid certius de eo cognituri. Nos vero parati erimus et occidemus eum. Quod cum audisset pauli nepos filius sororis eius intravit in castra et nunciavit paulo. Et advocans paulus unum de centurionibus ait: Adolescentem hunc perduc ad tribunum, habet enim aliquid indicare illi. Quod cum fecisset adolescens ad tribunum exposuit ei dolos et insidias iudeorum contra paulum. Tunc dimittens adolescentem tribunus precepit ei ne cui hec revelaret, et vocatis duobus centurionibus ait illis: Parate milites cc ut eant usque cesaream pedestres, et equites lxx qui scilicet non erant pedestres, et lancearios cc a tertia hora noctis, et parate iumenta ut paulo et comitibus suis, et perducite eum salvum et incolumem ad felicem presidem.

Ut ante presidem contra tertullum contendit

xxiij Scripsit autem tribunus epistolam in hunc modum: Claudius lysias optimo presidi felici salutem. Non retexuimus que in epistola tenorem. Nomen enim excellentioris non permisit. Quomodo nomen suum quod erat inferior preside preposuit in epistola causam accusationis pauli et modum et ordinem accusationis.

Qui cum venissent cesaream cum paulo tradita epistola presidi statuerunt paulum ante eum. Et epistola perlecta interrogavit de qua esset provincia. Ait preses: Audiam te cum accusatores tui venerint. Et iussit eum custodiri in pretorio herodis. Post quinque autem dies descendit princeps sacerdotum ananias cum senioribus et cum oratore quodam tertullo qui erat advocatus eorum. Et proposuit tertullus ante felicem et tertullus accusavit paulum presente preside. Et paulus ostendit quod nihil dignum morte commiserat quia predicabat christum. Et audito quod esset questio de lege eorum suspendens felix ait: Audiam vos cum tribunus lysias descenderit. Et iussit paulum esse in libera custodia ut libere posset ingredi et egredi et deambulare et nec prohiberetur quisquam de suis ei ministrare. Post aliquot dies venit felix cum uxore sua drusilla et vocavit paulum. Ista drusilla iudea erat et pulcherrima quam olim duxerat azizus rex emisenorum et cum vellet ducere eam negavit dicens quia nullo modo nuberet incircumciso. Postea ille circumcidit se et duxit eam. De felice preside et de beronice

Cum autem missus esset felix a claudio in iudeam preses, preside sollicitabat per iudeos ut nuberet ei et tandem ad hec inducta est ex cognatione sue beronice que olim dimisso viro suo nupserat ... agrippe regi filio herodis agrippe qui habebat tetrarchiam ultra iordanem. Dimisso ergo priori viro azizo rege emisenorum drusilla nupsit felici. Hec drusilla quia iudea erat libenter audiebat paulum de fide que est in christum iesum. Et disputante paulo de iustitia et castitate et iudicio futuro tremefactus est felix audiens se iudicandum. Vade inquit: quia tempore optimo accersiam te. Hoc autem dicebat sperans se ab eo accepturum pecuniam; putabat enim paulum habere pecuniam. Propter quod frequenter accersiens eum loquebatur cum eo. Biennio autem completo successit festus felici missus a nerone. Si autem intelligatur biennio a presidatu felicis non potest stare cum longe ante constet eum fuisse presidem a claudio. Festus autem missus est a nerone qui successit claudio. Si autem intelligatur biennio ab accusatione pauli non sic potest stare, quia non iam fluxerunt duo anni ex quo venerat in urbem. Ergo intelligendum est ab accusatione felicis per accusatores iudeos.

Oritur dissensio inter iudeos. De dissensione orta inter iudeos

et gentiles in cesarea de honore ciuitatis
Iudei n. preferebant se gentilibus quia Herodes
ascalonita qui occasionem accepit fuit con-
ditor ciuitatis. et appellauit eam cesaream in
honorem cesaris. Gentiles autem preferebant
se iudeis dicentes quia a gentilibus facta et primaria
ciuitatis edificatio que ante quam reedificaret
esset ab auctore dicta pyrgo stratonis. Flex-
autem primo fouit partem iudeorum. tandem ex han-
sit mali superbia iudeorum et eorum propter ea fouit
partem gentilium in tantum quod militibus gentilibus
dedit licentiam intrandi domos iudeorum et di-
ripiendi bona eorum. Qui accusatus est a iudeis
apud neronem. et biennio abgregacione amo-
tus et a presidatu et substitutus est festus. Volens
autem in fine presidatus sui placere iudeis
reliquit paulum uinctum. Festus autem cum uenisset
in prouinciam post triduum ascendit ierusalem
a cesarea. Et rogauerunt eum principes sa-
cerdotum et primi iudeorum ut iuberet addu-
ci paulum in ierusalem parantes ei insidias ut
occiderent eum in uia. Festus autem ait se in ce-
sarea maturius descensurum. et eorum accusa-
tionem si uellent descendere ibidem auditurum.

De appellacione pauli ad cesarem

Morata autem festus inter paucos die-
bus descendit in cesaream. et sedit pro tri-
bunali. et adductus est autem paulus
in medio. et accusatus est a multis ab hiis qui descen-
derant de ierusalem. sed non poterant probare quod obi-
ciebant ei. paulo in omnibus ratione reddente
Festus autem uolens placere iudeis ait paulo.
uis ascendere in ierusalem et de hiis iudicari a-
pud me. Ad quem paulus. Ad tribunal cesa-
ris sto. ubi oportet me iudicari. Erat autem
in cesarea sedes in qua sedebat paulus
cum palatium herodes esset in ea sedes
cum uideret cesarem uel quos mitteret iudi-
ces. Et excusabat se paulus dicens iudeis
non nocui sicut nostis. si quid dignum morte
commisi non recuso mori. si autem nichil commisi. nemo
est qui me audeat tradere eis. quia ad cesarem
appello. Tunc festus consilio respondens
ait. Ad cesarem appellasti. ad cesarem ibis.

De hoc quod agrippa cognouit in festo

Et cum dies aliquot transacti essent descen-
dit in cesaream cum uxore sua beroni-
ce que fuit dicta domina uel meretrix intelligen-
dum berenice quod fuerit uxor eius quasi
uxor. Erat autem uxor eius id est cognata sua

ydioma hebreum. et tenuit eam diligebat
et imponebant ei quod abutebantur ea. De-
scendens autem rex agrippa in cesaream audito
quod in esset festus ut acciret iudeos apud eum
Ibi enim namque agrippa in festo erat iudeis
quia eum accepisse potestatem a romano impera-
tore constituendi summum sacerdotem in ierusalem con-
stituebat sacerdotes eos qui non erant aa-
ronite. Fecit enim in palacio suo fenestram
eminentem unde poterat uidere que fiebant
in templo sacrificia. quod moleste feren-
tes iudei. fecerunt oppositum murum fenestre
eminenciorem. Venit ei spiritali agrippa
rogatum festum ut murum illum obrueret.
Tamen tamen descensus agrippe in cesaream
non habetur in hystoria actuum. sed Io. supplet.

Cum Quod peroraut paulus coram agrippa
descendisset agrippa honorifice
receptus est a festo. et cum dies plures
moram fecisset cum eo. consuluit eum quid fa-
ceret de paulo. et exposita ei accu-
satione iudeorum contra paulum. Et agrip-
pa se uelle uidere paulum. Altera die ue-
nerunt agrippa et beronice cum multa am-
bicione. id est multo desiderio ambiendi.
paulum. Et cum intrassent auditorium cum tribu-
nis et uiris principalibus ciuitatis iube-
nte festo adductus est paulus. Et dixit fe-
stus. Agrippa rex. et uos omnes qui simul
adestis uidete hunc de quo uniuersa mul-
titudo iudeorum interpellauit me incla-
mitantes eum dignum morte. ego autem
in meo comperi dignum morte. ideo cum
appellauit ad augustum eum iudicaui mittere romam
decreui. Sed irracionabile michi uidetur mittere
aliquem uinctum et causam eius non significare.
Ideo consulo uos rex agrippa sup-
er hoc quia non habeo quod certum scribam de eo.
Tunc agrippa ad paulum. permittitur tibi
loqui pro te. Tunc paulus extensa manu
more oratoris ad faciendum silen-
cium cepit de omnibus reddere racionem super
quibus accusabatur iudeis. Beatum me existimo
reputo rex agrippa. cum apud te audiear
cum sim maxime cum tu scias in lege moy-
si et nouis consuetudines iudeorum. propter quod
obsecro te ut pacienter me audias. Et
prosequitur modum conuersionis sue et super
quibus accusaretur a iudeis. Et post mul-
tos sermones pauli. festus uoce

magna. Insanis paule. Multe te littere faciunt ad
insaniam. Non insanio optime inquit feste sed ue
ritatis et sobrietatis uerba eloquor. Scit enim rex
agrippa hoc, ad quem constanter loquor. Latet enim eum
nichil horum arbitror. Neque enim in angulo factum
est. Credis agrippa rex prophetis? Scio quia credis. Ad quem
agrippa. In modico suades me christianum fieri.
Ad quem paulus. Opto apud deum et in modico et in magno non tantum te sed
omnes qui audiunt hodie fieri tales qualis ego sum
exceptis uinculis meis, nolo enim uinclatos esse.

Tunc. **Quod paulus missus est romam**

surrexerunt rex et preses et beronice
et qui assidebant eis. Et cum secessissent
loquebantur ad inuicem dicentes. Nil dignum
morte aut uinculis fecit homo iste. Et ait a
grippa ad festum. Dimitti poterat homo
iste si non appellasset ad cesarem. Et decreuit
agrippa quia appellauit mittendum esse
ad cesarem. Et traditus est paulus iulio
centurioni cohortis auguste magistro mi
litum scilicet qui missus fuerat ab augusto. Et
preterea miserunt iudeos roma iudei contra
agrippam aduersus quem multas habebant que
relas, quia ut supra pretaxatum est constituerat
ysmahelem summum sacerdotem cum esset de
gente aaron. Et hic ponit magister kathalo
gum sacerdotum qui fuerant ab institucione sa
cerdocii usque ad tempus eiusdem sed distinctione
tamen temporum. Ab aaron usque ad tempus dauid
et fuerunt singuli xiii. unus post alium in se
centis xii annis. Et succedebant filii
patribus primogeniti. Filius aaron scilicet eleazar
successit ei in summum sacerdotem. Filius eleazar
successit ei, et ita usque in postremum. Nam de
ythamar non erant summi sacerdotes sed mi
nores et pauci circa tempora dauid. Nam in heli
sacerdocium translatum est ad filios ythamar.
Abyathar quoque erat de ythamar quem
deposuit salomon et ei loco statuit sadoch
de eleazar. **Replicatio hystorie**

Dauid autem uolens ampliare cultum dei
uidens quia non sufficeret unus summus sacer
dos ministracioni quia si infirmaretur
non erat qui incensum poneret quod necesse
erat singulis diebus offerri instituit xxiiii
summos sacerdotes, quorum xvi de genere
eleazar, viii de gente ythamar. Unus
tamen illorum ex xxiiii summus erat qui dice
batur princeps sacerdotum. Ministrabant
autem per septimanas qui iure hereditario fuit

deuolute ad posteros eorum. Et unusquisque
xxiiii summorum sacerdotum tamen cum ministrabat
habebat secum xxiiii minores sacerdotes et toti
dem leuitas et totidem ianitores duplici
numero nathineorum. Fuerunt autem xviii princi
pes sacerdotum a tempore dauid usque ad transmigra
tionem babylonis in quadringentis lx annis. A
transmigratione autem cessauit sacerdocium usque ad
reditum de captiuitate sub zorobabel et ihesu
magno sacerdote, et inde usque ad tempora macha
beorum fuit tempus sacerdotii. Tempore autem
machabeorum non deputatur sacerdocio quia iidem
erant duces et sacerdotes. Et sic usque ad
herodem aschalonitam qui fecit occidi quosque in
ueniebat in ierusalem de gente sacerdotum ne iterum
ad eos deuolueretur regnum, et diuidebat
summum sacerdocium usque ad euersionem, et uende
bat summum sacerdocium quandoque uni quandoque pluribus
simul. Et fuerunt omnino usque ad euersionem
ierusalem xxviii summi sacerdotes. A tempore autem
herodis usque ad euersionem ierusalem non ponitur
summa annorum, sed constat fuisse cvii cum
herodes ante natiuitatem domini xxxi annis
regnauit et dominus xxxiii annis uixerit
et a morte domini usque ad euersionem ierusalem xlii
anni fluxerunt. Sed de hiis hactenus sufficiat.

De tempestate in mari, cum perduceretur paulus

Traditus autem paulus iulio centurioni ut
pretaxatum est, et dedit deus graciam paulo
in oculis eius ut humane tractaret
eum et permitteret amicos ei in ciuitatibus
per quas transibant ei ministrare. Prosequitur
ergo lucas de progressu itineris. Ascenden
tes inquit nauem adrumetinam incipientem
nauigare circa asye loca. Quidam autem
sillabicando uolunt distinguere adrumetinam
ut dicatur per compositionem adrumetina que
ad romenam scilicet romam tendens. Sed melius
sonat a nomine ciuitatis. Ut adrumetina
adrumetis enim ciuitas est affrice. Preterea enim
numerat lucas ciuitates per quas transibant
quas non est necesse enudare in quibus gesta sunt
aliqua que pretermittenda. Sic et uenerunt
lystram ubi paulus habuit plures amicos
qui ministrauerunt ei. Ibi inueniens centurio
nauem alexandrinam nauigantem in ytaliam
transposuit nos in eam. Dicit lucas de naui
illa scilicet qua prius ascenderamus nos transtulit in
eam. Et cum multis diebus nauigassemus
tarde et uenientes uix libere prohibente uento

adnauigauimus etc. Et inde vix devenimus
in locum qui dicitur boniportus. Et in multo tempore fui
mus non ausi ingredi mare cum non esset tuta
vel apta navigacio eo quod non ieiunium preterit
fames magna in navigio ad navigandum
vadens nautas infirmiores. Vel de ieiu
nio .vij. mensis potest intelligi quod est inter diem
propiciacionis et scenophegie id est inter decimam
diem septembris et .xv. et sic probat non esse
tutam navigacionem quoniam erat .vij. men
sis qui inferius est yeme secundum hebreos quod apostoli
primum computant. In yeme autem non est tutum
navigare. Vel potest intelligi de ieiunio in
stituto in memoriam mortis godolie quod in
fine fit septembris. Vel de ieiunio deci
mi mensis quod scilicet fiebat in ianuario quod con
stituerunt auditis rumoribus de destructio
ne templi in babylone.

Cum autem molestum
esset centurioni et aliis quod possent na
vigare consolabatur eos paulus
dicens. Viri fratres forte video ex signis tempe
statis vel in spiritu prophetico quod non sine multo
dampno non solum honeris et navis sed et anima
rum nostrarum potest navigare. Centurio autem
magis credebat nauclero seu naviculario quam
paulo id est domino navis. Naucler autem dicitur me
sortem cadio dominii navis. Cleros id est sors.
Hoc consuluit centurionem magis credere nauclero
quam paulo quia portus in quo erant non erat ydo
neus adyemandum et ideo consulebant omnes
de navigare si quomodo possent in alium portum
pervenire qui magis ydoneus esset adyemandum
et contra consilium pauli aspirante austro adap
tum propositum anelantes intraverunt mare
Et cum aliquantulum processissent insurgens
ventus tiphonicus impulit contra navem
qui dicebatur euro. Dicitur autem ventus typho
nicus id est inflans mare et faciens mare
intumescere. Typhos interpretatur inflacio. Et
cum arreptus esset navis et non posset conari
contra ventum cessante navigio ferebamur
in fretum. Et decurrentes ad insulam quandam
que dicitur cauda vix potuimus obtinere schapham
de navi in mare deponendam in adiutorio
navis quia impetu fluctuum forte rupta
esset. Schapha dicitur levis navicula de una
tantum arbore concavata vel dicitur modica navi
cula munita crudo corio texta. Quibus mi
nuunt propter ad speculandum et ad explo
randum. Et deferimur sic navicule dyabule
et in imminente naufragio deponunt vasa
re ad sublevandum navem quia huius navis agi
gitur et in periculum tempestatis armabatur
Cum autem sic tempestate valida iactarentur
sequenti die fecerunt iactum idest eiectionem
utensilium de navi. Quod desperabant propter diu

Et cum sol in die non | sitatem aeris
in nocte stelle apparerent ablata esset
omnis spes salutis. Et cum iam diu
turnum ieiunium forte non voluntarium propter timorem
de tempestate vel necessarium quod forte arcaba
tur penuria victualium omnibus proiectis in
aquam stans paulus in medio eorum dixit. Opor
tuit quidem consilium meum acquiescere michi et lucri
facere in iniuriam hanc et iacturam. Et nunc
suadebo vobis bono animo esse. Cum estote quia
nemo periclitabitur ex vobis nisi placentur iacturam
in navis. Astitit enim michi hac nocte angelus dei
cuius sum dicens. Ne timeas paule cesarem
te oportet assistere et ecce donavit te deus omnes
qui navigant tecum id est misso tuo conservavit ut
me nemo eorum periclitetur propter quod inquit bo
no animo estote credo enim deo meo quod sic erit
quemadmodum dictum est mihi. In insulam quandam opor
tet nos devenire. Quod deus autem de hoc dixit esse veri
tate ut intenderes hoc impletum esse eorum spectet
salutem. Sed postquam .xiiij. dies nox supervenit circa
mediam noctem suspicabantur autem naute se
apparere quandam regionem. Et submittentes
pondus plumbi quod in mari profunditatem explo
rantes invenerunt passus .xx. pusillum
inde separati invenerunt passus .xv. et ti
mentes ne in aspera loca incideremus de puppi
mittentes anchoras .iiij. optabant diem fi

Et cum vellet | De constancia pauli
naute fugere dimittentes schapham
videns hoc paulus inquit ait ce
turioni et militibus. Nisi manserint
in navi homines isti non poteritis salvi fieri
Et statim milites abscinderunt funes
schaphe et abiit per mare. Cum autem lu
cesceret dies rogabat paulus omnes ut sume
rent cibum ut forciores essent ad laborem
suscipiendum. Quomodo confortavit illos paulus

Quartadecima dies inquit est hodie
quod exspectantes serenitatem ac
ventis ieiuni permanetis nil ac
cipientes. Forte die illa nil comederat
vel forte dies plures sine cibo transierant

Confortamini igitur et cibum sumite quia nec capillus de capite uestro non peribit. Et hoc dicto sumebant cibum cum gratiarum actione in conspectu omnium more solito. Et cum fregisset cepit manducare. Alii quoque animequiores facti susceperunt cibum. Et erant in navi anime cclxxvi. **Tunc**

Tunc consulebant milites occidi vinctos. Confortati cibo alleviabant navem iactantes frumentum in mare. Cum autem factus esset dies non cognoscebant terram. Sinum autem quendam considerabant habentem litus in quem cogitabant si possent eicere navem. Et cum anchoras sustulissent committebant se mari sine conatu naviganti et levato artemone uidelicet qui ventus eos ducebat tendebant ad litus. Artemo dicitur modicum velum directori navis potius accommodatum quam celeritati. Et cum incidissent in locum bithalassum impegerunt navem. Bithalassus apte dicitur locus in mari protensa hinc et inde circumdata mari. Et dicitur bithalassus quasi mare bis inde [illegible] divisum. Et navis offendisset in bithalassum prora manebat immobilis, puppis vero solvebatur a vi maris impetu supervenientis. Et consulebant milites vinctos omnes occidi ne forte natando aufugerent.

Et egressi sunt in insulam.

Centurio vero volens servare Paulum prohibuit hoc fieri. Cogit et quicumque [illegible] possent evadere. Et iuxta quod predixit paulus evaserunt omnes et essent in insulam. Que vocabatur mitiline. Et cum egressi essent barbari habitatores insule officia humanitatis diligenter exhibuerunt eis. Accensa pira reficiebant eos. Et dum colligeret paulus sarmenta et cogeret in pira vipera inter sarmenta latens adhesit manui eius. Cum autem viderent barbari viperam in manu eius appendentem dicebant ad invicem. Utique homicida est homo iste et cum de naufragio evaserit ultio divina eum amplius vivere non permittit. Excussit autem paulus viperam in ignem nichil mali passus est. At illi expectabant ut intumesceret manus. Quia timor vel post venenum et cum diu expectassent et nullam in manu deprehenderent lesionem conversi facie suam ad se invicem dixerunt. Hic iste deus est.

Contigit autem **Qualiter sanavit patrem principis** patrem principis publii insule febri et dissinteria laborare et fluxu ventris. Ad quem paulus venisset et orando manus ei imposuisset sanavit eum. **Quomodo** Et ceteri omnes qui erant in insula infirmi descendebant ad eum et sanabantur. Post menses autem tres venerunt navi alexandrina que in insula mitiline yemaverat cui nomen erat castrorum insigne cum [illegible] insule quare adhuc apparebant in quorundam castrorum vestigia que antiquitus ibi fuerant edificata. Vel cum navi quemodum castrorum erant insignita vel incerta. Alia translacio habet cui erat insigne castrorum quia gemini sunt castores scilicet castor et pollux quos gentiles propue invocabant et in eis in litore maris templum fecerunt. Hic autem ex alia translacione evidenter ut habetur cui erat insigne filiorum iovis.

Fabulantur **Quomodo venerunt syracusam** gentiles castorem et pollucem filios fuisse iovis. Cum autem ascendisset navem multis honoribus honoraverunt eos et posuerunt necessaria in navi. Et cum venissent syracusam mansimus ibi triduo. Et venerunt regium. Et post unum diem flante austro venerunt puteolos. Alii libri habent puteolosis. Et inventis fratribus ubi invenerunt fratres et rogati sunt manere apud eos vii diebus. Cum audissent autem fratres eorum qui erant rome usque ad forum appii occurrerunt eis, i. ab appio in litore maris constitutum ut devote applicantes venirent venalia construxerunt tres ibi tabulas. Et domos in litore in quibus exponerent cibi venales. **Quomodo receptus est a fratribus romanis**

Cum autem audisset paulus fratres ad se venientes gratias agens deo accepit fiduciam et minus timuit. Et quia ante adventum pauli erant rome christiani patet ex hoc loco petrum non primo predicasse romanis. Quia legitur de conversione fidei intelligendum est, non de christiana in scriptione. Cum quidam venissent rome non dum erat confirmatus in regno nero nec valuerat negocia eius. Et iudeos iussum esse de lege romana et iudeorum suspendit. Et permissus est paulus liber ire per civitatem cum uno milite

custodiente eum. Timuit autem ne forte iu
dei qui presentes fuerant eum in iudea misissent
litteras ad iudeos qui erant rome ut in dolo
occiderent. Unde post tertium diem convocavit primos
iudeorum. Et cum venissent dicebat eis:
fratres ego non gentem meam accusare sed coact
sum appellare ad cesarem quia tradit editus
sum a iudeis in manus romanorum. Propter
hoc volo vos scire quia nullam causam mortis
mee in eo quod predico invenerunt. At illi
dixerunt ad eum: neque litteras accepimus a iudea
neque adveniens aliquis fratrum locutus est de te ma
lum. Volumus autem audire a te que sentis de
secta iudeorum christianorum cui ad heresim au
divimus, non quod ei ubique creditur. Et die
assignata venerunt ad eum plures in hospi
cium suum. Quibus exponebat legem et prophetas
predicans de christo a mane usque ad vesperam.
Et quidam credebant hiis que dicebantur. Alii
autem non credebant. Et cum discederent dis
sentientes cepit eos arguere in hunc mo
dum: spiritus sanctus locutus est de vobis per ysaiam dicens:
vade ad populum istum et dic ad eos. Aure au
dietis et non intelligetis, et videntes videbitis
et non percipietis. Incrassatum est cor populi huius
et auribus graviter audierunt et oculos suos
oppresserunt ne forte videant oculis et auribus
audiant et convertantur et sanem eos. Quoniam in
gentibus missum est hoc salutare dei.
Ipsi audient. Quinto imperii neronis libe
Mansit autem paulus toto predicavit
biennio in hospicio quod ipse condu
xerat in libera custodia et susci
piebat omnes qui ingrediebantur ad eum predi
cans regnum dei et docens de domino ihesu
cum omni fiducia sine prohibitione. Et vide
tur quod ante adventum pauli romam iam regna
verat nero duobus annis. Et veniens romam
per biennium fuit in libera custodia. Et post
per decennium in magis libera quia nero nondum confir
matus erat in regno et dedit ei liberam
licentiam de ambulandi et circuiendi per partes
occidentis et predicandi. Octavo imperii ne
Quinto ronis anno passi sunt
decimo vero anno imperii neronis cum iam
a prima nequicia divaluisset et iam
iudeos conspirasset. Potissimum paulus inter
certum ubi multos de familia neronis
convertit et familiaritatem senece magistri
neronis contraxit. Et eodem xiiii anno
ultimo scilicet imperii neronis in vinio coronati sunt ipse
et petrus. Dum patet quod errare qui dicunt in eodem
die occisos esse nisi intelligatur anno revoluto
quod stare non potest cum constet eodem anno scilicet xiiii
esse occisos et eodem die. In quibus locis passi
De loco autem sunt petrus et paulus
Videtur quidam minus sentire qui putat
in eodem loco esse occisos. Quia legitur
gloriosi principes terre qui in vita sua dilexe
runt se ita et in morte non sunt separati. Potest tamen
videri paulus tamquam civis honorabiliori
morte occisus esse quia gladiatus est in inchoacione
bis versus occidentem. Petrus vero crucifixus
est in transtiberino in loco scilicet qui est extra castra vel
civitate ubi fiebat. Sed ita paulus
honorabiliori morte mortuus est quia gladio
ornatus. Gladio enim puniebantur nobiles
et in loco magis honorabiliori scilicet in teatha ci
bis — Explicit scolastica hystoria

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BIBLIOTHEK
KARLSRUHE

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

historia scolastica

Schließen erneuert, Klappe 07/18 MK

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

ystoria scola·

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

Schließen erneuert, Klappe 07/18 MK

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg